


AUGUSTI PFEIFFERI
CRITICA
SACRA.
AMERICANÆ
AFRICANÆ
ASIATICÆ
SCRIPTURA TRIUMPHANS
LINGUÆ ORIGINALES
VERSIONES EUROPÆÆ
APOCRYPHA
MASOR
ALCORANUS
KABBALA
TALMUD

AUGUSTI PFEIFFERI D.

CRITICA SACRA,

De Sacri Codicis Partitione, Editionibus variis, Lingvis Originalibus & illibatâ Puritate fontium, Interpretatione Scripturæ legitima, nec non ejusdem Translatione in lingvas totius universi, de Masora & Kabbala, Talmude deniq; & Alcorano.

Accessere suisq; locis inserti

TRACTATUS QVATUOR,

I. De Antiqvis Ritibus Ebræorum.

II. De natura, usu & subsidiis Lingvarum Orientalium omnium.

III. De compendiaria ratione legendi Scripta Rabbinico-Talmudica.

IV. De Accentuatione tàm prosaica qvàm metrica facilè discenda.

Cum Privilegio Sereniss. Elect. Sax.

DRESDÆ,
Impensis Mart. Gabriel. Hübneri,
Excudebat Vidua Bergeniana,
M. DC. LXXX.

INCLUTÆ ET FLOREN-
TISSIMÆ REIPUBLICÆ

LIPSIENSIS

PROCERIBUS ET PATRIBUS,

DNN.

COSS. PRO-
CONSULIBUS, ÆDI-
LIBUS, PRÆTO-
RIBUS,

ET UNIVERSO ORDINI
SENATORIO,

VIRIS NOBILISS. MA-
GNIFICIS, EXCELLENTISS. AM-
PLISSIMIS, CONSULTISS. PRU-
DENTISSIMIS,

DOMINIS MEIS PA-
TRONIS ET FAUTORIBUS
VENERANDIS

OBSEQVIA ET PROSPERA
OMNIA!

PA-

PATRES OPTIMI,
PATRONI VENERANDI!

NUlla mihi apologia opus eſſe cenſeo, qvod fœtui meo præſidium & Patronos qvæſiturus tàm fidenter ad *VOS* contendo. Movit me inſignis ille urbis VESTRÆ, cui præeſtis, ſplendor. Ultrò enim ſeſe oculis ingerit ocellus iſte Miſniæ noſtræ, qvin totius Germaniæ, urbs inter tres ejusdem pulcherrimas merito ſuo computata, imò qvæ ſtatis vicibus non urbem ſed or-

bem ipſum vel certè hujus compendium repræſentare videtur. Magis tamen me movit & planè permovit virtus VESTRA, qvæ *VOS* ad tam excelſum gradum evexit, Pietas præſertim illa Rerumpubl. firmatrix & pro religione ſinceriori ardor, inqve literas atq; harum doctores ſingularis affectus, qvæ ſanè omnia qvosvis in VESTRI admirationem rapiunt & effecere hactenùs, ut nō modò cives VESTRI de regimine VESTRO ſibi impensè gratulentur, qvod *VOS* non modò ſupra ſe, ſed pro ſe eſſe videant, ſed & exteri

ri

ri clientibus VESTRIS adlegi atq; ad nominis VESTRI cultum arctiori nexu obſtringi optent. Cùm proindè Græci ſvadeant ἀρχομένου ἔργου θέμεν τηλαυγὲς πρόσωπον, *Veſtibulum libri præfulgido frontiſpicio eſſe inſigniendum*, rectè atqve ordine fieri ratus ſum, ſi liber ad varias regiones diſtrahendus eos in fronte oſtenderet, qvorum fulgorem tot regiones mirantur, utqve adeò lectori ſuo ſi non ex ſe, tamen è frontiſpicio ſuo placeret. Qvò accedit tandem non vulgaris illa benevolentia, qvâ me ii, qvibus ex ordine VESTRO innotui,

hactenus dignati sunt. Nondum animo excidit humanitas TUA omni encomio major, Nobiliss. & Magnifice D. D. JACOBE BORN! qvi nunc temporis ad Reipublicæ clavum sedes, qvâ me, cùm mihi hîc loci colloqvii TUI facultas obtigisset, excipere voluisti. Tantundem mihi de TE polliceor, Nobiliss. DN. CHRISTIANE LAURENTI AB ADLERSHELM, ubi EXCELLENTIAM TUAM propiùs nôsse datum fuerit, qvi sanè in cognatis meis tot jam benevolentiæ specimina edidisti, ut mihi & libello meo non-

nonnisi secunda qvævis liceat ominari. Ipsum verò qvasi animæ TUÆ dimidium, Nobilissime & Magnifice D.D. PAULE WAGNERE! oculissimum innuo filium D. *M. Christianum Wagnerum*, qvi ætatem suam virtute dudum supergressus ad præclara qvondam exempla edenda pleno jam cursu contendit, meæ fidei concredere non dubitâsti. Qvibus proinde potiùs infirmum hunc ingenii partum tutandum crederem, qvàm TIBI & splendidissimo ordini Tuo?

Est tamen nihilominùs,

qvod vitio mihi verti posse, video. Tantis sc. Viris tantillus saltem libellus non conveniebat, cùm vel sana ratio dictitare videatur, Magnos nonnisi magna decere. Et fateor sanè, duriores hîc esse qvodammodo meas partes & ancipitem conditionem defensionis. Interim ad tritum illud asylum, qvod Callimachus ostendit, non confugio, *Magnum librum magnum esse malum*, sed certâ potiùs spe animum foveo, librum hunc non parvum, sed satis magnum esse, si animi VESTRI divinior indoles ác rerum æstimatrix

pru-

prudentia eum non è mole suâ, qvæ sanè exigua; neqve è dotibus autoris, qvæ perqvàm tenues; neq; è methodo vel tractandi modo, qvi exilis; sed ex illustri argumento, qvod occupatur, & ex mente offerentis putare velit.

Admittite proinde, PATRONI OPTIMI, ut libellus hicce commodus sit devoti affectus mei apud *VOS* interpres & velut qvidam obses, favoris autem VESTRI felix exorator, ut qvantum divinas VESTRAS dotes atq; virtutes admirari, tantum de gratiâ VESTRA gloriari & læ-

tari mihi ætatem contingat. In qvo lætiſſimo omine deſino & ſummum rerum Arbitrum atqve Magiſtratuum Cuſtodem ex intimis ſenſibus veneror atq; obteſtor, ut *VOS* omnes qvàm diutisſimè ſoſpitet, qvò rebus humanis cum gloriâ intereſſe, illuſtri per orbem civitati VESTRÆ præeſſe, Eccleſiæ pariter reiq; literariæ, qvarum bono nati eſtis, prodesſe qveatis.

VESTR. NOBILISS. EXCELLENT. ET AMPLISS. NOMINIS

Miſenæ A. 1680.
Idib. Aprilis.

Cultor & cliens devotiſſimus

AUGUSTUS PFEIFFER.

Le-

LECTORI AMICO
ET CANDIDO
S.

CRiticam nostram *sacram* vides, *Amice Lector*, non doctoribus scriptam, sed discipulis nostris ante hos duodecim annos, cùm lingvas Orientales in almâ Leucoreâ publicè doceremus, destinatam. Tutiùs ea longè à cavillis malevolorum intra privatos parietes hactenùs latuit, & absqve aliorum hortatu si fuisset, ætatem latuisset. Neqve enim mihi adeò sum suffenus, ut diffitear, non omnia hîc ita esse ab ingenio exculta, ab arte limata, ab industria elaborata, deniqve restrictim cogitata & omnibus rationibus,

bus, ut in publico conſpici mereantur. Seceſſum hæc ſtudia atqve otia animumqve ab aliis curis vacuum poſcunt, qvæ non dantur homini per occupationes publicas præſertim Eccleſiaſticas distracto, qvibus etiam nunc libellus Theologicus Germanicus acceſſit, cujus editionem Typographus hujus loci vehementer efflagitavit. Qvoniam verò interim de Critica qvoqve nos ſeriò interpellavit Editor, eam diu prudenti qvadam verecundiâ ſuppreſſam in publicum exſpatiari paſſus ſum. Hominibus delicati & faſtidioſi judicii, qvi nil probant, qvod demorſos ungves & ſubducta ſupercilia non ſapit, me ſatisfacturum deſpero: ſpero tamen me iis, qvi facili manu ad ſtudia hæc duci geſtiunt, non prorſus inutilem operam navâſſe. Porrò non diſſimulo apud candidum Lectorem, me qvædam antehac ſeorſim de lingva Ebraica, Maſora, Targumim &c. tradita largiori manu hîc aſperſiſſe, qvod & ad materiam præſentem apprimè facerent, imò hîc demum propriam reqvirerent ſedem, & ad manus paucorum pervenerint. Id ſi qvis vitio nobis vertere velit, patiatur ut uſurpemus illud Matth. XX. 15. *Annon licet mihi, qvod*

qvod volo, facere in meis? Deniqve ſi non arriſerint ſingula, ſpero ſaltem non diſplicitura omnia.

Unum verò eſt, qvod maximè in votis habuiſſem, ut hoc opuſculum à mendis omnibus purum tibi ſiſtere licuiſſet. At verò cùm ſchedæ noſtræ deſcribendæ priùs fuerint, qvàm typographo traderentur, ego verò ab operis abfuerim, & qvi typographorum labori præerat, ex peregrinâ manu de alienâ mente in tantâ rerum & autorum varietate non ſemper ſatis certus eſſe potuerit, irrepſerunt non pauca, qvæ tuâ indigent veniâ. Qvam ut eò faciliùs impetrarem, libellum, qvoad ejus licuit, denuò perlegi & ea, qvæ te morari poſſint, curiosè notavi & in calce opuſculi curavi adjicienda, qvorſum proinde confugere licebit, ſicubi ſenſus hiare vel periclitari videatur. Qvanqvam ſatiùs duxerim, ut operi legendo manum admoturus omnia ductu noſtro tollas vel in melius reſtituas.

Qvod ſupereſt, Bibliopolas hîc monitos volo, me laborem hunc qvalemcunqve *Dn. Mart. Gabr. Hübnero* juſtis conditionibus ceſſiſſe, unde nemo ratione & pietate magis qvàm turpis lucelli

celli appetitu ductus alieno inhiabit aut per alterius damnum & ruinam emergere contendet. Facile alioqvin fuerit mihi iteratâ editione refingere opusculum & hiantes hujusmodi corvos eludere. Tu interim, *optime Lector!* meô qvali qvali conatu fruere & qvàm felicissimè Vale! Scripsi præproperè Misenæ è Muséo A. 1680. Idib. Aprilis.

AUGUSTI PFEIFFERI MANUDUCTIO

NOVA

ET

FACILIS

AD

ACCENTUATIONEM V. T.

PROSAICAM *ET* METRICAM.

Qui benè conjexit, vatem hunc perhibebo optimum.

ANNO M. DC. LXXX.

BIBLIOTHECA AUTHORUM

Qvi Accentuum rationem ex instituto tradiderunt.

Anonymi R. שער הנגינות s. *Porta Accentuum.*
R. Calonymi App. ad Gramm. Balmesii, *de Accentibus.*
Eliæ Levitæ טוב טעם *L. de accentibus.*
R. Judæ ben Bilham טעמי המקרא *s. de Accentibus Scripturæ.*
Joh. Reuchlini *L. de Accentibus.*
Seb. Munsteri, *L. de Accentibus.*
Val. Schindleri, *Gramm. L. IV. de Prosodia.*
Aug. Seb. Nouzeni, *L. de Lit. Voc. & Accentuum Ebr. naturâ.*
Joh. Avenarii, *Gramm. P. II. p. 344. de Accentibus.*
Franc. Junii, *Gramm. L. IV. de Prosodia.*
Christoph. Helvici, *Inst. Gramm. P. IV. de Prosodia.*
Joh. Buxtorfii, *Thes. L. I. c. 5. de Accentibus.*
Is. Gronbeccii, *Instit. Accentuum.*
Abr. Gibelii, *Artif. Accentuum.*
Sam. Bohlii, *Tabb. 8 -- 13. & Scrutinium Sacræ Scripturæ ex Accentibus Rostoch. A. 1636.*
Casp. Ledebuhrii, שלשלת המקרא *Catena SSæ sive de ratione Accentuum Lugd. A. 1646.*
Eliæ Schneegass. *Tr. de Accent. Lips. 1657.*
Matth. Wasmuthi, *Instit. methodica Accentuationis. Rostoch. An. 1664.*
Phil. Lud. Hanekenii, *Eruditio de Accent. Giessæ A. 1665.*
Nostra χειραγωγία *ad doctrinam Accentuum. VVitteb. An. 1666.*
Clam. Florini, *de Accentuatione divina. Sulzbac. A. 1667.*
Andr. Sennerti, *Sciagr. de Accent. VVitt. 1669.*
Georg. Sam. Dörfelii, *Tyrocinium Accentuationis. Plaviæ A. 1670.*
Hier. Opitii, *Tract. Absolutiss. de Accentibus, de qvo Avenarius p. 367. &*
El. Hutteri, *Tr. de Accentibus in Præf. Bibl. promissus. De qvibus duobus autem ambigo, an unqvam prodierint.*

PARS

PARS I.
DE ACCENTUATIONE PROSAICA.

§. 1.

A*Ccentus* qvoad primarium ſuum officium conſideratus non eſt indicium ſedis tonicæ, ſed *ſignum grammaticum ſenſualem nexum periodi dirigens*. Eſtq; vel *Conjunctivus* vel *Diſtinctivus*.

§. 2. *Conjunctivus* aliàs *Miniſter* vel *Servus*, ordinariè vocem abs ſe affectam ſive eam, cui additur, cum ſeqvente, ratione conſtructionis & ſenſûs cohærere innuit. *Extraordinariè* qvandoqve certis conditionibus Miniſter poteſt fieri *Domini Legatus*, *Vicarius* ſive *ſubſtitutus*, eâdem tunc inſtructus diſtingvendi potentiâ, non ex ſuâ naturâ, ſed poteſtate vicariâ.

§. 3. *Connecti* verò in ſenſu dicuntur voces, qvæ per aliqvam regulam ſyntacticam cohærent: vel, cohæret vox

cum alterâ voce, qvam per regulam qvandam ſyntacticam regit. Tales ſunt *conſtructiones regiminis, appoſitionis, Adjectivi & ſubſtantivi, Verbi cum Nominativo, Accuſativo &c.* Cœterùm cùm nunqvam per unam regulam ſyntacticam tres voces cohærere qveant, videndum eſt qvandoqve, qvæ magis vel minus cohæreat? Nam qvæ minus cohæret, parvâ diſtinctione intercipienda eſt.

§. 4. *Diſtinctivus*, aliàs *Dominus* vel *Regius*, ordinariè vocem affectam à ſeqvente, ratione ſenſûs diſtinctam eſſe, indicat. *Extraordinariè* tamen qvandoqve pro miniſtro venit, & tùm non qvidem ordinariâ ſuâ diſtingvendi poteſtate pollet, videtur tamen ſuppeditare ἐμφατικώτερον ſenſum, vel importare tacitam qvæſtionem ſive apoſiopeſin, vel ſaltem prolationem cum qvadam gravitate moderari, ne vox concitatior per ſervum in grandem Dominum præcipitetur.

§. 5. Qvia autem non omnes accentus Diſtinctivi *eodem Gradu* diſtingvunt, (uti etiam apud Latinos interpunctiones

pun-

punctum, colon, semicolon, comma, &c. gradualiter differunt) hinc diversam distingvendi vim, qvâ pollent, & suo modo æqvipollent Puncto, Colo, Semicolo, Commati, semicommati, solent recentiores exprimere per diversos Dominii gradus & constituere *Imperatorem, Archiduces, Duces, Comites, Barones*, qvi ipsi tamen diversos adhuc gradus admittunt, qvia Ebræus sermo minutissimas qvoqve interſectiones & subdistinctiunculas attendit.

§. 6. Ratio accentuum alia est in cœteris Sacrosanctæ libris, qvi differentiæ causâ *Prosaici* à nonnullis dicuntur; alia in tribus illis אמ״ת i. e. איוב, משלי, תהלים, qvi *metrici* vocantur.

§. 7. *Ministri* sive Accentus Conjunctivi in libris Prosaicis obvii sunt seqventes;

Munach, qvi & Hillui & Mecarbel.

Merca, it. Maarich.

Mapach.

Jerach ben Jomo, it. Galgal.

Kadma.

Tlischa Ketanna, it. Tarsa.

Darga.

§. 8. *Domini* sive Distinctivi in libris Prosaicis obvii sunt seqventes:

Silluc, qvem comitantur duo puncta dicta *Soph-Pasuk*, Monarcha sive *Imperator*, claudens & obsignans pericopen, ut Punctum Latinorum.

Atnach, *Archidux* intra periodum illic ponendus, ubi intra eam maxima est distinctio.

Hosce subdistingvunt, sive in tractu vocum in accentuando ab iis dependentium, subordinantur *Duces Majores tres*.

Sakefkaton,

Sakefgadol,

Segolta,

Tiphcha, aliàs Tarcha & qvandoq; Meajiela, *Dux minor*, minus distingvens qvàm Majores.

Ducibus illis in accentuando subordinantur, s. eos subdistingvunt Accentus dicti *Comites* tùm *Majores* sc.

Resia

- *Resia* & pro hôc septies occurrens
- *Psik schalschelatus*,
  tùm *Minores*:
- *Sarka*,
- *Pasta*, & pro hoc certis legibus vices agens,
- *Jtif*,
- *Tsir*, & pro hoc decies & qvater occurrens,
- *Merca Kephula*.

Comitibus deniq; in distingvendo subordinantur alii accentus dicti melioris doctrinæ gratiâ *Barones*, tùm *supremi*

- *Paser* proqve eo sedecies occurrens
- *Karne para*,
- *Tlischa gedola*, Baro *major*,
- *Geresch*, Baro *minor*, aliàs & Teres & Asla.
- *Psik*, qvi & qvandoqve Legarme, Baro *minimus*.

Licet verò accentus isti distinctivi Ebræorum non omninò æqvipolleant Lati-

 norum

norum interpunctionibus, ſed veniant æſtimandi ex habitudine ſuâ ad periodum, (ſic e. g. *Atnach* illic adhibetur, ubi intra totam periodum in ſenſu maxima eſt diſtinctio, qvanqvam illa non neceſſariò per Latinum colon, ſed per comma ſaltèm exprimenda veniat:) tamen aliqvâ ratione conferri cum iis poſſunt & Sillue dici *Punctum*, Atnach *Colon*, Duces *ſemicola*, Comites *commata*, & Barones *ſemicommatia* (ſenſualia ſc. & diſtinctioni Ebraicæ congrua.)

§. 9. Tenendæ in anteceſſum (antequam accentuationis catenam nectamus.) obſervationes qvædam præliminares *tùm* de accentuum in ſe ſpectatorum formâ & habitudine externâ, *tum* de eorum poteſtate tacticâ ſive connexivâ. Prioris generis ſunt ſeqventes:

I. Una dictio non niſi unum admittit accentum actu eodemqve reſpectu Tacticum.

II. Accentus Tacticus ordinariè in voce illìc locatur, ubi tonus eſt: at *Sarca*, *Segolta*, *Tliſcha Ketanna* & *Paſta* ſemper imponuntur ultimæ; *Tliſcha gedola* autem primæ literæ, qvamvis illîc non

ſit

fit Tonus: e. g. הַמֶּלֶךְ, אַבְרָהָם. Sed & obiter monendum, è miniſtris *Kadma* & *Tliſcha Ketanna*, è Dominis verò *Sakefkaton, Sakephgadol, Sægolta, Refia, Schalſcheleth, Sarka, Paſta, Paſer, Tliſcha gedola, Karnepara* & *Gereſch* collocari ſupra literas: contrà è miniſtris & dominis cœteros infrà.

III. *Jtif*, vicarius Paſtæ, ſemper ponitur ante primam vocalem vocis & ſic diſtingvitur à *Mapach* ejusdem figuræ. e. g מֶלֶךְ habet *Jtif*, מֶלֶךְ *Mapach*.

IV. *Paſta* cadens in vocem Milel geminatur, eodemqve caſu aliqvando *Sægolta*, *Sarca* & *Tliſcha Katanna*. E. c. קֶבֶר, מֶלֶךְ, בַּעַל, שֶׁבֶר.

V. *Gereſch* præcedente vel Munach vel nullô miniſtrô ſuô, incidens in ultimam dictionis Syllabam, ſive vocem Milra, geminatur. E. c. דָּבָר. Vulgò *Gereſchajim*.

VI. Propter accentus Dominos præſertim Majores, Patach atqve Sægol in Kamez, Scheva in Sægol, & in verbis in eam, ex qva ortum eſt, mutantur E. c. אֶרֶץ, בָּחֲרוּ, יֵצֶר, זַרְעֲךָ &c.

VII. Voces per Makef copulatæ in accentuatione habentur pro unâ.

VIII. Servi qvidam Munach, Merca, Kadma, qvandoq; ſtant pro *Meteg*.

§. 10. Poſterioris generis ſunt qvinq; regulæ, qvos CL. D. Waſmuthus fecit *de poteſtate infallibili accentuum*, certitudinem ejusdem negantibus opponendæ.

I. Omnis accentus Regius ſeu Dominus ſemper & ubiqve diſtingvit, etiamſi non pari ſive eodem idem ubiqve affectu & valore (ita ſc. ut ubicunqve occurrat, exprimi qveat per determinatam qvandam interpunctionem Latinam, colon puta, comma &c.) ſed pro qvantitate ſedis, qvam intra periodum occupat (unde fieri poteſt, ut Atnach ne qvidem per comma Latinum exprimi qveat, ſi modò illîc locetur, ubi in ſenſu intra periodum maxima eſt diſtinctio ut *Gen. c. I. v. 1.*

II. Omnis accentus ſervus, actu talis, ſemper & ubiqve voces conjungit, qvando verò duo pluresve accentus ſervi immediatè ſeſe conſeqvuntur, non omnes ſunt actu tales, ſed eorum unus vel alter eſt *ſubdiſtingvens vicarius* vel *Legatus*.

III. O-

III. Omnis Accentus ſubdiſtinctivus *major* perfectiùs dividit & abſolvit ſenſum, qvàm ſubdiſtinctivus *minor* ejusdem Domini. (Adeoqve comes minor E.g. Tſir minorem in ſenſu diſtinctionem facit, qvàm Comes Major Refia, dependens ab eodem duce.)

IV. Omnis accentus ſubdiſtinctivus repetitus, in eâdem Domini ditione, qvò remotior eſt â Domino ſuo, eò plus & perfectiùs ſenſum ſubdiſtingvit.

V. Omnis accentus Dominus perfectiùs diſtingvit ſenſum, qvàm ullus ipſius ſubdiſtinctivus (ipſi in accentuum conſecutione ſubordinatus) ſive Minor ſive Major.

Conf. D. Waſmuth. *Inſtit. Acc. Ebr. à. p. 22. ad 31.*

Cœterùm univerſum accentuationis nexum in libris Proſaicis exhibere placet adjuncto Schemate, de cujus uſu & applicatione notanda in anteceſſum ſeqventia: (α Repræſentari hîc XVIII. accentus Dominos proſaicos, unà cum appropriatis miniſtris & ſubdiſtinctivis, qvi ſcilicet à qvolibet Domino per certum vocum in periodo tractum dependent.

dent. (β Cum ſchemate hoc conferri debent accentus in qvolibet verſu Biblico Proſaico reperti à voce ultimâ ordine retrogrado usqve ad primam, & qvotiescunqve accentuatio in codice reperta, non videtur congruere cum ſchemate, recurrendum eſt ad notas ſeqventes, ad qvas ducunt literæ alphabeticæ in ſchemate adſcriptæ, cujus rei luculento exemplo infrà præibimus modum & proceſſum. In prægustum verò qvendam poterunt, anteqvam ad praxin procedatur, ipſæ hæ notæ unà cum ſchemate, qvod reſpiciunt, perluſtrari, & exempla adducta in codice inſpici, qvò ſic faciliùs intelligantur, præſertim ſi vivus deſit manuductor.

NOTÆ.

(a) *Silluc*, uti ſuprà dictum, ultimam vocem totius pericopes occupat, & ſemper ſocia habet duo puncta dicta *Soph-Paſuk*. Ab illo in accentuum ſive analyſi ſ. ſyntheſi ſemper fit initium & ordine retrogrado tenditur ad vocem Atnachatam, ſi adſit, & ab hâc deinde ad primam.

(b) §. 1.

(b) §. 1. Si præcedens vox per regulam qvandam syntacticam cohæreat, hîc & ubivis reqvirit ministrum: qvod si non cohæreat, posthabito ministro in schemate statim fit progressus ad subdistinctivum. §. 2. Ubicunqve in schemate unus modò minister ponitur, is est perpetuus. §. 3. Si ditio Silluki & Atnachi, nec non Sægoltæ, sive tractus vocum, inde ratione accentuationis dependentium, duabus tantùm absolvatur vocibus cohærentibus, tunc tardandæ pronunciationis causâ pro ministro solent substituere subdistinctivum suum minorem. E. g. *Sillac* Es. 14. v. 5 Jer. 6. v. 14. *Atnach* 1. Sam. 12. 21. Es. 8. 20. *Sægolta* Exod. 14. 11. Idem *Sakefkaton* imitatur in voce Mackefatâ, vel habente Syllabas unâ plures. E. c. Dev. 1. 22. Zach. 7. 2. & rariusculè Domini minores.

(c) §. 1. Qvilibet Dominus habet duos vel etiam tres subordinatos Dominos sive Vasallos, qvi dicuntur *subdistinctivi* ejusdem, qvia adhibentur ad minutiores distinctiones, in tractu vocum ab illius dominio dependentium, & qvidem *Minor*, *Major*, *Maximus*: ita enim ratione re-

ne retrogradæ praxeos ſeſe conſeqvuntur. Utuntur verò Monarcha & Archidux Ducibus, Duces comitibus, Comites Baronibus, majoribus ad majores, minoribus ad minores ſubdiſtinctiones. §. 2. *Silluc*, *Atnach*, *Segolta*, *Sakefkaton*, *Tiphcha* atqve *Refia* qvandoqve loco Servi ſubdiſtinctivum minorem, & hujus loco Majorem uſurpant, tardandæ pronunciationis cauſâ. E.c. *Silluc* Gen. 14, 6. Eſ. 4, 6. *Atnach*, Hoſ. 8, 12. *Sakefk.* Gen. 2, 21. &c.

(*d*) §. 1. Si vox præcedens qvoad ſenſum magis ſit diſcreta qvàm Tiphchata, accipit ſubdiſtinctivum Silluki vel Atnachi majorem, qvi ordinariè eſt *Sakefkaton*, isqve, ſi plures dentur in ditione Silluki vel Atnachi ſenſibiliter diſcreti ſenſus, ſemel vel aliqvoties repeti poteſt. E.c. in ditione Silluki Gen. 3, 1. 2. Sam. 17, 9. Atnachi Exod. 8, 11. c. 10, 7. c. 11, 5. Jer. 5, 5. Qvod ſi verò vox præcedens in ſenſu non ſit tantoperè diſcreta, uti Tiphchata, tum nõ ſtatim transeundum eſt ad ſubdiſtinctivum majorem Silluki vel Atnachi (incongruè enim vox minùs in ſenſu diſcreta gereret Accentum

majo-

majoris diſtinctionis indicem:) verùm Tiphcha incipit novum dominium juxta n. VI. in ſchemate. §. 2. Pro *Sakefkaton* adhibetur *Sakefgadol*, qvando nullus accentus ab eo dependens ſive miniſter ſive ſubdiſtingvens præmitti debet. Caret qvippe Sakefgadol famulitio & Vaſallis ſubordinatis, E.g. 1. Reg. 19, 4.

(e) §. 1. *Segolta* ordinariè adhibetur, cùm (ordine retrogrado) *Sakefkaton* vel *gadol* ſemel vel iterum adhibitum eſt. E.c. Gen. 1, 7. Num. 16, 28. Joſ. 1, 14. Jer. 20, 10. Ezech. 48. 10. Hoſ. 9. 4. §. 2. In ditione tamen Atnachi, ſi Tiphcha novum dominium occipiat, etiam non intercedente Sakef locum habere poteſt. E.c. Gen. 43, 33. Exod. 25, 33. c. 37, 19. Lev. 5, 11. Num. 11, 17.

(f) *Atnach* illìc ponitur, ubi intra totam periodum maxima eſt diſtinctio. Ut ergò *Silluk* totam periodum obſignat, ita *Atnach* eandem in duo principalia membra ſeu hemiſtichia dividit, qvæ ſunt diſcreti argumenti, in ſenſu oppoſito vel redditivo, idqve vel explicitè ſeu ſenſibiliter, vel implicitè, diſtinctione tùm per profundiorem conſideratio-

nem

nem Emphaseos investiganda, vel per tacitam interrogationem supplenda. E.g. Gen. 1, v. 1. *In principio creavit DEUS*, (creavit autem) *cœlum & terram*. §. 2. Qvod si tamen versus constet è tàm paucis vocibus, ut unâ modò opus sit distinctione minori, tùm Atnach â versu abesse solet, ut Gen. 1, 19. qvod etiam qvandoqve contingit, licet in versu plures sint voces, si distinctio qvædam majuscula (attamen non sensibiliter magna, sensum discretum, oppositum, vel redditivum faciens) afficiat vocem Sillukatæ proximam. E. c. Gen. 3, 21. c. 21, 28. Hos. 4, 17. &c. §. 3. Cœterùm Atnach eundem planè reqvirit accentuum concatenatum nexum sive consecutionem cum Silluko, nisi qvod proprius ipsius minister sit Munach: adeoqve qvæ suis locis circa nexum Silluki notata sunt, eadem hîc qvoq; valent omnia.

(g) *Segolta* & *Sakefkaton* qvando plures restant accentuandæ voces, seu qvando sermo, in generali ditione Silluki vel Atnachi jam adhibito Sakefkaton vel Sægolta, adhuc continuandus est, novum occipit dominium, seu novam pro seditionem instituit. *(h) Se-*

(*h*) *Segolta* & *Sakefkaton* pro ſubdiſtinctivo minori qvandoqve miniſtrum ſuum, & tùm pro majori minorem ſubſtituunt, accelerandæ pronunciationis cauſâ. E.g. Exod. 28, 27. Deut. 1, 23.

(*i*) §. 1. Loco *maximi*, & ubi aliàs res poſcit, iteratur Refia. §. 2. *Segolta*, *Sakefk.* & *Tiphcha* qvandoq; repetunt ſubdiſtinctivum ſuum minorem, & poſtea adhibent majorem, ubi hic de jure repetendus fuiſſet. E. c. *Segolta* Exod. 12, 29. *Sakefk.* Gen. 48, 19. *Tiphcha* Dev. 4, 38. Illicve loco ſecundi minoris Segolta atqve Tiphcha inſolenter qvoq; *Paſta* uſurpare ſolent. E.g. *Segolta* 1. Reg. 12, 10. *Tiphcha* Dev. 28, 14.

(*k*) *Sakefk.* pro repetendo Refiâ liberè & alternis etiam *Paſta* adhibere ſolet. E.c. 1. Reg. 2, 24. Mich. 6, v. 5.

(*l*) *Sakefgadol* nullum ſervum neq; Vaſallum habet, ſed illic modò pro Sakefkaton adhibetur, ubi nulla vox præcedit inde in accentuatione dependens.

(*m*) §. 1. *Tiphcha*, ſi vox præcedens non faciat tantam diſtinctionem in ſenſu, qvantam ſua, poteſt itidem condere

 novam

novam ditionem ſeu præmittere ſuos ſubdiſtinctivos, anteqvam ad ſubdiſtinctivum majorem grandis Domini Silluki vel Atnachi fiat progreſſus. §. 2. *Tiphcha* concurrit in eâdem voce *cum Silluk* qvinqvies Lev. 21, 4. Num. 15, 21. Eſ. 8, 17. Hoſ. 11, 6. 1. Par. 2, 53. (etſi qvædam exemplaria alicubi habent Meteg:) *cum Atnach* undecies, ut Gen. 8, 18. Num. 28, 26. ubi reliqva loca in Maſorâ enumerantur: *cum ſervo* octies, ut Lev. 23, 21. ubi reliqva loca reperiuntur: qvo caſu dicitur *Meajiela*. Sic rariuſculè contingit concurſus aliorum, ut Tliſcha-Ketannæ cum Gereſch Gen. 5, 29. Lev. 10, 4. &c. Conf. Buxt. *Theſ. l. 1. c. 5. p. 57.*

(*n*) *Reſia* novam itidem ditionem incipit, ſi nexus orationis continuetur, & ita ſit proportionatus, ut id poſcat. Conf. 1. Sam. 21, 10. 1. Reg. 3, 11. Jer. 4, 30. c. 29, 14. &c.

(*o*) §. 1. *Reſia* pro ſubdiſtinctivis adhibet *Gereſch*, *Pſik*, *Tliſcha gedòla*, *Paſer*, qvos tamen non ſemper adhibet eodem ordine, ſed *vel* loco ſubdiſtinctivi minoris habet Gereſch, & loco majoris Tliſchagedola, vel Paſer, & loco maximi

itidem

itidem Paſer E. g. Gen. 7, 21. Dan. 4, 14. §. 2. *Vel* loco minoris Pſik, & loco majoris, vel qvaſi, Gereſch, & loco maximi Tliſcha gedola & Paſer E. c. 2. Sam. 15, 21. 1. Reg. 15, 18. Deut. 13, 5. 6. §. 3. *Refia* qvoqve bis præmittere poteſt Pſik & poſteà Gereſch, ut Gen. 7, 23. Deut. 31, 16. §. 4. Qvandoq; Pſik ſubdiſtinctivus Refiæ excidit, ſubſtituto ſive relicto miniſtro Munach, ſervô tum præmiſsô Darga, ut Jud. 4, 9.

(p) *Schalſchelet* cum Pſik euphonico, pro Refia ſepties uſurpatur in Proſâ, Gen. 19, 16. c. 24, 12. c. 39, 8. Lev. 8, 23. Eſdr. 5, 15. Eſ. 13, 8. Amos 1, 2. Cœterùm nec ſervum nec Vaſallum habet.

(q) §. 1. Comites minores *Sarka*, *Paſta* & *Tſir*, nexu ita poſcente, itidem novam ditionem condere qveunt, anteqvam ad ſubdiſtinctivum majorem ducum fiat progreſſus. E. g. Joſ. 9, 24. Ez. 39, 9. §. 2. Iidem Comites minores extruſo ſubdiſtinctivo Gereſch, tàm in proximâ, qvàm ſecundâ à ſe voce, ſubſtituunt miniſtrum vicarium, vel ſvetum vel alium, cum vi diſtingvendi. E. g. *Sarca* ſubſtituit Kadma Joſ. 17, 2. Eſ. 20, 6. &c. *Paſta*

ſubſtituit Munach, Ex. 3, 18. Kadma, Jud. 21, 10. Devt. 31, 17. &c. *Tſir* ſubſtituit Darga, Num. 16, 5. Munach Dev. 28, 29. &c. Ejusmodi ſubſtitutum, loco ſubdiſtinctivi majoris, excipit vel ſvetus, vel ejus loco ipſe Gereſch, uti partim è *ll. cc.* patet. §. 3. *Paſta, Sarka* & *Tſir* loco ſubdiſtinctivi minoris aliqvando Tliſchagedola, & loco majoris tùm ordinariè Paſer, at extraordinariè Gereſch exhibent E. g. Gen. 36, 6. &c.

(r) Jtif eſt Paſtæ vicarius, cùm hîc carens prævio ſervo incidit in primam ſyllabam vocis non ſchevatam. Cæterùm nec miniſtrum nec Vaſallum habet.

(s) Paſta habet duos miniſtros *Merca* & *Mapach*, qvorum non admittit alterutrum promiſcuè, ſed determinatè *Merca*, qvando inter tonum vocis affectæ diſtinctivô & alterius afficiendæ miniſtrô, nulla interjacet ſyllaba, ut: יִשְׁרֵי לֵב alias *Mapach* ut עֲבֶר הַמֶּלֶךְ.

(t) Tſir præmittit loco ſervi *Merca*, qvando inter tonum Domini & miniſtri una ſolummodò, vel planè nulla interjacet

jacet ſyllaba. E. g. שִׁמְעוּ עָלַי, ſi verò plures qvàm una, reqvirit *Darga*, E. g. רוּחַ מָלֵא.

(*u*) *Merca Kephula* ſive *duplex* qvater modò & decies occurrit pro *Tſir*, prævio ſervo Darga. Loca recenſuit Maſora Num. 32, 42. Exiſtimant qvidam ſcribas confudiſſe, &c „ ſed nos malumus hîc ἐπέχειν.

(*w*) §. 1. *Paſer* eſt accentus ſub eodem Domino remeabilis, pro re natâ etiam ſæpiuſculè, conf. 1.Par. 15, 18. זכריהו בן ויעזיאל וגו' it.cap. 16, 5. §. 2. Miniſtrum *Munach* ipſe ut & cœteri Barones ſæpiuſculè præmittunt partim cum vi leviter diſtingvendi, & ad accelerandam pronunciationem illic, ubi συνάφειαι in proclivi eſt ex aliis mediis colligere. Conf. Eſr. 6, 9.

(*x*) *Karnepara* ſedecies pro *Paſer* occurrit ſc. Num. 35, 5. Joſ. 19, 51. 2. Sam. 4, 2. 2. Reg. 10, 5. 1. Par. 28, 1. 2. Par. 24, 5. c. 35, 7. Eſr. 6, 9. Neh. 1, 6. c. 5, 13. c. 13, 5. 15. Eſth. 7, 9. Jer. 13, 13. c. 38, 25. Ez. 48, 21.

(*y*) §. 1. *Gereſch* qvando *unum* reqvirit miniſtrum præcedaneum, tum ſi vox

 mini-

ministro afficienda habet tonum in primâ syllabâ, vel accentus incidit in primam literam syllabæ tonicæ, adhibendus est *Munach*; aliàs *Kadma*. §. 2. Qvando plures præmittit, non omnes actu distingvunt, sed ferè *Tlischa Ketanna* & *Kadma* qvasi alternis serviunt & subdistingvunt etiam tunc, cùm Geresch excidit, atqve per substitutum modò adest. E. g. Gen. 3, 14. Gen. 39, 20. Ex. 3, 18. c. 8, 13. Lev. 13, 6. Jud. 7, 4. Jer. 33, 11. c. 52, 27. &c.

(z) §. 1. *Psik* itidem præmittit plures ministros, at non actu conjungentes, ut plurimùm tamen Munach. §. 2. Psik aliqvando, præsertim in vocibus repetitis, non est distinctivus, sed *Euphonicus*, atq; ad moderationem solummodò pronunciationis adhibitus, ut Jos. 22, 22.

APPLICATIO.

Applicatio fiat *in versu 2. capitis I. Gen.* qvi dividitur in duo hemistichia: prius clauditur Atnacho in voce תֹהוּ, ubi sc. maxima est intra totam periodum distinctio (conf. nota F.) posterius Silluko in ultimâ voce h. m.

וְהָאָרֶץ

וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ וְחֹשֶׁךְ עַל־פְּנֵי תְהוֹם וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל־פְּנֵי הַמָּיִם׃

Et-terra erat inanis atq;-vasta tenebræ-qvoqve super-facie abyssi (Atnach) *sed-Spiritus DEI incubabat super-facie aqvarum* (Silluc.)

Ultima proinde vox המים habet *Silluc*, uti poscit schema (conf. notam A.) præcedens על־פני (nam voces per Mackef copulatæ æstimantur ceu una, uti suprà monitum est §. 9. obs. 7.) habet *Merca* ministrum Silluki, qvem Schema repræsentat, qvia vox ista cum seqvente Sillukatâ cohæret per syntaxin regiminis *super-facie aqvarum* (conf. B.) Præcedens vox מרחפת *incubans*, ex præscripto schematis habet *Tiphcha* subdistinctivum minorem Silluki (â qvô scil. ratione nexûs sensualis dependet) qvia non cohæret per regulam syntacticam cum seqvente על־פני vel certè non tàm arctè, qvàm duæ seqventes (conf. C.) Præcedens vox אלהים juxta schema posceret ministrum Tiphchæ Merca, verùm qvia אלהים *DEI* &

מרחפת *incubans* non cohærent, transilio miniſtrum, & adhibeo ſubdiſtinctivum majorem Silluki *Sakefkaton* (uti me docet nota D.) Præcedens vox ורוח adhibet miniſtrum τȣ̃ Sakefkaton *Munach*, qvoniam cum voce illius per ſyntaxin regiminis cohæret: *Et-Spiritus DEI:* atq; ſic explicit *ditio Silluki* ſive tractus vocum, in accentuatione continuâ â Silluk dependentium, & ſeqvitur *ditio Atnachi*, ſive tractus vocum ab Atnachatâ ad primam totius verſûs, ubi vox תהום abyſſi eſt Atnachata, præcedens על־פני *ſuper-facie* habet ejus miniſtrum *Munach* juxta Schema (conf. notam F.) præcedens vox וחשך *& tenebræ*, habet *Tiphcham* ſubdiſtinctivum minorem ſive propiorem Atnachi, ex præſcripto ſchematis. Vox præcedens ובהו, qvia non cohæret, ſed ſenſibiliter eſt diſcreta, & qvidem majus ſpatium ſenſuale conſtituit qvàm Tiphchata, non adhibet miniſtrum Tiphchæ, qvem ſchema exhibet, ſed eo prætermiſſo ſubdiſtinctivum majorem *Sakefkaton* (vide notam D.) Hîc in ſchemate remittor ad numerum V. *de Sakefkaton*, qvi hîc ditionem incho-

choat, five verfum ulteriùs continuatum fuis fubdiftinctivis inftruit (vide G.) & qvoniam vox præcedens תהו ex intentione fcriptoris facri cum ובהו non cohæret fyntacticè, fed emphaticè difcreta eft h. m. *Inanis, itemq; vafta*, wüſte / dazu leer / hinc tranfilitur minifter *Munach* in Schemate, & adhibetur *Pafta* (in voce Milel geminus, fuprà §. 9. obfervat. IV.) fubdiftinctivus minor τȢ Sakefkaton. Vox præcedens היתה habet Paftæ miniftrum, qvi (juxta notam S.) eft *Merca*, qvia inter tonum vocis תהו & היתה, nulla interjacet fyllaba (*hajethá tóhu*). Vox præcedens videtur qvidem etiam cohærere, fed 1. tres voces (*terra erat inanis*) per unam regulam Syntacticam cohærere neqveunt, adeoq; difpiciendum eft, qvid magis minusve cohæreat? 2. Nominativus ex mente fcriptoris facri fæpè emphaticè eft exponendus per accufativum abfolutum h. m. *Qvod verò ad terram iftam* modò v. 1. allegatam, *ea erat* &c. Ideoq; adhibetur ex præfcripto Schematis Subdift. major τȢ Sakefk. fc. *Refia*. Faciat jam lector juxta ductum noftrum periculum

 culum

culum in aliis, & si in uno versu res non statim succedat, non despondeat animum, sed transmisso isto versu transeat ad alium, donec in facilioribus paululum confirmatus ulteriùs progredi qveat.

MANTISSA
DE DUPLICI ACCENTUATIONE DECALOGICA.

DUplicis Accentuationis Decalogicæ *Exod. XX.* & *Devt. V.* cujus veram rationem ante Bohlium nemo, qvod sciamus, satis perspexit, vera causa est *duplex respectus*, unus *ad præceptum*, alter *ad versum*. Voluit qvippe Spir. S. qvodlibet Præceptum peculiari accentuum catenæ includere. Cùm itaqve qvædam præcepta tàm prolixa essent, ut uni versui, legitimâ qvantitate constanti, & ad cœteros proportionato, commodè includi non possent (sc. *Primum* atq; *Tertium*) ideò digessit ea qvidem Spir. S. in plures pericopas (sc. *primum* in qvinqve, *tertium* in qvatuor) *distinctâ accentuatione versuum* instructas, ita tamen, ut ad unitatem præcepti demonstrandam, per omnes

omnes iſtas ſimul pericopas continuetur una & *continua accentuatio præcepti.* Contrà cùm alia Præcepta ſc. V. VI. VII. & VIII. tàm brevia eſſent, ut verſui non ſufficerent, ea in unam pericopen qvidem Spir. S. compegit, ad obſervandam proportionem verſûs, attamen ne diſtinctioni præceptorum qvid decederet, nihilominus ſingulis præceptis, qvantumvis minutulis, peculiarem accentuationem deſtinavit. Qvando ergò vox duos habet Accentus, unus eſt è *nexu ordinario versûs*, alter *è nexu peculiari præcepti*, qvorum uterqve ex præſcripto Schematis noſtri facilè oſtendi poteſt. Deniqve cùm alia ut II. & IV. verſui eſſent apta & proportionata, non opus erat *duplici accentuatione verſûs & præcepti*, ſed una ſufficiebat. Duo ultima præcepta qvare in unum verſum compacta ſint, mox dicemus. Simile qviddam conſpicitur Gen. 35, 22. ubi una accentuatio dependet ab Atnach ישראל, & infert ſenſum à Spir. S. emphaticè abruptum, altera ab Atnach אביו, & indicat, ibi eſſe ordinarium medium versûs & è textu nihil periiſſe. Cœterùm qvò hæc

hæc omnia qvàm evidentiſſimè pateant, ob oculos ponemus duplicem illam præceptorum tàm æqvô prolixiorum qvàm æqvo breviorum accentuationem, additis noſtris obſervationibus. Prolixiora Præcepta ſunt I. & III. *Illud* iisdem verbis & literis *Ex. XX.* & *Devt. V.* (niſi qvod ultima vox illic ſit מצותי, hîc מצותו) ita conſtat:

PRIMI PRÆCEPTI PER V. VERSUS CONTINUA ACCENTUATIO.

אנכי יהוה אלהיך אשר הוצאתיך
מארץ מצרים מבית עבדים לא יהיה
לך אלהים אחרים על־פני לא תעשה לך
פסל וכל־תמונה אשר בשמים ממעל
ואשר בארץ מתחת ואשר במים ׀ מתחת
לארץ לא־תשתחוה להם ולא תעבדם
כי אנכי יהוה אלהיך אל קנא פקד
עון אבות על־בנים על־שלשים ועל־
רבעים לשנאי ועשה חסד לאלפים לאהבי
ולשמרי מצותי׃

Qvin-

Qvinqve Verſuum primi præcepti diſtincta Accentuatio.

אנכי יהוה אלהיך אשר הוצאתיך
מארץ מצרים מבית עבדים: לא־יהיה־
לך אלהים אחרים על־פני: לא־תעשה לך
פסל וכל־תמונה אשר בשמים ממעל
ואשר בארץ מתחת ואשר במים מתחת
לארץ: לא־תשתחוה להם ולא־
תעבדם כי אנכי יהוה אלהיך אל קנא
פקד עון אבות על־בנים על־שלשים ועל־
רבעים לשנאי: ועשה חסד לאלפים
לאהבי ולשמרי מצותי:

Utraq; accentuatio conjuncta eſt in codice.

TERTII PRÆCEPTI PER IV. VERSUS CONTINUA ACCENTUATIO JUXTA Exod. XX.

זכור את־יום השבת לקדשו ששת
ימים תעבד ועשית כל־מלאכתך ויום
השביעי שבת ליהוה אלהיך לא־תעשה
כל־מלאכה אתה ובנך ובתך עבדך ואמתך
ובהמתך וגרך אשר בשעריך כי ששת־ימים
עשה יהוה את־השמים ואת־הארץ את־
הים

היום ואת־כל־אשר־בם וינח ביום השביעי
על־כן ברך יהוה את־יום השבת ויקדשהו׃

Juxta Deut. V.

שמור את־יום השבת לקדשו כאשר
צוך יהוה אלהיך ששת ימים תעבד ועשית
כל־מלאכתך ויום השביעי שבת ליהוה
אלהיך לא תעשה כל־מלאכה אתה
ובנך ובתך ועבדך ואמתך ושורך וחמרך
וכל־בהמתך וגרך אשר בשעריך למען ינוח
עבדך ואמתך כמוך וזכרת כי־עבד
היית בארץ מצרים ויצאך יהוה אלהיך
משם ביד חזקה ובזרע נטויה על־כן
צוך יהוה אלהיך לעשות את־יום
השבת׃

Qvatuor Verſuum tertii præcepti diſtincta accentuatio, juxta Exod. XX.

זכור את־יום השבת לקדשו׃ ששת
ימים תעבד ועשית כל־מלאכתך׃ ויום
השביעי שבת ליהוה אלהיך לא־תעשה
כל־מלאכה אתה ובנך ובתך עבדך
ואמתך ובהמתך וגרך אשר בשעריך׃ כי
ששת־

ששת־ימים עשה יהוה את־השמים
ואת־הארץ את־הים ואת־כל־אשר־בם
וינח ביום השביעי על־כן ברך יהוה את־
יום השבת ויקדשהו׃

Juxta Deut. V.

שמור את־יום השבת לקדשו כאשר
צוך יהוה אלהיך׃ ששת ימים תעבד
ועשית כל־מלאכתך׃ ויום השביעי שבת
ליהוה אלהיך לא־תעשה כל־מלאכה אתה
ובנך ובתך ועבדך ואמתך ושורך וחמרך
וכל־בהמתך וגרך אשר בשעריך למען
ינוח עבדך ואמתך כמוך׃ וזכרת כי־
עבד היית בארץ מצרים ויצאך יהוה
אלהיך משם ביד חזקה ובזרע נטויה
על־כן צוך יהוה אלהיך לעשות
את־יום השבת׃

Utraq; accentuatio conjuncta extat in codice.

QVINTI, SEXTI, SEPTIMI, OCTAVI PRÆC. DISTINCTA ACCENTUATIO.

Exod.

Exod. XX. & Deut. V.

לֹא תִרְצָח׃ לֹא תִנְאָף׃ לֹא תִגְנֹב׃ לֹא־

תַעֲנֶה בְרֵעֲךָ עֵד { שָׁקֶר׃ / שָׁוְא׃ }

QVINTI, SEXTI, SEPTIMI ET OCTAVI PRÆC. CONTINUA ACCENTUATIO PERIODICA.

Exod. XX. & Deut. V.

לֹא תִרְצָח לֹא תִנְאָף לֹא תִגְנֹב לֹא־

תַעֲנֶה בְרֵעֲךָ עֵד { שָׁקֶר׃ / שָׁוְא׃ }

Utraq; accentuatio conjuncta extat in codice.

OBSERVATIONES.

1. Accentuatio utraqve tàm *Præcepti* qvàm *versus* congruit nostris datis regulis. Tyrones rationem consecutionis petere poterunt è Dörffelio.

2. Qvando accentuatio in præcepto & versu juxta præscriptum Schematis nostri est eadem, tùm idem accentus non bis, sed semel ponitur, capiendus tamen duplici respectu. Obiter notetur in וְיוֹם Ex. 20, v. 10. non esse *duplex Pasta*, sed *Pasta* & *Kadma* diverso respectu.

3. Ea-

3. Eadem vox לֹא v. 13. habet diſtinctivum *reſpectu præcepti*, juxta notam b. §. 2. at conjunctivum *reſpectu periodi*. Idem judicium eſto de ſimilibus.

4. Vox פָּנָי non eſt legenda *Panaja* v. 3. ſed habet *Kamez*, reſpectu Silluki periodici, *Patach* reſpectu Refia præceptivi. Idem judicium eſto de voce תִּרְצָח v. 13.

5. Voces תרצח, תנאף, תגנב habent *Raphe* ratione miniſtri periodici; at *Dages lene* ratione Regii præceptivi.

6. *Nonum* & *decimum* Præceptum in unum verſum compinguntur, tùm ob cognationem; tùm qvod aptiſſimè ad unam pericopen proportionata ſint; tùm qvod octo præcedentibus accuratè diſtinctis per ſe pateat reſtare duo; cùm עשרת הדברים *decem præcepta* eſſe debeant. Nihilominus in Deut. per ס & *Sophpaſuk* apertiſſimè diſcriminantur. Adeoqve ex accentuatione infallibiliter demonſtrari poteſt vera diviſio Decalogi; uti factum à M. Sam. Bohlio, peculiari in hanc rem Diſſertatione. Cujus rationes neqvicqvam impugnat

Buxtorfius *Diss. de Decalogo* §. 64. *&c.* unde, qvæ Bohlio oppoſuit Hakſpanius *Not. Bibl. ad Exod.* 20. deſumſit, qvibus è dictis ſufficienter reſponderi poteſt. Conf. Dubia noſtra Vexata *P. I. p. 267. &c.*


Pars II.
DE ACCENTUATIONE METRICA.

§. 1.

IN tribus libris ſc. *Pſalmorum, Proverb.* & *Jobi,* qvi à literis capitalibus Judæis אֱמֶ״ת Chriſtianis vulgò *metrici* dicuntur, accentuatio longè aliter ſe habet atqve in aliis SSæ libris, (qvod vel è ſolâ collatione Pſalmi 18. & 2. Sam. 22. patebit, ubi idem textus accentuationem diverſam habet) non qvòd alia ſit formalis ratio nexûs, ſed qvòd variet ſpecialis applicandi modus.

§. 2. Cauſam hujus rei alii qvæſiverunt in metro, alii in cantu. Verùm ſi accentuatio metrica (qvam vocant) eſſet de formali ratione metri ſacri, utiq; à textu metrico abſtrahi non poſſet: Qvod verò fieri poſſe tùm Canticum Can-

Canticorum, tum Cantica heroum & heroinarum V.T. tum Pſalmus XVIII., recenſitus 2.Sam.XXII., ſatis luculenter teſtantur. Potiùs ad ſingulare, tùm dicendi genus, tùm inſtitutum autoris accentuationis, confugiendum videtur. Qvod tamen ad cantum non omninò negabimus, accentus eò aliqvid contuliſſe, verùm non *formaliter* ad exprimendos ſonos, ſed *accidentaliter* dirigendo intenſionem & remiſſionem, menſuram, interjecta ſilentia &c. Prorſus qvippe inepta eſt Judæorum Muſica juxta accentus, dum cuilibet certam tribuunt melodiam, & hanc voci accentum talem habenti, applicant (ferè ut juxta interpunctiones textus Evangeliorum & Epiſt. Dominicalium decantantur:) & hinc Legẽ præſertim, tàm miſero cantu diſperdunt (præſertim omnibus promiſcuè cantantibus) ut eos audiens omnem catulorum gregem concinuiſſe dicas. Melodias, qvibus ferè utuntur, exhibet Alſtedius *in Muſicâ ſuâ ſacrâ Triumph. Bibl. p. 153. 154.* E.g. Primus SSæ. verſus ex eorum inſtituto juxta accentus ita eſſet decantandus:



§. 3. Ut verò nunc propiùs ad rem ipſam accedamus, ſeqventes Accentus libris proſaicis peculiares, in metricis prorſus exulant *Segolta, Sakefkaton, Sakefgadol, Paſta, Jtif, Tſir, Tliſcha gedola, Gereſch, Karnepara, Tliſcha Ketanna, Darga.*

§. 4. *Miniſtri* in libris metricis occurrunt ſeqventes:

Munach inferior.

Munach ſuperior.

Tipcha tonicus.

Merca.

Mapach.

Jerach.

Kadma.

§. 5. *Domini* in libris metricis obvii ſunt ſeqventes

Sil-

ı *Silluc*, claudens pericopen ut in profâ.
Merca Mapachatus, Dux magnus.
Atnach, Dux parvus.
Refia fimplex
Refia Gerefchatus } Comites majores.
Schalfchelet
Sarca
Tipcha anterior } Comites minores.
Pafer, Baro magnus,
Pfik, Baro parvus.

Unde patet dari hîc duos accentus compofitos fc. *Mercam Mapachatum* è Mercâ inferiori & Mapach fuperno, & *Refiam Gerefchatum* è Refia & Gerefch fupra locatis. Schalfchelet verò à latere habere lineolam uti Pfik, è profâ jam conftat.

§. 6. Tenendæ verò funt προγνώσεως ἕνεκα feqventes obfervationes atqve hypothefes 1. Voces ante tonum non habentes Syllabas unâ plures, vel planè nullam, dicuntur hîc peculiari termino technico *laborantes*. 2. Scheva mobile poft vocalem longam hîc cenfetur conftitu-

ſtituere ſyllabam, aliàs nec ipſum, nec vocalis, qvæ ſtat ejus loco, adeoqve vox אֲמָרוּ in accentuatione æſtimatur pro triſyllabicâ, at וּמוֹשָׁב pro diſſyllabicâ. 3. Ditio ſive tractus vocum talis, ubi Dominus qvispiam adhibet ſubdiſtinctivum ſuum minorem, & poſt hunc reqvirit ſubdiſtinctivum ſubdiſtinctivi, dicitur *mediata*, cùm autem adhibet minorem & ſtatim majorem, *immediata*. 4. Qvando vox dicitur *ſecunda* vel *tertia*, retrò eſt numeranda à voce gerente eum Dominum, cui illa ratione accentuationis ſubjacet. 5. Titulus Pſalmi Mononymus cum ſeqvente, & vox סלה cum præcedente voce utplurimum conjunguntur, . ut ut non cohæreant. 6. Servus *Mapach* (& qvandoqve *Merca*) præmittunt ſibi in eâdem voce (qvaſi conſervum, & citra omnem vim diſtingvendi) *Sarcam*, ſi ante tonum vocis ſit litera cum vocali longâ vel longæ vicariâ Pſ. X, 5. ut & in vocib9 Mackefatis vel explicitè vel implicitè ſive de jure ut Pſ. 49, 15. Pſ. 62, 9. Impedit verò id Refia antecedens, ſi ejus ditio non ſit vocum plurium.

§. 7.

§. 7. Nexum ordinarium accentuum in metro adjunctô schemate συνοπτικῶς exhibemus, additis notis, qvibus speciales potissimùm Variationes recensemus, præsuppositis è prosâ principiis generalibus.

NOTÆ.

(*a*) A *Silluk* etiam hîc, sive in analysi, sive genesi accentuum fit initium, & ordine retrogrado tenditur ad *Atnachatam*, ab hâc verò (si adsit) ad *Merca-Mapachatam*, & ab hâc ad primam.

(*b*) 1. *Silluk* habet tres ministros, non promiscuè, sed cum delectu adhibendos, namqve reqvirit usitatè & ordinariè loco præcedanei Ministri *Munach superius*, qvando consecutio juxta regulas & observationes mox tradendas poscit Psik subdistinctivum: *Munach inferius*, si tonus vocis ministrum habituræ incidat in primam dictionis syllabam, vel vox sit monosyllabica: harum conditionum si neutra adsit, *Merca*. 2. In ditione duarum vocum silluc non-laborans pro servo præmittit *Refiam Gereschatum*. E. c. Ps. 27, 5. Ps. 38, 23.

(*c*) *Silluc* præ cœteris variat suam consecutionem, instar cujusdam Protei, idqve juxta seqventes regulas. 1. Silluc, Atnacho præsente in versu, semel tantùm minori distingvendus, idqve (α. *in tertiâ* à se voce, pro *subdist. minori Psik* adhibet *majorem Refiam Gereschatum*, ut Ps. 6, 6. Prov. 2. 16. Job.

 4, 7.

4, 7. c. 5, 20. (β. *in secundâ* à se voce, si silluc *non laboret*, itidem pro subdistinctivo minori majorem adhibet, ut Psal. 21, 7. Si verò *Silluc laboret*, pro *subdistinctivo minori* usurpat *Ministrum Munach vicarium*, & ante hunc *Tipcham tonicum* ceu ministrum ut: Psal. 20, 4. Psal. 22, 13. II. Silluki, *Athnacho præsente*, duplex *immediata* distinctio (seu ubi subdistinctivus minor, & post hunc statim major, sensu ita poscente, præmittendus est) regularis est, si incipiat *à tertia* ut: Psal, 3, 1. Psal. 10, 14. At, si incipiat *à secundâ*, irregularis, nam pro subdistinctivo minori adhibetur *Munach Vicarius* cum præcedente *Tipcha tonico*, pro majori *Schalschelet*, ut: Psal. 13, 2. 3. Psal. 29, 11. Psal. 89, 3. &c. Ibiq; Schalschelet ante se loco sui subdist. minoris Tipcham tonicum legare potest Job. 37. 12. At loco servi Merca habet. III. Silluc *Atnacho præsente*, *mediatè* distingvendus (i. e. si ipse debeat præmittere subdistinctivum minorem, & hic iterùm subdistingvi) si distinctio incipiat à *secundâ* voce, à Sillukatâ, pro subdistinctivo minori Psik adhibetur *Munach vicarius*, cum prævio *Tipcha tonico* (uti antè membro I. (β) dictum est) & deinde præmittitur *Mapach* vel *Kadma* ceu subdistinctivus subdelegatus τȣ̃ Psik h. m.

,|, Vic.|,tonic.|ˋvel Kadma ˎ|pro
,|ʽ | ˎ |subdist. τȣ̃ Psik.

Ut Psal. 28, 8. Psal. 54, 8. At si *à tertiá*, pro subdistinct. minori Silluki adhibetur major, & huic præmittitur Merca, qvasi subdistinctivus τȣ̃ Psik h. m.

,|min.

'| min. |· ' | Merca legatus, | pro
'| min. | ' | Vicar. ſubdiſt.

tumqve Merca legatus præmittere poteſt alium Mercam loco ſervi, ut Pſal. 9, 16. Pſal. 42, 11. Job. 7, 9. c. 16, 8. IV. Silluki, *abſente Atnacho*, in ditione ſemel diſtingvendâ, eadem eſt qvæ præſente Atnacho (juxta membrum 1.) adeoqve ſi diſtinctio fieri debeat in *tertiâ* voce, talis poſitus eſt

'| miniſt. |·' | miniſt. pro
'| min. | ' | min. Pſ. 126, 5.

In *ſecundâ*, ſi Silluc *non laboret*, talis

'| ·' | min. Pſal. 48, 1.

At in eâdem ſecundâ, ſi Silluc *laboret*

'| ˌ vic. | ˌ vel ˌ tonic. Pſ. 38, 1.

Pſ. 108, 1. Pſ. 84, 1. VI. In ditione Silluki, *abſente Atnach*, ſæpiùs *mediatè* diſtingvendâ, poſt adhibitum Silluki ſubdiſtinctivum majorem (vel hujus vicarium) Atnachi ſubdiſtinctivi & ſubditi uſurpantur, ut adeò *Refia Gereſchatus* ſeſe illic gerat ceu vicarius Atnachi, uti videre eſt ex hiſce & ſimilibus conſecutionibus:

'| ¨ | min. | ˌ anterior | min. | ' | min. |
Pſ. 31, 3.

'| min. | ¨ | min. | ˌ anterior. | min.
Pſik | min. | ˙ | Pſ. 68, 36.

'| ·' | ˌ anterior | min. | · | min. | Pſik.
¦ | Pſik | Pſ. 104, 35.

 1 | ˌ Vic.

ᵎ| ͺ Vic. τȣ̃ ·ᶜ | Min. |-, | min. | Psik | min. &c.

De aliis qvibusdam, præsertim irregularibus conf. Reg. X. Wasmuthi. Patet è dictis, in consecutione Silluki ante omnia respiciendum esse ad *præsentiam* vel *absentiam Atnachi*. Cœterùm & hîc & in seqventibus observandum, licet tantoperè variet positus, tamen non laborare officium accentuum tacticum, cùm semper valeat illatio, ubi talis (ut à nobis describitur) est accentuum positus, ibi talis (ut indicavimus) est nexus. Adeoqve nexus colligendus est non è naturâ ipsorum accentuum semper, sed ex inductione talis vel talis positûs, qvi proinde simul & τάξιν indicat, & pronunciationem moderatur, & peculiari instituto autoris in hisce tribus libris deservit.

(*d*) Plerumqve *Resia gereschatus*, rariùs simplex.

(*e*) 1. Merca mapachatus in primam Syllabam incidens rejicit suum *Mapach* in ultimam vocis præcedentis Jerachatæ, si eam reperit vacuam. Ps. 6, 3. §. 2. In mediâ totius versûs metrici intersectione, si ea ultra qvartam à Silluc vocem fiat, ordinariè adhibetur Merca Mapachatus, mediante tùm inter ̤ & ̤ duce Atnach ut Ps. 24, 8. Ps. 70, 5.

(*f*) In ditione duarum vocum pro servo adhibet Resiam Ps. 27, 14. Job. 30, 13.

(*g*) 1. ̤ distinctivum minorem impressurus *tertiæ* à se voci, consecutionem habet regularem, tùm ubi eum solum, tùm ubi & majorem reqvirit

E. c.

E. c. Pſ. 11, 5. Pſ. 53, 3. Pſ. 100, 3. Pſ. 123, 4. Sic & cum poſt minorem mediata fit diſtinctio Pſ. 31, 3. Pſ. 57, 5. 2. Aliàs pro minori præmittit ſibi immediatè majorem prævio ſervo Ut Pſ. 9, 21. Pſ. 29. 3. Pſ. 78, 50. Pſ. 87, 4. & hinc *Sarca* qvandoqve præmittitur vi diſtingvendi ſuperans ipſum Refiam.

(*h*) 1. Atnach in metro non facit maximam diſtinctionem intra totam pericopen, ut in proſâ, ſed vel maximam membri poſterioris, vel ſecundum membrum, E. c. Pſ. 1, 1. 2. In mediâ verſûs interſectione adhibetur *Atnach ſolus*, ſi ea fiat in qvartâ à Silluk voce, vel tertiâ etiam, niſi poſtremæ laborent. Pſal. 72, 20. Pſal. 121, 4. Prov. 20, 16. c. 21, 16. vel ultra has qvandoqve Pſ. 22, 24. Pſal. 28, 8. Pſ. 86, 4. Prov. 15, 16. Job. 5, 19. 3. Pro *Atnach* alternat qvandoqve *Refia Gereſchatus*, uſurpatqve pro re natâ illius ſubdiſtinctivos & ſubditos, tàm regulares, qvàm irregulares. Pſ. 31, 23. Pſ. 35, 24.

(*i*) 1. Atnach præmittit loco miniſtri ut plurimùm *Munach*, ſi præcedat ejus ſubdiſt. Tipcha; aliàs *Merca*. 2. Atnach in ditione duarum vocum, præſertim Polyſyllabam vocem vel Mackefatas afficiens, pro ſervo ſubſtituit Tipcham anteriorem, ut Job. 37, 16.

(*k*) 1. Atnach diſtinctivum minorem impreſſurus *tertiæ* à ſe voci, conſecutionem habet regularem, tùm ubi illum ſolùm, tùm ubi & majorem reqvirit, ut Pſal. 3, 5. Pſal. 34, 13. ſeqq. Pſal. 71, 6. Job. 35, 10. (aliqvando tamen præſertim ſi vox Atnachata, ut & miniſtrò ejus afficienda, ſit polyſyllabica, vel

ca, vel etiam ſi diſtinctio in tertiâ voce ſit *ἐμϕατικώτερος*, pro Tipcha adhibet Reſiam, ut Pſ. 5, 3. Pſ. 18, 12.) ſic & cùm poſt minorem vel majorem mediata ſit diſtinctio ut Pſ. 19, 7. Pſ. 86, 12. Job. 19, 3. 2. Atnach *laborans* pro Tipcha anteriori in *ſecundâ* ſede reqviritvicarium miniſtrum Munach, cum prævio Munach, cœterâ conſecutione ſalvâ, ut Pſ. 2, 4. Pſ. 15, 3. Pſ. 104, 31. id qvod & Vicarius Dominus (*Reſ. Gereſchatus*) cum ſuo miniſtro Merca imitatur. 3. In *mediatâ* diſtinctione Atnachi pro immediatè diſtingvente qvandoqve eſt vel ⁓ vel ⁓ vicarius & mediatè diſtingvit Schalſchelet, qvi denuò ſubdiſtingventem Pſik præmittere poteſt. ut Pſ. 72, 3. Prov. 1, 9. c. 6, 27.

(*l*) Uſitatè *Reſia ſimplex.*

(*m*) Poteſt eſſe vicarius Atnachi, ut dictum h. 3. & k. 2.

(*n*) *Reſia Gereſchatus* raro nexum plurium vocum per ſe inſtituit, & pro ſubdiſtinctivo qvandoq; miniſtrum *Merca* ſubſtituit.

(*o*) *Reſia* accentus eſt in metro remeabilis ſub eodem Domino.

(*p*) 1. *Reſia* præmittit *Merca*, qvando vox immediatè ſeqvens (naturali ſc. ordine) habet Mercam Mapachatum Reſiæ Dominum. E. c. Pſ. 130, 7. aliàs vel *Mapach* vel *Munach ſupernum: illud*, cùm vel planè nullus ſubdiſtinctivus præcedit, vel, factâ novâ Reſiæ ſubdiſtinctione, Mapach poteſt habere conſervum Sarka, ſc. in ſyllabâ vocali longâ affectâ ante tonicam; aliàs *Munach ſuperius*. 2. In ditione duarum vocum ſubſtituit Pſik ut Pſ. 28, 9. Job. 33, 27. &c.

(*q*) 1.

(*q*) 1. *Resia* consecutionem ferè habet regularem, tùm ubi semel distingvit, ut Pſ. 22, 24. Pſ. 71, 6. Pſ. 78, 31. Pſ. 79, 9. tùm ubi bis ut Pſ. 2, 12. Pſ. 79, 1. Pſ. 141, 4. 2. *Resia*, *Sarka* & *Tipcha*, in ditionis mediatè bis distingvendæ, primâ sede, habet Paser, & ante hunc Psik Pſ. 5, 12. Pſ. 126, 2. Pſ. 140, 6. & in immediatâ licet qvandoqve repetere Psik loco majoris Paseri Pſ. 40, 6. Pſ. 44, 3.

(*r*) *Schalschelet* vicarius est Resiæ, conf. c. n. 2. & K. n. 3.

(*s*) Qvandoq; est ministri socius. Vide §. 6. r. 6.

(*t*) 1. *Sarka* habet *Merca*, qvando tonus ministri ipsius incidit in primam dictionis syllabam, vel literam dageschatam, ut Job. 3, 5. aliàs *Munach*. 2. In ditione duarùm vocum præmittit loco servi Psik Pſ. 12, 3. Prov. 24, 24.

(*u*) 1. Consecutio *Sarkæ* est ferè regularis, tum ubi semel distingvit ut Psal 32, 7. Pſ. 35, 27. Pſ. 78, 38. Pſ. 79, 6. tum ubi bis, ut Pſ. 32, 6. Pſ. 75, 9. 2. Valet & de eo, qvod monuimus de Resia q. 2.

(*w*) 1. *Tipcha* ponitur ante primam vocalem vocis, qvando Dominus est. 2. Consecutio utcunqve regularis, tùm ubi semel distingvit, ut Pſ. 12, 5. Pſ. 16, 9. tùm bis ut Pſ. 27, 1. Job. 32, 1. Cœterum in *secundâ* à se voce distincturus Tipcha anterior etiam substituit ministrum præcedente servo Mapach, componendo cum conservo Sarka, ubi potest. 3. Valet & de eo, qvod de Resia dictum ad q. 2.

(*x*) *Paser* accentus remeabilis in metro.

(*y*) Consecutio utcunqve regularis E. c. Pſ. 21, 25. Pſ. 28, 5. Pſ. 39, 13. Pſ. 141, 5. Prov. 30, 8.

(*z*) 1.

(ז) 1. *Pfik* in metro remeabilis eſt. 2. Qvando præmittit ſervum Mapach eſt *Kadmatus*, aliàs *Mapachatus*. 3. Aliqvando deficit, manente ſolo *Mapach* vel *Kadma*. 4. Pro ſubdiſtinctivo ſubdelegat miniſtrum.

APPLICATIO.

Praxin Accentuationis metricæ aggreſſurus in accentuatione proſaicâ probè ſit exercitatus,& notas hactenùs exhibitas probè expenderit, neceſſe eſt. Modum præibimus è Pſ. XII, 6. ubi ultima vox 17. habet pro more *Sillus* (vide notam A.) præcedens יפיח utpote cohærens (*ut-reſpiret ſibi*) habet Silluki miniſtrum,eumq; *Mercam*,ex præſcripto Annotationis B. 1. Præcedens vox בישע juxta ductum Schematis poſceret ſubdiſtinctivum minorem Pſik, verùm ejus loco adhibitus eſt major *Refia - Gereſchatus* juxta c. 1. *a.* Præcedens vox אשית utpote cohærens (*ponam in-ſalutem*) habet Refiæ - gereſchati ordinarium miniſtrum *Mercam*, & ſic explicit *ditio Silluki*, ſive ultimum orationis Membrum, cujus accentuum nexus à Silluko dependet.

Vox יהוה inchoat (ordine retrogrado) *ditionem Atnachi* conf. c. 2. h. 1.) ubi vox præcedens Atnachatē יאמר utpote cohærens (*Dicit Dominus*) habet ejus miniſtrum *Munach* (juxta i. 1.) Præcedens vox אקום habet è præſcripto Schematis ſubdiſtinctivum minorem Atnachi *Tipcham anteriorem*: Præcedens עתה cohærens (*jam ſurgam*) Tipchæ ant. ordinarium miniſtrum *Munach*, & ita qvoqve definit *ditio Atnachi*, qvi, ubi Merca-Mapachatus in verſu præſens eſt, minorem eô diſtinctionem periodi facit.

Vox

Vox אביונים habet *Mercam-Mapachatum* majorem Silluki ſubordinatum Dominum ſive diſtinctivum (juxta c. 2.) Vox præcedens מאנקת qvia cohæret (*ob-gemitum pauperum*) habet Merca-Mapachati ordinarium miniſtrum *Jerach.* Vox præcedens עניים diſtincta in ſenſu, ſubdiſtinctivum ejus minorem, *Sarkam*, & præcedens משד in ſenſu connexa (*ob- deſolationem miſerorum*) Sarkæ miniſtrum, eumqve *Mercam*, ob vocem dageſſatam (juxta notam t. 1.) Plura dabit exercitium, in qvo ita ſeſe gerat Philebræus, ut difficiliora, & qvæ aſſeqvi non valet, transmittat primùm, donec in facilioribus ſatis ſit confirmatus, & ſic paratior ad cœtera.

FINIS.

בג״ה:

CRITICA SACRA GENERALIS.

PROOEMIUM.

De CRITICÆ SACRÆ OECONOMIA.

§. 1.

PHILOLOGIA SACRA est habitus animi compositus tractans lingvas sacras originales aliaque adminicula ad κρίσιν sacri textus & σύγκρισιν versionum facientia.

§. 2. Philologiæ sacræ, quoniam ad praxin tendit & sic methodo analyticâ gaudet, observanda *Finis, Subjectum & Media.*

§. 3. *Finis* ejus est vel *Internus* vel *Externus*. *Internus* & quidem *Principalis* ratione primarii objecti est κρίσις s. judicium Philologicum de Scriptis Sacris,

A ipsa-

ipſaque λέξει & φράσει Scripturæ tùm intra tùm extra συνάφειαν ſpectata: *minùs principalis* ratione ſecundarii objecti σύγκρισις ſive judicium Philologicum de convenientia verſionum cum Archetypo textu. *Externus* finis eſt verus ſacræ ſcripturæ ſenſus.

§. 4 *Subjectum* (ſc. operationis) vel eſt *Immediatum* vel *Mediatum*. *Immediatum* eſt intellectus humanus. *Mediatum* eſt vel *per ſe* vel *per accidens*. *Per ſe* & quidem *Primarium* eſt ſacer avthenticus & canonicus Textus V. & N. T. *ſecundarium* verſiones inde expreſſæ, Exegeſes &c. *Per accidens* verò ſcripta tùm ἀπόκρυφα, tùm ψευδαγίγραφα ut Talmud, Alcoranus.

§. 5. *Media* ſunt lingvæ ſacræ originales, orientales aliæ, Rhetorica ſacra, Logica ſacra, Hiſtoria rituum &c.

§. 6. Eſt proinde CRITICA SACRA (dicta ἀπὸ τοῦ κρίνειν, quia in cultore ſuo præſupponit dexteritatem *judicandi*, & *ſacra* ratione Objecti ſui) accuratè loquendo ipſa applicatio Mediorum Philologiæ ſacræ ad objectum ejusdem ſeu *Pars Philologiæ ſacræ, tradens modum dextrè judicandi de Textu ſacri*

per-

perfectione & sensu, nec non versionum cum Archetypo convenientiâ.

§. 7. Versatur, ut è dictis liqvet, *per se* & quidem *primario* circa Textum SS. avthenticum: *secundariò* circa versiones Scripturæ: *per accidens* circa scripta κτ' δόξαν sacra.

§. 8. *Modus* interim versandi circa Objectum alius atque alius est, pro ejus diversitate. Nam circa *Textum* versatur, quatenus ejus perfectio & sensus per media ἀνθεώπινα demonstrabilis est: circa *versiones*, in quantum cum Textu conveniunt vel non conveniunt: circa *scripta falsò vendidata* remotivè & ἀνασκευαστικῶς.

§. 9. Criticâ sacra vel *generalis* vel *specialis* est. *Illa* circa Textum sacrum universim spectatum, sic & in genere circa versiones: *hæc* circa singula scripturæ loca in specie versatur. Conferri hîc merentur Dn. D. Danhawer *Hermen. sacr. sect. 1. art. 6. & 7. p. 118. s. p. 150. s.* Dn. D. Olearius *Theol. Univ. syst. 1. p. 150. s.* Alstedius *Triumph. Bibl. p. 589. s.*

§. 10. *Criticæ sacræ generalis* pro ratione instituti nostri dispositio ista esse

poteſt. Agit I. *de Textu ſacro*, ejusque (α) *Materiâ*, ſc. libris è quibus conſtat, ſive de partitionibus ſacri Codicis ejusdemque perfectione integrali, nec non repræſentatione ſeu variis editionibus. (β) *Formâ externâ* ſive charactere ſermonis, ubi de lingvis originalibus, ut & puritate fontium illibatâ tùm ratione ſententiarum & dictionum, tùm elementorum & apicum. (γ) *Formâ internâ* ſive de ſenſu ejusque inveſtigatione, ſive interpretatione ſcripturæ. Quò etiam pertinet conſideratio ſive Examen mediorum criticorum, quæ Judæis propria ſunt, tàm *conſervativi* ſc. Maſoræ, quàm *Interpretativi* ſc. Kabbalæ. II. *De Translationibus Sacræ Scripturæ*, quotquot unquam in ullâ lingvâ prodiêre. III. De *Scriptis*, quæ ſacra atque avthentica cenſentur ſive à *Chriſtianis* quibusdam (ſc. ἀπόκρυφα) ſive à *Judæis* (Talmud ūtrumque) ſive â *Muhammedanis* (ſc. Alcoranus) unde ſequentia Criticæ ſacræ erunt Capita:

I. De Partitionibus S. Codicis.
II. De Editionibus ſcripturæ.
III. De Lingvis Originalibus.

IV. De

CAPUT I.
DE PARTITIONIBUS SACRI CODICIS.
SECTIO I.
APHORIST.

§. 1.

CОdex ſacer Canonicus dividitur in *Vetus* & *Nov. Teſt.* Illud de Chriſto exhibendo, hoc de exhibito agit. Conf. Dn. D. Calovius *T. 1. Bibl. Illuſtr. Præloqv. Gener. in libros Sacræ Scripturæ §. 12. p. 1. ſ.*

§. 2.

Vetus Teſt. Judæis dicitur עֶשְׂרִים וְאַרְבַּע *Viginti quatuor*, à numero librorum, quos ita recenſent: V. libri Moſis VIII. *Prophetæ* ſc. Joſua, Judices, Samuel, Reges, Jeremias, Eſaias, Ezechiel, Δωδεκαπρόφητον. XI. *Hagiographa* ſc. Ruth, Pſalmi, Job, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Threni, Daniel, Eſter, Esdras, Paralipomena. V. *Bava batra c. 1. f. 13. & 14. 6. ſ.* Elias Levita *Præfat. 3. in Lib. Maſ. hammaſor. p. 19.* P. Galatinus *l. 1. de A. C. V. c. 1. p. 1.* Buxtorfius *Tiber, p. 1. c. 11.* Rivetus

vetus *Isag. Sacræ Scripturæ p. 501.* Lightfoot. *in Luc. 24. 44. p. 899. f.* quanquam & conſtet compendii & juvandæ memoriæ cauſa totum V. T. codicem, ſecundum numerum literarum Ebraicarum, in libros XXII. quondam diſtinctum fuiſſe; Conf. Hieron. *Prol. Galeat.* Iſidor. *Orig. l. 6. c. 1.* Sixt. ſenenſis *Bibl. l. 1. p. 3. & 4.* Hottingerus *Theſ. Phil. l. 1. c. 2. ſ. 3. p. 102.*

§. 3.

Diſpeſcuntur libri illi ſacri V. T. apud Judæos primò in תּוֹרָה *Legem* ſeu Pantateuchum, נְבִיאִים *Prophetas* & כְּתוּבִים *γραφεῖα* ſeu *Hagiographa.* Conf. Lightfootus *l. c.*

§. 4.

Quinque libri ſive *Quintanæ* legis (תורה חמשה חומשי conf. Lightfoot. *in Luc. 4. 17.*) uſitatiſſimè appellantur a vocibus initialibus, ut ap. Græcos & Latinos à præcipuo argumento h. m.

בְּרֵאשִׁית	*Geneſis,*
שְׁמוֹת	*Exodus,*
וַיִּקְרָא	*Leviticus,*
בְּמִדְבָּר	*Numeri,*
אֵלֶּה הַדְּבָרִים	*Deuteronomion.*

§. 5.

Quinque libris legis velut appendicis loco ſubjungi ſolent (quanquam aliàs Hagiographis accenſeantur: vid. Hotting. *Theſ. l. 2. c. 1. ſ. 3.*) *quinque libelli feſtivales*, Judæis חֲמֵשׁ מְגִלּוֹת ſc. שִׁיר הַשִּׁירִים *Canticum canticorum* (quod legunt in feſto Paſchatos) רוּת *Ruth.* (Feſt. Pentecoſtes) אֵיכָה *Threni* (d. 9. Jul. quô templum utrumque exuſtum) קֹהֶלֶת *Eccleſiaſtes* (Feſto Tabernaculorum) מְגִלַּת אֶסְתֵּר *Volumen Eſteræ* (F. Purim) conf. Buxtorf. *Synagog. c. 29 p. 555.* D. Calovius *Proleg. in Gen. p. 9.*

§. 6.

Prophetæ Judæis vel ſunt רִאשׁוֹנִים *Priores* ſc. יְהוֹשֻׁעַ Joſua, שׁוֹפְטִים Judices, Samuelis 1. & 2. מְלָכִים ſeu Regum 1. & 2. vel *Poſteriores* (אַחֲרוֹנִים) iique vel *Majores* Eſaias, Jeremias, Ezechiel (Danielem inter Prophetas non referunt) vel *Minores*, qui collectim vocantur שְׁנֵים עָשָׂר vel Chald. תְּרֵיסָר Δωδεκαπρόφητον Conf. Dn. D. Calovius *T. 2. Bibl. Illuſtr. Proleg. in Joſ. p. 651.*

§. 7

Hagiographa Judæis peculiariter vocan-

vocantur cæteri Sacræ Scripturæ libri, tum *metrici*, quos vocant, ipsis dicti אֱמֶ״ת à primis literis, sc. תְּהִלִּים *Psalmi* (qui ipsi in quinque חֲלָקִים Partes sive libros, subdividuntur, quorum primus extenditur usque ad Ps.41. secundus ad Ps.73. Tertius ad 91. Quartus ad 107. Quintus ad ultimum usq;) מִשְׁלֵי *Proverbia*, אִיּוֹב *Job*: tum *alii* nim. Daniel Esdras, Nehemias (cujus liber etiam secundus Esdræ dici solet) דִּבְרֵי הַיָּמִים Chronicorum seu Paralipomenon primus & secundus.

§. 8.

Ab ordine isto non uno modo nec sine ratione recesserunt LXX. cumque iis vulgatus & B. Lutherus, cujus distributionem satis concinnam esse ita ostendimus: Libri V. T. vel sunt *Historici* vel *Didactici*. *Historici* tradunt res Patriarcharum & Israëlitarum tum *ante possessionem* terræ Chanaan, sc. Pentateuchus; tum *in ipsa occupatione* ejusdem sc. Lib. Josuæ; tum *post occupationem* & quidem tam *Republ. florente* idque & *sub Judicibus* Lib. Judicum, Ruthæ, Samuelis I. & *sub Regibus* Sam. II. Regum. I. & II. quo-

rum recapitulatio extat in I & II. Chronic. quàm *Republ. collapsâ*, in Judæa Lib. Esdræ & Nehemiæ: in Babylonia L. Efteræ. *Didactici* vel funt *Poëtici* ut Job, Pfalmi & fcripta Salomonea; vel *Prophetici* fc. Prophetarum Majorum, ad quos & Daniel refertur, & Minorum. Conf. B. Waltherus *in frontifp. offic. Bibl.*

§. 9.

Libri V. T. interfecantur ulteriùs in *Capita, Sidras*, atque *Parafchas.*

§. 10.

Capita Ebræis פְּרָקִים & קַפִּיטוּלִי funt fegmenta librorum facrorum, five ab Hugone Cardinali (V. Hotting. *Hift. Ecclef. T. 3. p. 347. 348.*) five (quod Balæo placet *Cent. 3. p. 275.*) à Steph. Langthon Anglo (qui A. D. 1200. claruit) five ab alio inventa & à Judæis approbata atque ad Textum originalem V. T. applicata. Cœterùm vulgarem capitum difpofitionem fæpè deferunt Junius & Tremellius.

§. 11.

Sidræ autem five סְדָרִים i. e. *Ordines* funt fegmenta facrorum librorum à Maforetis introducta, quorum in vulgaribus

Chro-
Judæa
ylonia
Poëtici
onea;
Majo-
& Mi-
fron-

ùs in

, fi-
ing.
uod
ph.
cla-
ap-
em
em
nt

li-
m
l-
us

SC HEM SAICÆ

DOMINI	Mi	SUBDISTINCTIVI MAXIMI
I. SILLUK: a m		e.
II. ATNACH: f. m		e.
III. SEGOLTA: g		
IV. SAREFKA-TON: g.		
V. SAREFGA-DOL: ſ.		
VI. TIPCHA: m		
VII. REFIA: n.		w. x
VIII. SCALSCHE		
IX. SARKA: q.		
X. PASTA: r q		
XI. ITIF: r		
XII. TFIR: q. u		
XIII. MERKA DUPLEX: u		
XIV. PASER: w x		
XV. KARNE PARA: x		
XVI. TLISHA GEDOLA: w		
XVII. GERESH: m		
XVIII. PSIK: w		

garibus Bibliorum Exemplaribus usus haud est. Cæterùm sidræ istæ Masoreticæ capitum numerum non attingunt. Nam Genesis habet 50. capita, sed 42. sidras; Exodus habet sidras 29. Leviticus 23. Numeri 32. Devteronomion 27. Josua 14. Judices 14. Samuelis uterque simul 34. Regum uterque 35. Esaias 26. Jeremias 31. Ezechiel 29. duodecim Prophetæ minores 21. Paralip. uterque 25. Psalterium 19. Job. 8. Proverbia 8. Ecclef. 4. Cantic. Ruth. Threni o. Ester. 5. Daniel 7. Esræ uterque 10. Recensentur unà cum capitulis in frontispicio Bibliorum Buxtorfianorum.

§. 12.

Porrò Pentateuchus dividitur in פַּרְשִׁיּוֹת *Paraschas* i. distinctas sectiones, easque vel *Majores* vel *Minores*.

§ 13.

Paraschæ Majores sunt pensa hebdomadaria Lectionum Legalium numero LIV. quia Judæi quotannis Pentateuchum legendo absolvere tenentur. Et quanquam ad nostri Calendarii rationem pro numero hebdomadum LII. Paraschæ sufficerent, illi tamen duode-

cim

cim lunationibus annum metientes ad Intercalarem ſuum reſpexerunt, qvi integro menſe abundat, unde annis vulgaribus duas breves alicubi conjungunt. V. Schickardus *Bech. Happer. p. 18.*

§. 14.

Paraſchæ Minores ſunt minutiores interſectiones Legis ſive Paraſcharum Majorum, pro diverſitate materiæ, ceu patet ex Gen. I. ubi ſingula penſa Hexaëmeri, Exod. 20. ubi ſingula Præcepta decalogi paraſchis minoribus diſtingvuntur.

§. 15.

Paraſchæ tàm *Majores* quàm *Minores* dividuntur in פְּתוּחוֹת *Apertas*, quæ in Volumine Legis MSS. (non ſatis certum quô conſilio) inchoantur ab initio lineæ; & סְתוּמוֹת *clauſas*, quæ inchoantur in medio lineæ, ut Maimonides ait *Hilc. Sepher. Tor. c. 8. §. 2. f.* (quod tamen in vulgaribus Bibl. editionibus attendi non ſolet) Cœterùm *Paraſchæ apertæ* & quidem *majores* ſignantur tribus פפפ majoribus, minores unico פ minuſculo. Clauſæ verò & quidem majores tribus ססס majoribus, at minores unico ס minuſculo.

Para-

Paraſchas minores omnes recenſuit, quotve *apertæ* ſint, quot *clauſæ*, oſtendit Majmonides *Tr. citato de Libro Legis c. 8. poſt §. 4. f. 89. 6. ſ.*

§. 16.

Quælibet *Paraſcha Major* ſortitur nomen à voce ſuâ primâ vel primæ proximâ. Sic Paraſcha primà dicitur בְּרֵאשִׁית, ſecunda נֹחַ, tertia לֶךְ לְךָ & ſic porrò. Conf. Buxtorfius *de Abbrev. p. 281.*

§. 17.

Denique *Paraſcha* quælibet *major* diſpeſcitur in VII. חֲלָקִים *Portiones*, quoniam VII. ſunt *Lectores*, quorum quilibet ſuum de Paraſchâ legit penſum, eòque peculiariter evocatur. Inde eſt quod in nonnullis Bibliorum editionibus ad marginem Pentateuchi adſcriptæ conſpiciuntur hæ ſeptem voces: כֹּהֵן *ſacerdos* (qualis primus lector, ſi talis adſit) שֵׁנִי *ſecundus* vel לֵוִי *Levita* (qualis ſecundus lector eſſe dicitur) שְׁלִישִׁי *tertius* (lector) רְבִיעִי *quartus* &c. Sic in primâ Paraſchâ (quæ protenditur à *Gen. I. 1.* ad *c. 6. v. 8.*) primi lectoris penſum incipit *c. 1. v. 1.* ſecundi ſive Levitæ *c. 1. 14.* Tertii *c. 1. 24.*

Quar-

Quarti *c. 2. v. 4.* Quinti *c. 2. v. 20.* Sexti *c. 3. v. 22.* Septimi *c. 5. v. 25.* Conf. Buxtorf. *Synagog. Jud. c. 16 p* 327. Lightfoot. *Hor. H. in Matth.* 423. *p.* 252.

§. 18.

Singulis *Parasahis* respondent singulæ הַפְטָרוֹת *Haftaræ* sive Lectiones Propheticæ, ita dictæ quasi *Missæ*, earumque Lector מַפְטִיר Maftir *Dimissor*, quod iis lectis populus dimittatur, quæ unâ cum Paraschis sive pensis legalibus recensentur in peculiari לוּחַ sive indice vel laterculô, Pentateucho vel codici sacro subnecti solitô, quem operosè exposuit Laur. Fabricius *de Partit. Cod. Hebr. c. 24. p: 178. s.*

§. 19.

Psalmi in specie suo ordine numerantur, suntque CL. Nam CLI. qui apud LXX. Arabem & Æthiopem reperitur, hypobolimæus est. Porrò à LXX. & Vulgatô eorum sequace ordo Psalmorum turbatur, dum *nonus* cum *decimo* conjungitur & ne numerus deficiat, Psalm 147. in duos dividitur.

§. 20.

Capita deniq; dividuntur in פְּסוּקִים *versus*, qui ratione fundamenti & quoad

d numerum numerantem ſemper
uerunt (nam *Silluk* in quavis periodo
uo puncta פסוק סוף ſive *verſum fini-
ntia* penes ſe habet) at non numerati,
nde in multis exemplaribus nullus
erſuum numerus adſcribitur. Cœ-
ɔrùm פסוק סף ſive duo puncta verſu-
m quemque terminantia primitiùs
viris Synagogæ magnæ cujus præſes
ſdras fuit, addicta fuiſſe exiſtimat
uxtof. *Tiberr. P.1.c.11.p.m.*128.6. Antea
nim textum Sacræ Script. ſine omni-
us notis diſtinctionum fuiſſe exara-
ım Judæorum ſententia eſt, quam ta-
ıen nondum ſatis probatam putamus.

§. 21.

Nov. Teſt. dividitur in libros *Hiſto-
cos*, qui de Chriſto (ſc. *quatuor Evan-
lia*) & Apoſtolis (ſc. *Acta*) agunt:
idacticos, quales Epiſtolæ tum Pauli
l Eccleſias vel certas perſonas, tum
eterorum Apoſtolorum Petri, Johan-
is, Jacobi, Judæ: & *Propheticum*, qui
t Apocalypſis Johannis.

§. 22.

Libri N. T. olim in Portiones Ma-
res & Minores ſc. τίτλυς & κεφάλαια,
em *Capita*, *Capitula* atque *ſermones*
divi-

dividebantur. Sic habebat Matthæus τίτλες 68. κεφάλαια autem 355. Marcus τίτλες 48. κεφάλαια 236. Lucas τίτλες 83. κεφάλαια 347. Johannes τίτλες 18. κεφάλαια 280. Titulos recensuit Joach. Camerarius ad calcem cujusque Evangelistæ. Ammonius Alexandrinus aliive Matthæum in capita 355. Marcum in 235. Lucam in 343. & Johannem in 232. digessere. Oecumenius Acta in 40. capita majora & 247. capitula distinxit: & Apocalypsis ab Andr. Cæsariensi in 24. sermones & 72. capita divisa est, &c.

§. 23.

Latinis duplex usitata *capitum* distinctio. Altera *vetustior* & *numerosior*; Sic Evangelium Matthæi olim habebat 94. capita, Lucæ 107. Epistola ad Rom. 50. Altera *contractior* & *recentior*, hodieque usitata, quam Hugo Cardinalis circa ann. c. 1250. invenisse creditur.

§. 24.

Capita olim ulterius subsecabantur in στίχες, de quibus tamen non satis constat.

§. 25.

Versus antem sive Commatia sive Tme-

mematia, quibus hodiè capita interciuntur, à Rob. Stephanô demum A. C. 552. facta ſunt, quâ de re conf. Henr. Steph. *Præf. Concord. N. T.*

AUTORES.

De Diviſionibus & Libris Totius S. Codicis omnibus ſcripſère Sixtus Senenſis *Bibl. ſanct. l. 1.* Antonius Poſſevinus *Apar. ſacr. T. 1.* B. Gerhardus *Exeg. L. 1. de Scripturâ Sacrâ c. 5. 7. & Diſp. Iſag. 1. c. 4.* A. Calovius *Syſt. T. 1. p. 496. 509. & Prolg. in Gen. c. 3. & Critic. ſacr. p. m. 148.* Waltherus *Offic. Bibl. Repoſ. poſt.* Andr. Rivetus *Iſag. ad Script. Sacr. cap. 29.* Joh. Crojus *Obſ. in N. T. P. 1. c. 1-10.* In ſpecie de diviſione & libris V. T. Laur. Fabrit. *Partit. Cod. Hebr.* Buxtorfius *Tiber. Comm. 1. c. 10. & Præfat. Concordant.* Hottingerus *Theſ. Phil. l. 1. c. 2. ſ. 5. p. 217. & l. 2. c. 1. p. 458. ſ.* Leusdenius *Phil. Ebr. Diſſ. 3. p. 20. & in Joël. Illuſtr. p. 166.* De Diviſionibus N. T. Henr. Steph. *Præf. N. T.* Caſaubonus *Not. ad Evang. Matthæi ab init.* Crojus *l. c.* Eraſm. Schmidius *Not. in N. T. ab init.* Heinſius *Exerc. ad Nonn. c. 13.* Leusdenius *Phil. Græc. diſſ. 2. p. 17. ſ.* ſigillatim de Paraſchis & Haphtaris conf. Buxtorf. *Lex. Talm. p. 1855.*

p. 1855. *de Abbrev. p.* 163. *&* 281. *& Synagog. Jud. c.* 16. Fabrit. *l. c. c.* 9. 10. Hotting. *l. c. p.* 219. Schickard. *Bech. Happ. p.* 18. Bornitius *Diss. de Synag. Ebr.* §. 10. *&c.*

SECTIO II.
PROBLEMATICA.
Qvæst. I.
An Libri quidam Canonici è codice sacro perierint?

Neg. 1. Quia Judæi, quibus credita λόγια τοῦ Θεοῦ *Rom. III.* 2. & quorum erat διαθήκη *c. IX.* 4. & in quorum Canone Christus & Apostoli nil desiderârunt, imò ad eundem nos ablegârunt, non plures, quàm hodiè habemus, Canonicos Libros tradidêre.

2. In N. T. nuspiam plures Libri Canonici citantur.

3. Nullus Liber verè Canonicus præter enumeratos produci vel allegari potest.

4. Neque Providentia divina neque Ecclesia fida tabularum sacrarum custos passura videtur, ut tam carum depositum periret. *Matth. V.* 16.

Ἀντίθεσις. Contrarium placet non modò

dò Pontificiis (conf. Bellarm. *l. 4. de Verbo DEI c. 4.*) qui inde Scripturæ Sacræ imperfectionem & insufficientiam colligunt, cùm tamen inde imperfectionem dogmaticam nondum sequi benè moneat Dn. D. Calovius *Syst. T. 1. q. 25. p. 718.* Sed & è Reformatis Witakero *Controv. de Script. Perfect. p. 593.* qui & *de Eccles. l. 2. sect. 7. neminem doctum dubitare* ait, *Canonica quædam periisse.* Objiciunt verò 1. *Multos Libros Sacros in Scripturâ commemorari, qui hodiè non ampliùs extent, quales sunt:* Liber Bellorum Domini *Num. XXI. 14.* Fœderis *Exod. XXIV. 7.* Verborum Salomonis *1. Reg. XI. 41.* Justorum *Jos. X. 13. 2. Sam. I. 18. &c.* in N. T. Epistola ad Laodicenses, *quorum & similium recensum habes apud* Sixt. Senensem *Bibl. S. l. 1.* Hottingerum *Thes. Phil. l. 2. c. 2. f. 2.* & Waltherum *Offic. Bibl. Resp. 1.* Eos ex parte sub diversis nominibus eosdem cum extantibus censeri. 2. Dist. inter Libros *scriptorum sacrorum, Sacros & Canonicos.* Scriptores *sacri* quædam scripserunt *non sacra*, uti fortè Salomo nonnulla Physica *1. Reg. IV. 32.* David Epistolam ad Joabum, Uriam *2. Sam. XI. 14.* quædam *sacra*

 qui-

quidem, at *in Canonem non recepta* ſeu non relata inter Libros, *qui ad perpetuum Eccleſiæ theſaurum deſtinati ſunt*, ut loquitur Dannhawerus *Hodoſ. Phæn. 1. p. 69.* Et licet utraque in Canone citentur, idcircò Canonica non magis evadunt, quàm φαινόμενα Arati vel Carmina Epimenidis. Conf. ſi placet, *Dubia noſtra Vexat. Cent. 2. l. 17. q. 1. p. 337.*

2. *Prophetiam Henochi ceu in formâ probante citari* Judæ v. 14. Reſp. 1. E citatione illâ non ſequitur Henochum prophetiam ſuam in literas retuliſſe. Non enim dicit Apoſtolus ἔγραψε, ſed προεφήτευσε, neque introducit Henochum γράφοντα ſed λέγοντα. Sic Petrus narrat Noachum fuiſſe κήρυκα τῆς δικαιοσύνης 2. *Ep. II. v. 5.* nec tamen inde illicò conficitur, Noachum Tomos concionum vulgâſſe.

Excip. (α) *Extare Fragmentum Enochi de Egregoris*, quod Animadv. ſuis ad Chronicon Euſebii *p. 244.* Græcè inſeruit Scaliger, & poſt illum Athanaſius Kircherus *Oedip. Ægypt. T. 2. P. 1. Claſſ. 2. c. 2. à p. 69. & deinceps* Græcè & Latinè recenſuit, cujus Latinam translationem deſcripſit Thom. Bangius *Cæl. Orient.*

Exerc.

Exerc. 2. p. 25. f. Ita Gaſſendum *in vita Peireskii* referre, viſam Ægidio Lochienſi Capucino inter Abyſſinos *Mazhapha Einok. f.* Prophetiam Henochi. Reſp. Fragmentum de Egregoris fragilius eſſe, quàm ut Henocho tribuatur, fuſiſſimè oſtendit Bangius *l. c. à p. 30. ad 39.* neque in Fragmentô iſtô verba ab Apoſtolô adducta extant. Scriptum verò inter Habeſſenos repertum (cujus tamen Dn. Jobus Ludolphus ſuâ ad Hotting. Epiſtolâ de Libris Habeſſenorum *Bibl. Orient. p. 320.* nullam facit mentionem) recentioris ævi eſſe oſtendit Hottingerus *Ennead. Diſſ. Heidelb. 1. p. 34.* Exc. (β) *Unde ergò verba Henochi habuerit Judas?* Reſp. 1. quanquàm Mich. Medina *de Rectâ in Deum Fide l. 6. c. 24.* Joh. Mar. Scribonius *Serm. 17. in Ep. Jud. p. 259.* aliique ad oralem traditionem tùm vulgò notam recurrendum cenſeant, nos tamen ſimpliciter in peculiari revelatione divinâ acquieſcendum cenſemus. Rectè CL. Bangius *p. 94. Judæ viro ducto à Spiritu DEI non opus fuit ad ſcripta antediluviana aut traditiones recurrere, quippe qui gaudebat extraordinariâ & extemporali ſcribendi &*

loquendi promptitudine atque ipsius Spir. S. ὑπομνήσει καὶ διδάξει. Qui proinde Mosi suggessit historiam creationis, idem Judæ prophetiam Henochi. Resp. 2. Positô Henochum prophetiam suam literis consignâsse, non sequitur scriptum ejus esse relatum in Canonem, quod etiam Judæi nunquam in Canonem suum receperunt. Plura qui desiderat, adire potest B. Dorscheum *Disp. 1. Auctarii Pentad.* Nierenbergium *de Orig. Script. l. 2. c. 15. & Henochum nostrum c. 4.* (γ) *Locum L. 4. Esdræ c. XIV. v. 44 f.* Resp. Librum non modò apocryphum sed manifestè nugacem & Talmudicis næniis infarctum esse, patet ex *c. 14. 6. c. 6. 49. c. 7. 28. & 29. c. 13. 40. f.* Conf. Rob. Scheringham *Præf. Joma.* (δ) *Librum Syracidis olim in Canone Judaico fuisse, & in Tosephot Bava Kamæ f. 92.* accenseri Hagiographis, quod mirum Buxtorf. *Lex. Talmud. Col. 549.* Ita Hieronymus ait, *apud Judæos librum Judith inter Hagiographos legi*, quod Scaliger *Animadv. ad Euseb. p. 89.* fatetur se non intelligere. Resp. Talmudicos non loqui de כתובים ἐξόχως, sed ἐν πλάτει acceptis, sc. pro Libris Ecclesiasticis, uti enim illi diversos Sp. S. gradus influendi agno-

agnoſcunt, (unde R. Zacut *in Juchaſin p 163.* ipſas R. Salomonis in Codicem Talmudicum gloſſas ברוח הקדש confe-ctas eſſe aſſerit) ita etiam diverſimodè vocem *Cetubim* capiunt, ſub quô mode-ramine etiam capienda relatio Hiero-nymi: Conf. Hotting. *Theſ. Phil. l. 2. c. 2. ſ. 1. p. 525.* Aliàs Talmudiſtas adeò Syracidem non habuiſſe pro Scriptore Canonico, ut certis legibus ſuos ab ejus lectione arcuerint, patet ex *Sanhedrin c. 11.* Conf. & *Meor Enajim p. 29 Schebet Jehuda p. 1. Zemach David P. 2. p. 10.*

Cœterùm noſtram ſententiam de to-tâ quæſtione fuſiùs aſſeruêre Gerhar-dus *Exeg. Loc. 1. de SS. & Diſp. Iſag. 1. p. 19. ſ.* Calovius Syſt. *T. 1. qv. 25. & Crit. Sacr. Diatrib. 1.* Walth. *Offic. Bibl. Repoſ. poſt. claſſ. 3. §. 1308. 1401.* Dan. Chamierus *Panſtr. Cath. T. 1. l. 7. c. 6.* Andr. Rivetus *Iſag. ad SS. p. 62.* Frid. Spanhemius *Dub. Evang. Part. 2. dub. 88. p. 592.*

QVÆST. II.

Num Diviſio Judaica Librorum Scriptu-ræ V. T. τειχοτομικὴ ſit pro-banda?

Reſp. Diſtingvendum hîc putamus

 inter

inter ipſam claſſium conſtitutionem & librorum ſingulorum ad ſuas claſſes accommodationem ſive reductionem. Illa utcunque defendi poteſt, ſi כתובים ſive *Hagiographa* cœteris contradiſtingvi dicantur eô ſenſu, quem exponit Lightfoot *in Luc. 24. 44. p. 902.* ſc. ut iis hôc titulô aſſeratur divina autoritas, quanquàm non legantur in Synagogis, uti Legales & Prophetici ſtrictè dicti; ut adeò *Quintanæ Legis* ſint, è quibus Paraſchæ, *Prophetæ;* è quibus Haftaræ, *Ketubim* cœteri Libri Sacri, è quibus ordinariæ lectiones non deſumuntur: Sed aſſignatio ſive reductio librorum ad claſſes iſtas non unô nomine aberrat, quicquid ſeſe maceret Abravanel *Præf. in Joſuam*, cujus verba tranſtulit Buxtorfius *Diſſert. p. 495.* Conferri hac de re poſſunt Fabritius *Partit. c. 5.* Hoornbeck *de Conv. Jud. Prolog. p. 42. ſ.* Leusdenius *Phil. Ebr. Diſſ. 2 p. 8. ſ.* Müllerus *Judaiſm. Proleg. p. 9. ſeqq.* Dn. Friſchmuth *pecul. Diſſ. de Diviſione Scripturæ Sacræ ſe præſide habitâ*: Præcipua complexus videtur Dn. D. Calovius *Bibl. Illuſtr. T. 1. Proleg. p. 652.* cujus verba digna videntur, quæ hîc legantur: *Non ſolùm*, inquit, *minùs accu-*

rati

rati sunt in Priorum & Posteriorum Prophetarum Distinctione; sed à Prioribus Prophetis perperàm etiam abripiunt Libros Chronicorum, qui parili utique jure ad eosdem pertinent, quô illis Libri Regum *accensentur: nec convenienter Libros Chronicorum avellunt à Regum Libris, illisque postremum locum in Codice Biblicô assignant, utpote quibus plerique Prophetæ posteriores sunt Chronologiâ & tempore. Violentæ certè & planè indecentes sunt omnes illæ Separationes, quibus ea, quæ conjuncta sunt, divellunt in istâ suâ Distributione & ordinatione, utpote non tantùm Librum Ruth à Judicum Historiâ & Libros Chronicorum à Libris Regum; sed etiam Librum Esther ab Esra, Ecclesiastis & Cantici Canticorum tùm à se invicem, tùm à Tertio Salomonis Libro nempè Proverbiorum, Threnorum denique à Jeremiâ. Sed imprimis tamen castigationem meretur inepta Librorum Propheticorum & Cethubim distinctio, & iniqua Daniëlis è classe Prophetarum eliminatio. Distinguunt nonnulli Libros* Cethubim *à Propheticis hôc nomine, quod doctrinam potiùs & historiam tradant quàm vaticinia: Sed ita distingui nequeunt à Prioribus Prophetis:*

nec Daniel magis tradit historiam quàm Esaias & Jeremias, sed plenus itidem est vaticiniis. Deinde propter Poësin ac melodiam ἐξόχως & singulariter à Prophetis eos distingui volunt, quod de Libris Chronicorum, Esdræ ac Nehemiæ dici nequit, nec etiam de Libro Danielis. Hi enim Poësin non continent, quicquid sit de Libris Jobi, Davidis & Salomonis. Nonnulli majori verisimilitudine Prophetas dictos ajunt, qui munus Propheticum obiêre, quod in erudiendâ & regendâ Ecclesiâ consistebat: quales fuerunt illi tres, quos vocant, Majores & 12. Minores Prophetæ; cæteros autem, qui à Spiritu S. illuminati sunt, quùm cæteroqvin professione haud fuerint Prophetæ, Sanctos Scriptores dictos: & tales fuisse Davidem ac Salomonem Reges, Danielem Nebucadnezaris purpuratum, Esdram scribam Legis & Nehemiam, ut & Jobum Principes. Sed istâ distinctione positâ, Liber Ruth & Threnorum accensendi non minùs fuissent Propheticis, quàm Liber Josuæ & Judicum, imò hi etiam cum Libris Samuelis omnes Cethubim annumerandi erant. Conf. & *Proleg. Comm. in Genesin c. 3. p. 7. s.* Cæterùm num Salvator provocatione suâ ad

Mosen Prophetas & Psalmos Luc. 24. . alluserit ad usitatam & vulgarem Biiorum Divisionem, ita ut Psalmorum omine totum volumen Hagiographoum complectatur, (quorum sc. primus ber Psalmorum est, uti aliàs Matthæus 27. 9. sub nomine Jeremiæ completitur totum volumen Prophetarum, quorum primus Jeremias vocatur *in Bava Batra f. 14. 2.*) uti censet CL. Lightfoot *l. c.* nondum satis certum est. Potuit enim Salvator innuere aliam Dispositionem τειχοτομικὴν ab ipsô forsan Esdrâ institutam sc. in *Legem, Prophetas* (ad quos etiam referendi Libri Historici, utpote Propheticorum virorum historias complexi) & Psalmos sive Hymnos (ad quos Scripta Salomonea spectant) quomodo Josephus ap. Eusebium *lib. 3. Hist. Eccl. c. 9.* Sacram Scripturam in quinque Libros Mosaicos, tredecim Prophetas & quatuor Hymnos dispescuit, quod placet Dn. D. Calovio *l. c. p. 10.* Neque obstat, quod excipit CL. Lightf. *Dicas necesse est, aut eum omnes Libros istius tertiæ divisionis, exceptis Psalmis, exclusisse, quod non probabile; aut omnes eos sub nomine Prophetarum inclusisse,* quod

quod præter morem. Nam reſponderi poteſt, Chriſtum quidem præter morem hîc feciſſe, quòd ſc. pravum morem ſuô calculô probare nollet, at nec Pſalmorum appellatione Hagiographos Libros cœteros vulgò ſic dictos omnes excluſiſſe, nec omnes incluſiſſe, ſed quoſdam eorum ad Propheticos, quoſdam ad Hymnos retuliſſe, ut è dictis eſt manifeſtum. Quod ſi verò detur, Chriſtum Diviſione iſtâ vulgari conſvetudini ſe ſe accommodaſſe, non tamen ſequitur, eô ipsô Diviſionem Judaicam eſſe approbatam (quod placet Druſio *Part. 2. Ann. in N. T. p 53.* Hottingero *Theſ. Phil. l. 2. c. 1. ſ. 1. p. 459.* Schickardo *Bechin. Happ. p. 17.*) uti rectè obſervat Cl. Leusdenius *l. c.*

Quæst. III.

An Daniel rectè Prophetarum numerô à Judæis eximatur?

Neg. 1. Quia ipſorum Judæorum confeſſione eſt ſcriptor θεόπνευστος, qui vaticinia edidit tùm de Meſſiâ, tùm de eventibus, idque præcipuè egit. E. eodem jure ad Prophetas ſpectat, quô quiſquam alius,

2. A

2. A Christô disertè Propheta appellatur *Matt. 24. 15.* Contrarium placet Judæis, interque hos Maimonidi, qui *in More Nevoch. Part. 2. c. 41.* contendit, non esse Prophetam propriè dictum (cui sc. conveniat נבואה) sed secundi tantùm ordinis & per catechresin vocatum (cui tribui possit רוח הקדש) & imprimis urget, quod ipsi non vigilanti & benè composito, sed per obscura somnia obtigerint revelationes. Sed Resp. Prophetam non facit hæc vel illa revelationis species & ratio, sed ipsa divina futurorum revelatio, quæ diversos admittit modos, quos inter & somnium sive nocturna visio est *Num. 12. 6.* Quid quod ipsum Maimonidem oppugnaverit Cadmæus frater Abravanel? *Comm. in Dan. f. 17.* Et sublesta planè est Judæorum hypothesis de differentiâ inter נבואה *Prophetiam* & רוח הקדש *Sp. S.* quem pro infimæ notæ revelatione ineptè habent: petitio verò perpetua principii, Danielem spiritu Propheticô non esse afflatum. Cœterùm quod nonnulli apud Cunæum *l. 3. de Rep. Ebr. c. 7.* etiam urgent in aulâ vixisse, ridiculum est, quasi vitæ genus quicquam deroget Prophetiæ,

tiæ, præſertim cùm ſanctitas Danielis tantoperé commendetur *Ezech.* 14. 14. Conf. præter interpretes Danielis Magnif. Dn. D. Geierum *Prolcg. in Dan. p.* 5. *ſ.* D. Calovium *Bibl. Illuſt. T.* 2. *p.* 587. aliosque, Fabritius *l. c. p.* 26. & 129. Müllerus *Judaiſm. Proleg.* 2. *p.* 19. *ſ.* Hotting. *Theſ. Phil. p.* 510. L. Empereur *ad Jacchiad. in Dan. p.* 4. Joh. Hoornbeck *Prol. de Conv. Jud. p.* 41. *ſ.* Wilh. H. Vorſtius *Ann. ad Maim. l. de Fundam. Legis p.* 93. *ſ.* Joh. Friſchmuth *Diſſ. ſuprà citatâ c.* 2. §. 20. *ſeqq.* aliique.

Qvæst. IV.

An Diviſio Legis in Paraſchas divinitùs ſit ordinata?

Reſp. E. Judæis non deſunt, qui הלכה מסיני *Traditionem Sinaiticam* vocitent ſive à Moſe accerſant. Alii verò easdem ad Esdræ & Collegarum tempora referunt. Quibus non abnuunt Buxtorfius *Bibl. Rabb. p.* 283. Schickardus *Bech. Happ. p.* 18. D. Müllerus *Judaiſm. Prol.* 1. *p.* 12. Utramque ſententiam ita conciliare conatur Imman. Tremellius *ad Act.* 13. 15. ut morem iſtum à Moſe primitùs introductum, & deinde poſt ſolu-

lutam captivitatem ab Esdrâ in uſum
evocatum, adjunctâ Prophetarum le-
tione, dicat. Eodem tendit R. Gedali-
s *in Schalſchel Hakkab.* Cujus verba &
lura in hanc rem habet Crojus *Part. 1.*
bſerv. in N T. c. 2 Conf. & Bornitius
de Synagog. Diſp. 3. §. 10. Rem in mediô
linquendam cenſet Fabritius *p. 41.* Nos
iis, qui Legem Moſaicam à primâ conſi-
gnatione ſemper quidem lectam, ab Es-
drâ autem eô ordine deinde legendam
eſſe præſcriptam, accedimus. Nam 1.
Hæc ſanctio officio Esdræ & collegarum
convenientiſſima. 2. Morem iſtum ante
Chriſti tempora uſitatum fuiſſe patet ex
Act. 15. 21. idemque Fabritius quoque
ex *Neh. 8, 9. & Luc. 16, 29.* Hotting. alii-
que ex *Act. 13, 15.* (ubi per περιοχὴν *Para-
ſcham* intelligunt) probant. Hâc ra-
tione neque iis fine ſatis ſolidô funda-
mentô ultima antiquitas neque inſtituto
ἐκ γενεῶν ἀρχαίων novitas nimia tribuitur.
3. Originem Haftararum ſive lectionum
propheticarum (quibus omninò Para-
ſchæ antiquiores videntur) Judæi à tem-
pore Antiochi Epiphanis accerſunt, qui
Legis lectionem tam publicam, quàm
privatam ſub pœna capitali prohibue-
rit;

rit; quare selectæ sint Sectiones quædam propheticæ Paraschis Mosaicis sensu vel memoriali quodam symbolô respondentes, ut ostendit Buxtorfius *Abbr p.* 283. Mortuô autem Antiochô & rebus Judaicis nonnihil in melius restitutis ajunt, ita Mosaicam Lectionem iterum introductam esse, ut Prophetica semper subjungeretur. Conf. Elias *in Tisbi p. 169.* Buxtorfius *l.c. & Syn. Jud. c. 16.* Fabritius *c. 10.* Andr. Rivetus *Isag. ad Scripturam Sacram p. 504.* Hottingerus *Thes. Phil. p. 222.* Cœterùm (ut hoc obiter addamus) Paraschis & Haftaris Judaicis respondent ferè Pericopæ Evangelicæ & Epistolicæ Christianorum: Cùm enim A. C. 370. *Hieronymus*, ut ajunt, Damasi jussu, singulis diebus Dominicis singula tribuisset Evangelia, id imitatus *Paulus Diaconus Aqvilejensis* Evangeliis Textus ex Epistolis A. C. 770. addidisse dicitur. Conf. Gerhard. *Homil. P. 1. Epist. dedicator:*

QVÆST. IV.

Num nomina ista שְׁמוֹת בְּרֵאשִׁית *sint Librorum, an Parascharum?*

Resp. Utrumque est verum. Nec enim

nim Liber Primus Mosis vel ejus Prima
ectio aliud vulgò nomen agnoſcit. Cœ-
erùm Librum Integrum & ejus Para-
cham habere commune nomen, nil im-
licat. Adjecta enim vox *Libri 1. Pa-
aſchæ* litem facilè dirimit. Contrari-
um placet Schickardo *l. c.* quia illa no-
mina accuratè loquendo potiùs Para-
ſcharum, quàm Integrorum Librorum
eſſe ait. Aſt cum Mercerô aliisque Hot-
ting. *Hiſt. Creat. c.*1 *qu.1* probat ea nomi-
na & propriè Librorum eſſe, cùm 1. non
inſolens ſit denominari Libros à primâ
voce apud Judæos E. g. איכה *Threni* 2.
Veteres Judæi Libros vocibus illis disertè
notârunt e. g. בְּרֵאשִׁית רַבָּא 3. quòd in
quibusdam exemplaribus expreſsè ſcri-
batur סֵפֶר בְּרֵאשִׁית

CAPUT II.

De
VARIIS SCRIPTURÆ EDITIONIBUS.

SECT. I.
APHORISTICA,

§. 1.

EDitio Codicis Ebræi vel eſt αὐτόγραφος, vel ἀπόγραφος.

§. 2.

Ἀυτόγραφα Mosis & Prophetarum unà cum arcâ cœterisque templi ornamentis in sanctuariô deposita periisse, nemo dubitat.

§. 3.

Nec magis certum, exemplar manu Esdræ scriptum Bononiæ extare, quod asserit Finus Adrian. Ferrariensis *Flagel. Jud. l.9. c.2.* quà de re infrà dicetur.

§. 4.

Ἀυτόγραφα Scripturæ Sacræ vel *manuscripta* sunt vel *typis expressa*.

§. 5.

E. *MSSis* à Judæis cumprimis celebrantur Codex *Hillelianus*, *Ægyptius*, *Babylonius*, *Sinaiticus*, *Hierichuntius*, *Hierosolymitanus*, Libri *Palæstini*, *Hispanici*. De quibus conf. Hotting. *Thes. Phil. l.1. c.2. §.4.*

§. 6.

Extant aliàs & in Christianorum Bibliothecis MSS. magni nominis, qualia recenset idem Hotting. *l.c. p. 109. & in Exerc. Anti Mor. Not. ad §.64 p.80.*

§. 7.

Referri huc quoque possunt Origenis Octa-

Octapla, in quibus Textus Ebræus literis Ebraicis & Græcis ſcriptus extabat, quorum geminum ſchematiſmum, alterum ſuum, alterum Scaligeri exhibet Dan. Heinſ. *Ariſtarch. p. 796.*

§. 8.

Biblia *typis expreſſa* vel *gloſſata* vel *nuda* ſunt.

§. 9.

Gloſſata ſunt, quibus adjunctus Apparatus Verſionum, variarum Lectionum, ut & Commentationum Rabbinicarum.

§. 10.

E *Gloſſatis* præcipua ſunt ſequentia: (1.) *Complutenſia*, ſtudiô Theologorum quorundam Academiæ Complutenſis, impenſis autem *Franciſci Ximenii de Cineros*, Cardinalis & Epiſcopi Toletani, ſex Tomis comprehenſa Anno 1515. prodierunt, continentia per V. T. Textum Ebræum & Vulgatam Latinam, Verſionem LXX. & Onkeloſi Targum cum Verſionibus Latinis: Teſtamentum N. Græco-Latinum & Apparatum, in quô quædam Grammaticæ, Lexica, Indices.

§. 11.

Illuſtriora & multis acceſſionibus & chartæ atque characterum ſplendore ſunt *Hiſpanica Antverpienſia Regia*, ſumptibus Philippi II Regis Hiſpaniarum, curante Bened. Ariâ Montanô 8. Tomis edita Anno Chriſti 1571. ubi præterea inveniuntur Targum in reliqvum Vetus T. cum Verſione Latinâ, Verſio Interlinearis V. & N. T. Verſio Syriaca N.T. expreſſa nativis & Ebraicis ſimul literis operâ Gvid. Fabritii Boderiani cum magnô Apparatu, in quô varia Lexica, Grammaticæ cum Tractatibus Philologicis, variis Lectionibus, Indicibus &c.

§. 12.

Succeſſerunt ἑπταπλᾶ Gallica *Pariſienſia*, quæ X. magnis voluminibus Anno 1645. impenſis Viri Clariſſimi *Michaëlis de Zay*, ſtudiô autem & operâ Gabr. Sionitæ & Abr. Ecchellenſis Maronitarum & Joh. Morini chartâ imperiali elegantiſſimis characteribus Pariſiis excuſa, ubi præterea habentur Pentateuchus Samaritanus cum Verſione Chaldæo-Samaritanâ, Totum V. T. Syriacum & utrumque Arabicum. Sed deſiderantur in hoc opere Prolegomena

na & Apparatus. De his Heptaplis Parisiensibus peculiarem edidit Dissertationem Joh. Henr. Hotting. quæ in *Analectis* secunda est.

§. 13.

Postmodum edita sunt prioribus omnibus ampliora Biblia *Polyglotta Anglica*, quæ ferè decapla sunt, Anno 1657. curâ præcipuè *Briani Waltoni*, quæ Persicas quoque & Æthiopicas Versiones habent, unà cum uberrimis Prolegomenis & Apparatu in 6. Tomis. De quô opere conf. Briani Waltoni Dissertatio *de Lingvis Orient. edita Daventriæ Anno 1658.*

§. 14.

Cum Commentariis Rabbinorum, Targumim & Masorâ edita sunt Biblia *Veneta* à Dan. Bombergô primò Annô 1517. & iterum curatiùs & auctiùs Annô 1528. nec non à Joh. Buxtorfiô *Basileæ* Annô 1618.

§. 15.

Ex Editionibus Bibliorum *nudorum* maximè commendantur (nam circumferuntur aliàs multæ) quæ sunt *Rob. Stephani*, *Dan. Bombergi* & *Christ. Plantini*, quales recenset Buxtorf. *Bibl. Rabb. p. 301.* nec non Menassis Ben Israël, &

recentior R. Josephi Athiæ, quæ Amstelodami cum Præfatione Leusdenii prodiit.; & recentissima Clariss. *Dav. Clodii* nuperrimè Anno 1677. Francofurti edita, accuratissima & Ebraizantium studiis commodissima.

§. 16.

Circa N. T. eadem dici possunt. De ἀυτογράφοις tamen præsertim Paulinis hîc res non ita est desperata.

§. 17.

Et MStorum Codicum major hîc iniri potest numerus, quales ab Editoribus passim celebrantur.

§. 18.

Aliàs in edendô Textu N. T. præter Curatores Bibliorum Complutensium, Antverpiensium, Parisiensium & Anglicorum, egregiam operam navârunt. *Erasm. Roterod. Henr. Stephanus, Theod. Beza, Isaacus Casaubonus, Erasmus Schmidius* & alii. Cæterùm quæ hîc desunt, abundè supplebunt Brian. Waltonus *in Bibl. Polygl. Proleg. IV. quod est de variis Bibliorum Editionibus*, Clariss. Dn. D. Christ. Kortholt. *Tr. de variis Scripturæ Sacræ Editionibus p. 269. s. c. 21. quod est de celebrioribus Operibus Biblicis*, Buxtorf. *Bibl. Rabb. p. 297. s.* SE-

A.

Baby-

ıec enim
n Bellar-
ıs *A. M.*
Præf. in
2. Ferdi-
ıcion. l. 5.
modestè
vitate Ba-
crorum
c in favil-
sdras mi-
Nos con-
ex mani-
ı disjectos
ate redux
ordinem
os planè
ex variis
orundem
omnibus
ram verò
que etiam
man-

recentior
lodami cı
diit·; &
Clodii nu
furti edita
um ſtudii

Circa]
αὐτογρά φο
hîc res n

Et MS
iniri pote
bus paſſi

Aliàs i
Curatore
Antverpi
corum,
Eraſm. R
Beza,
Schmidi
deſunt, a
tonus *in*
de variis
Dn. D. C
Scriptur
quod eſt
Ælicis, Bu

E ad pag: 39.

SUBDIST. MAIORES.
d. g κ
g.
l.

SECTIO II.
PROBLEMATICA.
QVÆST. I.
An Codex facer in Captivitate Babylonicâ perierit?

Reſp. Pontificii plerique (nec enim omnibus id adſcribendum, cùm Bellarminus *l. 2. d. V. D. c. 1.* Baronius *A. M. 3447. n. 4.* Pererius & Marcius *Præf. in Gen.* Genebrardus *in Chron. l. 2.* Ferdinandus *de Eſcalante Clyp. Concion. l. 5. c. 23.* & nonnulli alii hîc ſatis modeſtè loquantur) affirmant in captivitate Babylonicâ omnia Librorum Sacrorum exemplaria finaliter periiſſe & in favillas redacta fuiſſe, quæ poſteà Esdras miraculosè iterum reſtituerit. Nos concedimus quidem Libros Sacros ex manibus vulgi excuſſos atque paſſim disjectos fuiſſe, quos deinde ex captivitate redux Eſdras collegerit & in certum ordinem redegerit; eum autem libros planè amiſſos reſtauraſſe, vel etiam ex variis annalibus compilâſſe, adeoq; eorundem ſtylum formâſſe, id eſt, quod omnibus modis pernegamus. Scripturam verò nunquam planè periiſſe adeoque etiam

manſiſſe durante captivitate Babylonicâ, probamns 1. ex *Dan. IX. 1.* ubi dicit Daniel, ſe ex Libris numerum annorum intellexiſſe. Si proinde ille in Libris Jeremiæ aliisve numerum annorum captivitatis Babylonicæ obſervavit, illi non perierint, neceſsè eſt. 2. Nullô modô probabile eſt, nullum Prophetam vel virum ſanctum legem vel בית המקדש habuiſſe. Poſitô etiam Libros Sacros combuſtos fuiſſe, quis crederet, omnes ex omnibus locis conquiſitos comburi potuiſſe? Non admiſiſſet certè hoc pertinaciſſima Judæorum in Lege ſuâ defendendâ indoles. (Vid. hîc Mayer. *Phil. ſ. P. 1. p. 83. ſ.*) Atque ſic ſimul concidit aliorum ſententia, (Maſii puta *Præf. Comm. in Joſ.* & Bibliandri *de Optimo Gen. Interpr. Ebr. p. 74.* quorum priori Esdras Libros Sacros in compendium redegiſſe, ut fortè Florus hiſtoriam Titi Livii, cenſetur) qui putant, Esdram Libros Sacros planè in alienam formam transfudiſſe. Si enim Scriptura Sacra non periit, ſed, quanquam non apud omnes, ap. quosdam ſaltem, in corrupta atque illibata manſit, nullâ opus fuit transformatione.

Cœterùm adverſariorum ſententia auto-

autoritatibus ferè nititur (1.) Pseud Esdræ, qui *l. 4. c. 14. 21.* id disertissimis verbis asserat & graphicè depingat. (2) Patrum quorundam Irenæi *l. 3. c. 25.* Tertulliani *de Hab. Mul.* Clem. Alexandrini *Strom. l. 1.* Hyeronimi *contra Helvid.* Augustini *de Mirac. Scripturæ Sacræ l. 2. circa fin.* Chrysostomi *Hom. 11. Epist. ad Ebr.* Theodoreti *Præf. in Cant.* citante Hottingero. Resp. ad 1. Scriptor ille κενοχυτρολήρων omnem ap. nos fidem dudum decoxit. 2. Quod ad Patres, eorum quosdam conjecturis potiùs aliorumque incertis relationibus deceptos & seductos, quàm certis rationibus ductos adeoque hîc aliquid humani passos censemus: quanquam non omnes è citatis id satis disertè adferant. Conf. Rivetus *Isagog. S. p. 69. s.* Chamierus *Panstrat. Cathol. Tom. 1. p. 426.* Mayerus *Philol. S. P. 1. p. 83.* Hotting. *Thes. Philol. l. 1. c. 2. q. 1. p. 112. s.* D. Brochmandus *Syst. P. 1. L. de SS. c. 2. q. 6. p. 16.* D. Kortholt *de variis Scripturæ Sacræ Edit. c. 1. p 1. s.*

QVÆST. II.

An Exemplar Scripturæ Sacræ αὐτόγραφον *Esdræ alicubi terrarum extet?*

Resp. Si extaret, dubium non est, quin

 secun-

ſecundùm illud omnia alia exemplaria corrigi & exſcribi poſſint & debeant. Licet enim Esdras Scripturam perditam non reſtituerit, curatiſſimum procul dubiô & ab omnibus mendis emuſcatum planè exemplar habuit. Fuit proinde quidam, quem allegat Hottingerus, Finus Adrianus Ferrarienſis, qui Librum ſub Titulo *Flagelli Judæorum* conſcripſit, is *lib. 9. c. 2.* ita ait: *Ipſamet Biblia ab Eſdra reſtaurata cuſtodiri in civitate Bononiæ, in Eccleſiâ S. Dominici, tamen in multis locis ab Ebræis vitiata fuiſſe, quoniam per Communitatem Bononiæ locô pignoris data ſunt Ebræis mutuantibus pecuniam ipſi Communitati.* Non abnuit Ang. Roccha à Camerino *Bibl. Vatic. p. 94. ſ.*

Nos verò ægrè credimus Αὐτόγραφον Esdræ hodiè ampliùs extare, vel à vaſtatione templi ſecundi in cujusquàm manibus fuiſſe. 1. Quia nullibi unquam Judæi ejus injiciunt mentionem. 2. Loca publica, in quibus procul omni dubiô tàm pretioſi theſauri aſſervati, deſolata atque penitùs diruta ſunt. 3. Quia quotquot illud ſe vidiſſe aſſerunt, fidem ſuam nimis; ſuſpectam multis modis red-

reddunt. Sic Arias Mont. commendat quidem Codicem illum Esdræanum ut antiqvum & elegantem, quòd verò Esdræ sit, non probat. Resp. Asarias in *Meor Evajim* Maimonidis tempore Esdræ manuscriptum salvum fuisse tradit, verùm perquam insulsè. Vid. ejus verba ap. Hotting. *p* 117. Sic noster Adrianus fidem suam non unô nomine prostituit: nam quomodò Bononienses inæstimabilem Thesaurum tam vili locô habuissent, ut Communitas eundem Judæis oppignoraret? Suspectum etiam illud est nobis & planè ab ipsô confictum, quod Ebræi Codicem illum corruperint. Nos Judæos Codicem Sacrum corrumpere nunquam vel voluisse vel potuisse invictis infrà probabimus argumentis. Damus verò ap. Communitatem Bononiensem (ut loquitur Adrianus) extitisse Codicem quendam, quem nonnulli pro manuscriptô Esdræanô habuerunt: ille potuit Judæis oppignorari & ab iis quibusdam notulis augeri vel illustrari. Has pro corruptionibus habuerunt Adrianus (Ebraismi parùm gnarus) & ejus similes. Αὐτόγραφον Esdræ itaque non ampliùs habemus, eô tamen æquô ani-

animô carere possumus, quia non desunt nobis à corruptione præservata, ἀπόγραφα, ut suô locô dicemus. Conf. pro nobis Hotting. *Thes. Phil. p. 115*. Mayerus *Phil. S. P. 1. p. 84*. D. Brianus Waltonus *in Bibl. Polyglott. Angl. Proleg. 4. n. 4.*

CAPUT III.

De LINGVIS SCRIPTURÆ SACRÆ ORIGINALIBUS.

SECTIO I. APHORISTICA.

§. 1.

Lingvæ *originales* Scripturæ S. sunt, quibus per immediatam Spiritus S. ἔλλαμψιν ab ipsis Scriptoribus Sacris Codex Sacer primùm consignatus est.

§. 2.

Lingvæ Originales V. T. duæ sunt: *Ebraica* matrix omnium lingvarum & *Chaldaica Babylonia*, ea ipsa tamen ex Ebraismo mixta. Utraque diversis temporibus populo DEI vernacula.

§. 3.

§. 3.

Chaldaicè in origine ſcripta ſunt in Daniele *c. II. à v. 4. ad finem, itemque c. III. IV. V. VI. & VII. tota*, cætera Danielis ſunt Ebraica. In Esdrâ *à v. 8. capitis IV. usque ad v. 18. c. V. incluſivè* & rurſus *a v. 12. capitis VII. usq; ad v. 26. ejusdem incluſivè.* In Jeremiâ denique unica Pericope *c. X. v. 11.* quâ concepta verba præſcribuntur Iſraëlitis, quæ Chaldæis ad idololatriam ſollicitantibus regerere debeant. Adeoque liquet, ea ſolùm lingvâ Chaldæâ à Sp. S. conſignata eſſe, in quibus ea, quæ cum Chaldæis acta vel agenda ſunt, recenſentur. (Conf. D. Calovius *Critic. Diatr. 3. §. 8. p. 81.*)

§. 4.

Reliqua omnia Veteris Teſtamenti, ſi continuos textus ſpectes, ſunt *Ebraica*, quô ipsô tamen non negamus, interſperſa hinc & inde eſſe ſolitaria ex lingvis aliis, puta Chaldaicâ, Perſicâ, Ægyptiacâ aliisve vocabula.

§. 5.

Lingva Originalis N. T. unica modò eſt, ſc. *Græca*, tùm temporis omnium familiariſſima, quæ tamen non modò voces Aramæas quasdam intermixtas habet,

bet, ſed etiam (præſertim in allegationibus tam expreſſis quàm implicitis) ſuô quôdam modô Ebraiſmô tincta eſt.

SECTIO II.
PROBLEMATICA.
QVÆST. I.
An Lingva Ebræa ſit primigenia?

Affirm. Quia 1. Ex Illâ ſolâ explicari poſſunt omnia nomina hominibus & locis ante cataclyſmum & γλωτοσύγχυσει impoſita e.g. אדם *Gen. II. 7.* חוה *Gen. III. 20.* קין *Gen. IV. 1.* שת *Gen. IV. 25.* נוח *Gen. V. 26.* פלג *Gen. X. 25.* איש & אישה *Gen. II. 23.* quibus adde nomen *Babel*, quod procul dubiô ejus lingvæ eſt, quæ ante & circa confuſionem uſitata: item nomina ab ipsô DEO impoſita ſcil. ארץ, שמים, יום, לילה, quod argumentum alicujus roboris videtur J. Euſ. Nierembergio *de Orig. S. l. 6. c. 25.* utut aliàs de antiquitate Lingvæ Ebraicæ hæſitet *l. 6. c. 14. ſ.*

2. Ex eâdem deſumta ſunt nomina antiquiſſima gentium, quarum & exteri ſcriptores meminerunt: Sic à גמר ſunt *Cimmerii*, à יון Iones, à מדי *Medii*, à משך *Moſchi*, ab אשור *Aſſyrii* &c.

Sic & Deorum gentilium. Ita *Japetus* à יפת nomen habet, *Vulcanus* תובל קין &c.

3. Dicitur *Ebræa* ab *Ebero*, ad quem procul dubiô cum verô cultu DEI ab abavô Noachô (cum quô vixit annis 283.) proavôque Semô nec non avô & patre propagata eſt lingva patria. *Conf. Dubia noſtra Cent. 1. Loc. 36. p. 108. ſ. & Introduct. in Orient. p. 3.*

Antitheſis eſt 1. Eorum, qui volunt lingvam ante diluvium & γλωττοσύγχυσιν catholicam in confuſione lingvarum penitùs intercidiſſe, neque ſuperare hodiè, niſi quasdam ejus in cœteris lingvis diſperſas reliquias. Ita Phil. Cluverius *l. 1. Germ. Antiqv. c. 8. p. 71.* Hugo Grotius *ad h. l. & not. ad lib. 1. de V. R. C.* Joſ. Scaliger *ad Euſ. n. 1617. & Ep. ad Thomſonum & Steph. Hubertum*, G. F. Voſſius *de Arte Gramm. c. 10.* Georgius Hornius *not. ad l. 1. Sulpit. p. 2.* Henr. Kippingus *de Creat. Exerc. 40.* Verùm opponimus huic ſententiæ hoc argumentum: *Quicunque ædificationi turris non interfuere, ad eos quoque non pertinuit pœna* πυργοποιοῖς *inflicta, ſc.* γλωττοσύγχυσις. *Jamverò Noah cum piis poſteris.* E. Exceptioni Clariſ. Henr. Kippingi,

pingi, sc. à Sacris Historicis ista nomina in usum suæ gentis mutata esse, respondimus *Dub. Vexat. Cent. 1. Loc. 32. p. 98.* Certum enim est non modò Mosen & Prophetas sed & Evangelistas atque Apostolos nomina propria ἑτερόγλωσσα in nativô idiomate retinuisse.

2. Eorum, qui Lingvæ Chaldæo-Syræ πρωτοκλισίαν vindicare conantur. Ita Theodoretus natione Syrus & Cyri in Syria Episcopus *qv. 12 in Gen.* & Syri Maronitæ montis Libani accolæ, eosque inter Georgius Amira *Prælud. 2. Gr. Syr.* pro dialectô Syniaca depugnant, eandemque antiquissimam *idiomaticam* sive *usualem* dicit Athan. Kircherus *Oedip. Ægypt. T. 2. Clas. 2. p. 51.* Chaldaicæ dialecti causam agit Myricæus *Præf. Gramm. Chaldæo-Syr.* & pro eâdem pronunciant F. Thomas Campanella *de Sensu Rerum l. 4. c. 2.* Camillus Borelus *in Apol. Historicâ*, Georg. Venetus *T. 1. de Hist. Sacramentalibus sect. 3.* Rationes Myricæi & Amiræ huc redeunt 1. Quia gens Chaldaica antiquior sit Ebræâ *Jer. V. 15.* 2. Quia Ebræi sint ἀπόγονοι χαλδαίων *Judit. V. v. 5.* 3. Quòd Eber & Abrahamus Chaldæi fuerint. Ille sc. Arphaxadi nepos,

nepos, hic ex Ur Chaldæorum. 4. Quòd Chaldaica Lingva Ebræâ simplicior sit. 5. Quòd ex eâ commodè deduci queant nomina hominum antediluvianorum. 6. Quòd Christus secundus Adam Syriacè locutus sit. E. probabiliter & primus. Sed Resp. *ad* 1. Negando. Vox מעולם antiquitatem Chaldaicæ gentis evincit non primævitatem. *Ad* 2. Quanquam non stringat nos liber Apocryphus, possent tamen Ebræi dici ἀπόγονοι eorum, qui *habitatione* & *incolatu*, licet non *lingvâ* & *cultu*, Chaldæi erant. *Ad* 3. Negando utrumque. Nec ab Arphaxadô avô Eberi, sed à כשד filiô Naharis *Gen. XXII.* 22. Chaldæi nomen habent & originem. Nec sequitur: Abraham habitavit in Ur Chaldæorum, E. Chaldæis parentibus ortus sive Chaldaicæ originis est. Ne dicam Ur Chaldæorum per historicam πρόληψιν ibi dici. *Ad* 4. Negando. Nec omne simplex omni compositô prius est, sed tantùm suô; nec necessariò tempore, sed naturâ. Aliàs plantæ compositæ sunt & tamen fuerunt ante stellas. *Ad* 5. Quædam fortè & materialiter, nec omnia, nec formaliter. *Ad.* 6. Negando consequentiam. Simi-

lia non ſunt extendenda ultra tertium comparationis. Diceret alius: Secundus Adam eſt crucifixus, E. & Primus. Conf. *Faſcic. noſter Diſſert. Phil. 6. aſſert. 4.*

3. *Abyſſinorum*, qui teſte Mar. Victoriô Reatinô *Gramm. Æthiop. Proœm. p.1.* ſuam lingvam Ebræâ vetuſtiorem adeoque primigeniam jactant. Qui forte iisdem depugnant rationibus, quibus Maronitæ & Mirycæus, cùm lingvam ſuam aliàs Chaldaicam ſeque Chaldæos vocitent, quanquam non ſatis pateat quare? *Cur noſtra Æthiopica lingva Chaldæa à quibusdam appellata fuerit*, inquit Jobus Ludolfus *Lexic. Æthiop. p.292. nec Æthiops meus dicere poterat, nec ego conjicere poſſum.* Veruntamen Nic. Fullerus *Miſc. l. 2. c. 21. p. 145.* ex Scaligerô refert, Æthiopes Abaſſenos prædicare, ſe generis ſui primordia ab antiquis Chaldæis & Aſſyriis ducere. Ipſe Scaliger *de Emendat. Temp. l.7. pag. 638.* ait, *Lingvam Æthiopicam Geez eſſe adventitiam, nec ibi natam, ubi nunc colitur, unde & à ſolis Sacerdotibus ex libris diſcatur.* Et Waſerus *Comm. ad Mitr. Geſneri p. 89.* ex veteri Hiſtoriâ Eccle-

Ecclesiasticâ refert, colonias multas ex Assyriâ in Æthiopiam traductas esse. Plura verò & certiora hîc exspectamus à Nobiliss. Ludolfô, qui Historiam suam Abyssinam nuper perlustrandam nobis concessit.

4. *Sinensium*, quibus nuper patrocinari non est verecundatus quidam Joh. Webberus. Solent verò cumprimis urgere tùm lingvæ suæ simplicitatem tùm vetustatem gentis,quam ita exaggerant, ut fidem omnem amittant. Non annis neque seculis, sed *Vennis* sive decies mille annorum periodis tempora sua describere satagunt. Annus currens 1680. est ipsis nonagesimus septimus Venni 8865. adeoque si annos computare velimus, annus 88640097mus. Conf. Joh. Gravii *Tabula Epocharum* subjuncta Ulugbeigi Epochis.Resp. *ad* 1. Simplicitas non ex numerô syllabarum censenda, sed radicum. Jam verò Lingvâ *Sinica* à compositione vocum non magis abhorret atque Ebraica. Et quòd simplex dicatur prius esse compositô, ita capiendum est, si conferatur non cum alieno sed suo compositô, cujus constitutionem ingreditur, uti suprà moni-

 tum

tum eſt. *Reſp.* 2. Iſtam antiquitatem magnificè jactari, non verè. Probarunt alii, *Vennos* iſtos confictos eſſe & *Sinas* vix 4600. annorum hiſtoriam in medium producere poſſe, imò ipſismet Sinis temporum ſuornm initia ſuſpecta eſſe, teſtatur Martinius *Hiſt. Sin. p.3.* Conf. Dn. Andr. Müllerus *Diſqv. de Chatajâ p.39.* Hornius *Arca Noæ p.3.*

5. *J. Georgii Becani*, qui Lingvam Cimbricam ſive Belgicam pro antiquiſſimâ venditavit, cujus paraſtatam egiſſe dicitur Levinus Torrentius, quibus modeſtior Adrianus Skrickius Germanicæ ſecundum poſt Ebræam tribuit locum. Rationes Goropii huc redeunt: 1. Quòd Belgica ſit ſimplicior Ebræâ. 2. Quòd ſit facilior. 3. Quòd copioſior. 4. Quòd ex eâ voces Ebrææ ortum habeant. Conf. ejus *Vertumnus p. 27. Indo-Scyth. Hermath. p. 204. Hiſpanica p. 9.* In *Hierogl. p. 45.* modum ſcribendi Ebræorum perſtringit & eos *non aliter facere ait, ac ſi quis aliquem templô exeuntem, quaſi intrantem, pingeret.* Sed Reſp. *ad* 1. Negando. Idem hîc moneri poteſt, quod de Sinicâ. *Ad* 2. Non valet conſequentia: Si facillima lingva antiquiſſima,

Perſi-

Perſica primæva erit, quam experti pro facillimâ habent, utut hôc nomine commendet Turcicam Maderus *Orat. de L. Arab. p. 9.* qui idem tamen Germanicam addit omnium difficillimam eſſe. *Ad 3.* Non valet conſequentia. Nec copia lingvæ Ebraicæ ex modernâ inopiâ æſtimanda, ubi incuriâ hominum & injuriâ temporum bonam vocum ſuarum partem amiſit: & ſic fortè Arabica antiquiſſima foret, quæ olim aliquot Synonymorum unius rei centurias numeravit probante Pokokiô *Spec. Arab. p. 153. Ad 4.* Negando. Interim Goropius vocem Adam exponens Haat-da-n i. e. *agger odii.* Eva Ev-vat i. e. *vas ſeculi*, Abel Haat-Belg i. e. *odium belli*, Kain Qvat-Einde i. e. *malus finis*, Methuſala Maackt u Salig i. e. *ſalvate*, Sem Semt i. e. *Decet*, Cham Qvat-amt i. e. *malus magiſtratus*, Noach Noat-acht i. e. *curans neceſſitatem*, Nimrod Nimts-Brod i. e. *raptor panis*, annon vel redivivum Catonem ad cachinnum invitaret? Neque inde, quod Belgica lingva voces quasdam cum aliis communes habet, concludendum, eam eſſe antiquiſſimam. Sic & Latina (& quæ non?) eſſet antiquiſſima. Nulla facilè

cilè eſt lingva, quæ non habeat unam, atque alteram vocem ad Latinam lingvam congruentem. De plerisque Europæis nemo litem movebit. Ex remotioribus lingvis paucula adducemus: Conveniunt Grœnlandica nomina *Igne, Keiling, Nau*, & Latina vocabula *Ignis, Cœlum. Navis.* (vid. Olearius *Hodœp. Ruth. Perſ. p. m. 171.*) Ebraica מסך, זרע & Latina *Miſceo, Sero.* Talmudica vocabula plura Latio originem debere oſtendit David Cohen de Lara in עיר דוד. Conveniunt Arab. מיתא, פרן, צלת & Latina *Meta, Furnus, Saltus*. Perſica: *Padcr, Mader, Kalem* & Latina, *Pater, Mater, Calamus*. Turcica: *Pars, Ganac* & Lat. *Pardus, Gena*. Æthiopica: *Yska, Yndyktion, Lant*, & Lat. *Uſque, Indictio, Linteum*. Ægyptiaca: κειπερ, κουλωλ, ιτα & Lat. *Centurio, Culullus, Ita*. Armenica: *Tu, Murr*, & Lat. *Tu, Mortuus*. Cujusmodi plura aliquis per otium conquirere poſſet. Quin potiùs, cùm in omnibus lingvis quædam ſint Ebraicæ veſtigia ab autoribus paſſim ſtudiosè perveſtigata, pro Ebræâ iſtud argumentum militare videtur. Denique non niſi temerè contra eum ſcribendi morem diſputat Goropius (quod & faci-

aciunt Jul. C. Scaliger *de causis L. L.*
.*46. p. 105.* Angelus Roccha à Cam. *p. 80.*
Br. Waltonus *Prol. 2. n. 15.*) qui DEUM
psum autorem habet. Id cumprimis
venditant pro certissimô argumentô,
ipsos Ebræos inter scribendum litera-
rum virgulas & lineas directas aut
transversas à sinistra inchoatas in dex-
tram desinentes terminare. Quæ ergò
partis sit ratio, eam totius esse. Sed hæc
ratio levicula est. Non enim quæ ratio
est partis heterogeneæ præsertim acci-
dentalis, ea & totius esse debet, nec enim
quoniam dentes Æthiopis albi sunt, ipse
Æthiops dici debet candidus & talos à
vertice purus ad imos. Quid quod La-
tini ipsi pingentes literas C, S, & similes
à dextrâ faciant pingendi initium?
Conf. Walthonus *Gramm. Ebr. p. 81.* &
qui nobis in capite causæ ὁμόψηφοι plura
de quæstione suppeditabunt Theod.
Bibl. *de communi rat. ling. p. 36. seqq.*
Gvil. Postellus *de Origg.* Buxtorfius *Diss.*
1. Mayerus *Phil. Sacr. P. 2.* Waserus *ad*
Mithrid. Gesneri p. 113. s. B. Waltherus
Pref. Gramm. Ebr. Magnif. Dn. D. Ca-
lovius *Crit. Sacr. & Bibl. Illustr. h. l.* Dn.
D. Wasmuth *Vindic. Ebr. P. 1. p. 79. s.*

Cl. Sennertus *Diss. de Lingv. Ebr. &c. p.14.* Crinesius *in Babel c.1.* Bochartus *in Phaleg. l.1. c.15. p.57.* Just. Lipsius *Cent.3. Ep.44.* Bernhard Aldretus *de Antiqv. Hispan. l.1. c.34.* Thom. Hayne *de Cogn. & Harm. Lingv. p.50. seqv.* J. Steph. Menochius *l.1. de Rep. Ebr. c.2. qv.14.* Junius *Orat. de Ling. Ebr.* Rob. Rollocus *de Efficaci Vocatione p.99.* Fullerus *libr.4. Misc. c.4.* Brianus Waltonus *Proleg.3. n.3. seq.* Besoldus *de Nat. popul. cap.12.* Schickardus *Ebr.* Trichter *in fine.* Leusdenius *Phil. Ebr. Diss.17.* Marsilius *de Fonte Lustrali p.15. seqv.* Angelus Roccha à Camerinô *Bibl. Vatic. p.80, 86.* Dougthejus *Anal. p.21.*

Qvæst. II.

An Lingva Ebraica sit matrix cæterarum omnium?

Resp. Ebraicam Lingvam cœterarum esse *principium* ratione *temporis* & *ordinis*, è dictis constat: jam verò id in quæstione est positum, num etiam possit dici *principium originis*? i.e. num cœteræ Lingvæ Universi ex Ebræâ ortæ sint, solâ literarum radicalium μεταθέσει, μεταβολῆ, προσθέσει, ἀφαιρέσει &c. ita ut vocabula earum [illegible] ad origines Ebraicas

his

s obſervatis reduci poſſint? an verò
iæ lingvæ ita ortæ ſint, ut πυργοποιοῖς
braicarum vocum induceretur obli-
io & novarum infunderetur habitus?
Nos neutrum horum abſolutè aſſeren-
um putamus. Verum eſt, nullam pla-
nè lingvam ita receſſiſſe à primigeniâ,
it nulla planè veſtigia vel ſimilitudinem
n quibusdam ſaltem vocibus retineat.
Sanè Waſerus *Comm. in Mithr. Geſneri:*
Lingvam *Græcam*, *Latinam*, *Gothicam*,
Germanicam, *Hiſpanicam*, *Gallicam*, *An-
glicam*, *Ruthenicam*, *Sarmaticam*, *Van-
dalicam* multa vocabula ab Hebræâ lin-
gvâ ſumſiſſe ait, idemque de *Indicâ*, *Per-
ſicâ*, *Armenicâ*, *Ægyptiâ*, *Troglodyticâ*
aliisve perhibet Junius *Orat. d. L. Ebr. Et*
allegare poſſumus *Gv. Poſtellum*, qui
breviter voces quasdam *Latinas*, *Galli-
cas*, *Græcas*, *Indicas* aliasve ex idiomate
Ebraicô prognatas perſtrinxit: *Georg.
Crucigerum*, qui peculiari opere quatuor
lingvarum *Ebrææ*, *Græcæ*, *Latinæ* &
Germanicæ harmoniam oſtendit; *Gvilh.
Lampagh*, *Anglum*, qui harmoniam Ety-
mologicam lingvarum *Ebraicæ*, *Chal-
daicæ* & *Syriacæ* cum *Græcâ*, *Latinâ*, *Ita-
licâ*, *Hiſpanicâ*, *Germanicâ*, *Belgicâ*, *An-*

 glicâ,

glicâ, Svedicâ, Danicâ edidit; *Davisium, Cambro Britannum*, qui ad origines Ebraicas reduxit *Wallicam* lingvam; *Ol. Wormium*, qui *Danicam*; *Claud. Mitilerum*, qui *Germanicam*. Quorum conatus laudo, quanquam hîc locum habeat tritum iſtud: *Ne quid nimis*. Conf. Th. Hayne *Diſſ. de Lingv. Cogn. p. 61. ſ.* Imò *Chaldaicæ, Syriacæ, Samaritanæ, Arabicæ* & *Æthiopicæ Gyz*, tantus cum Ebraïcâ conſenſus eſt, ut haud abs re docti ambigant, utrum in γλωττοσυγχύσει ortæ ſint, an verò poſteà ex Ebraicâ ſuppullulârint? uti fortè è Sclavonicâ cardinali & fundamentali lingvâ Polonicâ, Bohemica, Ruſſica, Illyrica &c. Teſtantur id Lexica Harmonica *Schindleri* πεντάγλωττον, *Hottingeri* ἑπτάγλωττον, & quod nuper prodiit, ἑξάγλωττον Anglicum *Edm. Caſtelli*. Sed verum interim & hoc eſt, in γλωττοσυγχύσει quasdam planè novas & Ebraicis irreconciliabiles ortas eſſe voces, quod è lingvis veteris orbis vel ſola lingva Sinica evincit, ne de Americanis nunc dicam. Licet enim *in Dub. Vexat. p. 97.* etiam Siniacas quasdam & Americanas, præſertim *Caraibicas* voces ad Ebræas origines reducere conatus ſim;
(quo

(quo nunc etiam refero Caraibicum *Oracutis*, quod planè eſt ex Ebr. עור) attamen pleraque iſtarum lingvarum vocabula nova ſunt, ut oleum atque operam planè perditurus ſit, qui omnia ad Ebraicas origines reducere voluerit. Cœterùm plura ad hanc rem ſpectantia ſuggerent alii, qui in genere de naturâ & cognatione lingvarum ſcripſerunt, è quibus laudem meruêre Gvilh. Poſtellus *de Originibus & de omnium lingvarum, quibus ad hunc usq; diem mundus eſt uſus, origine, Notis & Conſiſtentiâ*; Theod. Bibliander *de Communi Ratione omnium lingvarum & lit.* Theſeus Ambroſius *Introduct. in Lingvam Chaldaicam, Syriacam, Armenicam & decem aliàs lingvas*, Claud. Duretus *de Lingvis Univerſi*, Angelus Roccha à Camerinô *Bibliothecâ Vaticanâ*, Conr. Geſnerus *in Mithridate cum Notis Waſeri*, Crineſius *Diſſ. de Confuſ. Lingvarum*, Hottingerus *in Schmegmate Orientali*, Brianus Waltonus *Diſſ. de Lingvis Orientalibus*, Chriſtoph. Beſoldus *de Naturâ Populorum & Lingvarum Ortu & Immutatione*. Thomas Hayne *de Lingvarum Cognitione & Harmoniâ*, Ed. Brerewodus *de Religionum & Lingvarum*

rum Diversitate. Dn. Andr. Sennertus *Diss. de Ebrææ & reliqv. Orientalium Antiquitate, Progressu &c. præfixâ Grammaticæ Orientali &c.*

Qvæst. III.

Num Lingva Ebræa manserit & conservata sit non penes Eberi posteros, sed penes Chananæos?

Neg. Quia 1. Noachus præco justitiæ, pius Semus, ejusque סגולת Eberus nec in impium istud factum turbæ Nimrodicæ consenserunt, neque illi interfuerunt, hinc dubiô procul à pœnâ quoque immunes; contrà, quia Cananæi turbæ Chamiticæ fortean primipili interfuerunt πυϱγοποιήσει, & pœnæ sc. γλωττοσυγχύσεως participes facti sunt. 2. Eberus circa tempus confusionis emphaticum nomen Ebraicum פלג filio suo imposuit *Gen. X, 25.* 3. Ab Eberô denominantur בני עבר *Gen. X. 21.* & Lingva Ebræa nomen ab eô accepit, uti probavit Buxtorfius *Diss. 3. §. 27. ad 48.* cui addantur alii nobis citati *Dub. Vex. Loc. 36. p. 110.* 4. Nec verisimile Deum in tàm impiâ gente Cananiticâ, à cujus consortiô tàm graviter populum suum dehortabatur, *Dev.*

Dev. VII. 2. f. Lingvam Sanctam conservare voluiſſe.

Contrarium, ſc. Lingvam Ebræam poſt γλωτ]οσύγχυσιν vel ſolùm vel ſimul conſervatam eſſe & manſiſſe vernaculam apud Chananæos, multis non de fece vulgi viris placuit. Ita Gvil. Genebrardus *Chron. l. 1. p. 33.* Joſ. Scaliger *Lib. 3. Ep. 242. ad Thomſonum & l. 4. Ep. 362. ad Ubertum* Th. Erpenius *Or. de Lingv. Ebr.* J. C. Myricæus *Præf. Gramm.* C. C. Bertramus *Præf. Gr. C.* Sam. Bochartus *Canaan l. 2. c. 1. p. 779.* Br. Waltonus *Prol. 3. n. 13.* qui teſtes pro ſe etiam citat Gv. Poſtellum, Hug. Grotium, J. Seldenum, Lud. Capellum, Voſſium & Brerewodum. Objiciunt verò 1. Lingvam Ebræam dici Cananæam *Eſ. XIX. v. 18.* 2. Multa nomina propria Cananæorum, tùm virorum ארניבזק, רהב, tùm locorum קרית ארבע, קריתספר, שכם purè Ebraica eſſe & tamen à Cananæis indita. 3. Exploratores Ebræos è Cananæis ſine interprete intellectos eſſe. 4. Lingvam Punicam, quæ eadem cum Cananæâ, proximè ad Ebraicam accedere. 5. DEUM ſic gratificatum videri Patriarchis pòſt in Cananæa peregrinaturis. Sed

Reſp.

Resp. *ad 1.* Dici לשון כנען non quod genti Cananææ post lingvarum confusionem vernacula fuerit, sed quòd in terrâ Cananæâ, cùm ea ab Ebræis occupata esset, usitata. Ita Lyr. & Sanctius *h. l. p. 199.* *Ad 2.* Nomina fortè pleraque locorum non à Cananæis, sed à succedentibus Ebræis imposita esse; quædam convenire ex ipsâ lingvæ Cananææ & Ebraicæ συγγενεία & γειτνιάσει. Si quis & addere velit, fixisse ex posteris Eberi quosdam sedem in Cananæâ & ad regium fastigium pervenisse & deinde lingvæ suæ patriæ usum vel commercium intulisse, nos difficiles non habebit, cùm de Cananæis *stemmate & origine*, non *incolatu* solô talibus sermo sit nobis. *Ad 3.* procul dubio exploratores Cananæi Idiomatis gnaros fuisse. Qualis esset consequentia: Laban & Jacob sine interprete collocuti sunt, E. eandem habuerunt vernaculam lingvam? contrarium patet ex *Gen. XXXI. 7.* Sic Pharao & Abraham sine interprete collocuti, nec enim istius mentio est *Gen. XII. 18.* E. eadem lingva Ægyptia & Ebræa? Præsupponendum sanè, alterutrum alterius lingvam calluisse. *Ad 4.* Punicam tamen

men cum Ebræâ eandem non esse, cujus rei vel solus Augustinus, qui inter Pœnos Episcopalem sedem habuit, satis luculentus testis est, dum, utut Punicè sciret, tamen ait *Ebraicè loquentem frustrà pulsare aures suas.* *Ads.* Ita videri tantum. Aliàs N. V. C. & Ægyptiis commendasset DEUS Lingvam Ebraicam, quibus Patriarcharum posteri per aliquot annorum centurias serviebant, Babyloniis, à quibus captivi tenebantur. Conf. ulteriùs Fullerus *Misc. l. 4. c. 4.* Bart. Mayerus *Phil. Sacr. P. 1. p. 21. s. & P. 2. p. 335. s.* Buxtorfius *Dissert. 3. qu. 1.* Leusd. *Phil. Ebr. p. 194.* Aldretus *Antiqu. Hisp. l. 1. c. 34.*

QVÆST. IV.

Quamdiu Lingva Ebræa post confusionem Ebræis manserit vernacula?

Resp. *Tres* hîc commodè constitui possunt *ætates*. *Prima* est *Ebraismi illibati*, à tempore confusionis usque ad deportationem Babylonicam. Retinuerunt proinde Ebræi lingvam sanctam per totum tempus servitutis Ægyptiacæ. Hinc laudant Rabbini nominatim

Elias

Elias *Præf. in Meturg.* majores suos, quòd tria non mutarint in Ægyptô שמותם מלבושם ולשונם *Nomina sua, Vestimenta sua & Lingvam suam.* Causam ejus rei præter DEI providentiam D. de Grentemesnil, citante Bocharto *Phaleg. p. 59.* tradit, quòd in Ægyptô Israëlitæ confertim habitantes à contagiô tutiores fuerint, cui Bochartus addit istam, quòd in Ægyptiam, ab Ebræâ quippe remotiorem, tàm facilis non fuerit lapsus. (Nec obstat Israëlitas, *Exod. XVI. 31.* usos esse voce מן, quam Ægyptiam esse testetur Haskuni, de quâ nostram mentem exposuimus *Dub. Vex. Loc. 94. p. 262. f.* quanquam fons non statim inquinetur ex unicô forsan injectô lapillô) Inde mansit familiaris Lingvæ Ebraicæ inter Judæos usus, consensu omnium, usque ad captivitatem Babylonicam, id quod colligitur ex 2. *Reg. XVIII. 26. Dan. I. 4. &c. Secunda* ætas est *Ebraismi inclinati*, à deportatione Babylonicâ usque ad excessum Prophetarum & paulò ulteriùs, ubi Ebraismus admisit paulatim Chaldaismi primò consortium & tandem contagium. Cœterùm num Ebræi durante captivitate patriæ

patriæ lingvæ uſum vernaculum ſervarint, & ſecum è Babyloniâ reduces aſportarint, de eô non omnes conſentiunt. Vulgus in captivitate dedidiciſſe lingvam ſuam patriam, cenſet Bellarm. *l. 2. de V. D. c. 15.* Sixtus Senenſis *Bibl. Sanct. l 4. p. 393. b.* Bernh. Aldretus *de Orig. 1 Hiſp. l. 1, c 22. p. 138. & de Antiqv. Hiſp. l 1 c. 19. p. 87. ſ.* Hottingerus *Theſ. Philol. L. 1. c 3. p. 282.* Walton. *Prol. 3.* Bochartus *Phaleg. l. 1.* & Clariſſ. Buxtorfius *Diſſ. 3. p 156. & 157.* negat poſt captivitatem Babylonicam Judæis Lingvam Ebræam familiarem fuiſſe. Nos licet pro omnibus de fece vulgi nil certi pronunciemus, plerisque tamen & præcipuis civibus è captivitate reducibus aliquandiu Ebræam Lingvam vernaculam fuiſſe (utut ex diuturnâ converſatione etiam Chaldaicæ ſibi dudum acquiſiviſſent facultatem) probamus 1. Quia Daniel, Esdras, Nehemias, Haggæus, Zacharias, Malachias poſt captivitatem Babylonicam ſuas conciones, prophetias & hiſtorias vel ex totô, vel ex parte, Ebraicè conſcripſerunt: Ignotâ autem eos lingvâ uti voluiſſe ad Eccleſiam, non putamus. 2. Esdras legem in

originali populo audienti & intelligenti prælegit *Neh. VIII. 3.* quæ lectio etiam vehementia πάθη in auditorum animis excitavit *v. 9.* 3. Nehemiæ novum & insolens videtur, quod quidam ex peregrinarum matrum consortio loquerentur Asdodicè, unde etiam vehementi zelo accenditur *c. XIII. 23.* Patet ergò, reliquos patriam suam lingvam adhuc retinuisse. Nec obstat locus *Neh. VIII. 8.* Nam dist. inter, תרגום & פירוש sive inter παράφρασιν & ἐξήγησιν. Sed Conf. Mayerus *P. S. P. 2. c. 2.* B. Jac. Martini *Disp. 13. de Versione Scripturæ Sacræ th. 26. f.* Calovius *Crit. S. p. 80.*

Tertia ætas est *Ebraismi abrogati.* Namque ab excessu Prophetarum prævaluit tandem Chaldaica, matremque expulit, & denique post Alexandri M. tempora in Chaldæo-Syram degeneravit. Dudum ergò desierat vernacula esse circa tempora Salvatoris & Apostolorum, id quod evincunt 1. Chaldæo-Syræ voces in N. T. ex lingva tùm vernaculâ desumtæ 2 Paraphrases Chaldaicæ in usum plebis scriptæ: Unde non concedimus in sententiam Cl. Helvici, qui *de Paraphr. Chald. p. 3.* censet, plebem

bem Judaicam Ebraicè ſciviſſe tempore Chriſti, quæ & fortè mens Lyrani aliorumve fuit. Nec obſtat 1. Moſen ſingulis Sabbatis in Synagogis legi ſolitum *Act. XV. 21.* 2. Chriſtum *Luc. IV. 17.* Eſaiam Ebraicè citaſſe. 3. Titulum crucis ſcriptum fuiſſe ἑβραϊστὶ & Paulum uſum τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ *Act. XXI. & XXII.* Reſp. *ad 1.* Lectum eſſe cum paraphraſi Chaldaica (v. Elias *præf. Meturg.* Walton. *Prol. 12.*) quanquam & hodiè Moſes in Synagogis Judæorum Ebraicè legatur, cum tamen Ebraica lingva illis vernacula amplius non ſit. *Ad 2.* explicaſſe Chriſtum Eſaiam lingvâ populo intelligibili, ſi maximè Textum Ebraïcè prælegiſſet; cum tamen Schickardus *Bech. Happ. Diſp. 1. 21.* & Leusdenius *Phil. mixt. p. 35.* eum Targum legiſſe contendant, quorum quidem ſententiam noſtram non facimus. *Ad 3.* Intelligi lingvam *Chaldæo-Syram*, quæ Ebraica dicitur, quia illius temporis Ebræis in uſu erat. Conf. Mayerus *P. 2. p. 78.* Denique ex quô Judæi per mundi climata diſperſi ſunt, cujusque loci lingvam לפי מקימות גלותם ubi exules degunt, aſſumunt: Unde iis hodie lingva Ebræa

 non

non magis eſt vernacula quàm nobis, quanquam Magiſtri eorum eam ſtudiosè diſcant & vulgus voculas quasdam ſermoni ſuo inſpergat. Conf. Buxtorfius Pater *Syn. Jud c. 3. p. 109. & App Theſ. Gramm. p. 669.* Filius *Diſſ. 3. p. 158.* Aldretus *de Orig. 1. Hiſp. p. 318. ſ.* Gerſon *Talmud. p. 228.* & Dn. Sennertus *Diſſ. cit.*

Qvæst. V.

An Stylus V. T. Ebræus Chaldaiſmis ſit intermixtus?

Reſp. Conceditur id facilè de Libris vel paulò ante, vel circa, vel poſt Captivitatem Babylonicam ſcriptis propter Chaldaiſmi & conſortium & contagium. Aſt de cœteris Libris, præſertim Moſaicis, negatur, non quidem nullas voces Chaldaicas in iis reperiri, quod vel ſolum יגר שהדותא, *Gen. XXXI.* evincit, ſed Ebraicum ſtylum Chaldaiſmô non eſſe tinctum, quia tum temporis populus Judaicus Chaldaiſmi ignarus Ebraiſmum merum ſervabat. Nec ulla poteſt dari ratio, cur Spiritus S. datâ operâ voluerit Chaldaizare. Nimium proinde dixiſſe videtur Clariſſ. Philologus Barth. Mayerus *Phil. S. P. 1.* ſc. totum

V. T.

V. T. Chaldaiſmis inſperſum, & Spir. S. occultâ quadam ratione Chaldaiſmô delectatum eſſe. Ad exempla allata reſponderi poteſt: Non protinus voces Chaldaicas eſſe, quæ ex lingvâ Chaldaicâ illuſtrari poſſunt, ſed ex Ebraiſmo potiùs in Chaldaiſmum transiiſſe, non obſtante eô, quod nunc in monumentis Ebraicis rariores, in Chaldaicis frequentiores ſunt. Eâdem ratione Vir aliàs nobis æſtimatiſſimus confeciſſet, delectatum eſſe Sp. S. Arabismis & tandem etiam Æthiopiſmis. Cœterùm lubet nunc nonnihil reponere ad ea, quæ Vir Clariſſimus pro ſuâ ſententiâ attulit.

P. 1. p. 303. vocem כְּרֻבִים è Lingvâ Chaldæâ deduci poſſe cenſet. Verùm id refellimus *Dub. Bibl. Loc. X. p 35. p. 308.* Vocem דבאך *Dev, XXXIII. 25.* ex uſu Chaldaico vertendam vult: *Senectus tua*, qſ: ד provenerit ex ז Ebr. זָבָא *fluxit.* Sed & id excuſſimus *ibid. Cent. 2. L. 43. p. 366.* *P. 312.* Ex uſu Chaldaico יְתַנּוּ *Jud. V. v. 11.* exponendum vult: *confabulabuntur*: Verùm vocem eſſe Ebræam, quæ repetitâ Emphaſi ex Arabiſmo ſignificet: *Commemorabunt*, monuimus è L. de

Dieu *l. c. p.* 402. Quanquam fi *confabulandi* fignificationem maximè admittas, ea Ebraifmo cum Chaldaifmo communis non verò huic accepta ferenda dici queat.

P. 315. Vocem כלה 2. *Sam. XXIII. 39.* ex ufu Chaldaico ait notare: *defideravit.* Verùm ne dicamus alios interpretes, quos inter B. Lutherus, notione *ceffandi* vertere, non abfurdum eft, fi dicamus כלה etiam Ebraicè fignificare defideriô quafi confumi, imò materiale hoc fignificatum ex Ebraifmo in Chaldaifmum potiùs dimanaffe, licet mater eâ parciùs utatur quàm filia.

P. 319. Vocem רזי *Ef. XXIV. 16.* ex Chaldaifmo vult per *Secretum* vertendam: Quanquam verò in Prophetis faciliùs Chaldaifmos admittamus five ob μίμησιν five ob materiam fubftratam, (Conf. de מרהבה D. Danhawer Hermen. Sacr. p. 180.) vocem tamen רזי ex ufu Ebraico per *maciem* reddendam oftendimus *Dub. Vexat. Cent. 4 l. 15. p. 795.*

P. 329. Job. XVII. 1. נזעכו ait Chaldæum effe pro נדעכו Ebræo, ex permutatione literarum ז & ד. Verùm fi ad iftam permutationem refpicere velit Vir Clar.

fanè

ſanè נזעכי erit-Ebræum & נרעכי Chaldæum, cùm non ſoleant Chaldæi Ebræorum ד in ז ſed contra ז in ד mutare.
P. 331. Ex Ezech. & Cant. affert vocem שלהבת *flamma*, quam per proſtehſin Chaldæam cenſet pro להבת adhiberi. De Ezechiele non repugnamus, Neq; etiam de Cantico Canticorum. Quanquam enim hoc diu ante Captivitatem Babylonicam ſit conſcriptum, interſperſas tamen non Chaldaicas modò, ſed & alias peregrinas voces deprehendimus, cujus rei cauſam nunc ſcrupuloſiùs non rimabimur.

P. 332. Cenſet in Textu Ebræo quandoque more Chaldæo Dages in Nun reſolvi, quod probat ex vocibus מעזנים pro מָעֻזִּים Eſa. XXIII. 11. & תְּמַנִּי pro תמּי: Sed exempla iſta non quadrant. Nam Chaldæi Dages in Nun reſolventes illud Nun ante Dageſſandam inſerere ſolent E. g. מַנְדַע pro מַדַּע non verò מַרְנַע. Sic itaque more Chaldæô non fuiſſet dicendum מָעֻזְנִים ſed מַעְנְזִים, neque תמנו ſed תנמו. Adeoque *Nun* loco citato non eſt inſertum ex uſu Chaldæo, ſed extraordinariâ Epentheſi.

Quod *p. 335.* urget terminationem

 plu-

pluralem ין aliquando adhibitam, dici posset & eam Ebræis olim non insvetam, quamvis rariorem & forte Euphonicam fuisse, unde Clar. Hottingerus inter terminationes plurales Ebræas refert. Ita quoque terminationes affixorum & alias nonnunquam ad Chaldaismi naturam declinatas non semper pro Chaldaismis, sed pro prosthesibus quasi Poëticis melodiæ seu euphoniæ causâ adhibitis, habendas censemus. Plura nunc addere non vacat. E dictis tamen patet, non satis certos esse omnes à Viro Clariss. allatos Chaldaismos. Erit fortè tempus, ut (quod Magnus D. Calovius desiderat *Crit. p. 84.*) in Chaldaismos Sacros penitus inquiramus.

Qvæst. VI.

An Lingva Chaldaica sit Dialectus Ebraicæ?

Resp. Dialectus vel ἐν πλάτει est cognata sive confinis Lingva; vel strictius ἰδίωμα γλώσσης, uti Plutarchus vocat, est *modus loquendi diversarum provinciarum ejusdem populi eâdem lingvâ utentis & per eam se intelligentis.* Priori sensu ob fundamentalem consensum & immediatum ortum Chaldaicam dici Ebra-

Ebraicæ Dialectum non repugnamus, at posteriori modô cum Hottingero *Lex Harm. Dissert. Proœmiali* & Briano Waltono *Prol. 12. n. 1.* quæstionem negamus.

Namque 1. per Lingvam Ebræam & Chaldaicam discreti fuerunt diversi populi. 2. Ebræi & Chaldæi non intellexerunt se invicem, ut patet ex *2. Reg. XVI. v. 26, 27.* & *Dan. I. v. 4.* & Hieronymus *præfat. in Danielem* ait: *Qui mihi videbar seniculus inter Ebræos, cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus, & ut verum fatear, usque in præsentem diem magis possum Chaldæum sermonem legere & intelligere, quàm sonare.* Jam homines unius lingvæ & diversæ dialecti se mutuò intelligunt; uti Athenienses, Iones, Dores, Æoles; Sic Misnici, Helvetii, Saxones &c. Contrà Belgæ & Angli, Poloni & Russi sese sine interprete non intelligentes habent cognatas lingvas, non diversas modò dialectos ejusdem lingvæ.

3. In Dialectis talibus vocum & formationis diversitas convenientiæ collata non est sensibilis. Sic non scribitur peculiaris Grammatica Dorica, vel Ionica, vel Attica &c. Sed præcipua diffe-

rentiæ capita *communi* inſperguntur. Quin & ipſæ Dialecti iſtæ ab autoribus Græcis maximè Poëtis ſæpè miſcentur. Ita & ab ipſis autoribus N. T. ut oſtendêrunt Caſp. Wyſſius *in Dialectologiâ Sacra* & Paſor *in Idea Dial. Novi Teſtamenti.* Nondum proinde ſatis probavit Chriſt. Ravius, quod *Diſp. de Dudaim p. 29. & 47. & de Lin. Orthogr. & Analog. Ebr.* poſt Fullerum & alios dixit, Chaldaicam Lingvam ab Ebraica ad modum dialecti tantùm differre, item Ebraicam, Chaldaicam, Syram, Samaritanam, Arabicam & Æthiopicam, quæ vulgò pro diverſis malè habeantur, unam Lingvam Sacram Orientalem eſſe & diverſas modò Dialectos arctiùs cognatas, quàm Græcam communem, Ionicam, Atticam, Æolicam, Doricam.

QVÆST. VII.

Dialectus Chaldaica in Daniele & Esdra qualis ſit?

Reſp. *Aramæa* Lingva in eâ latitudine accipi ſolet, quâ *Sclavonicâ*, ut ſc. plures ſuo ambitu complectatur cognatas lingvas & dialectos. Plerique tres præcipuas lingvæ *Aramææ* ſpecies ſive dialectos

ctos constituunt *Babylonicam*, *Hierosolymitanam* & *Syram*, quibus quarta *Samaritana* addi posset, quâ conscripta est Pentateuchi versio, cujusq; ratio ex Morini & Castelli *Gramm.*& *Lexico* perspici potest. *Syra* vocatur ista, quâ celeberrima N.T. Versio conscripta est, quæ Georgio Amiræ *Syra reformata* appellatur; Aliis *Antiochena*, quia usus ejus fuit in Ecclesia Antiochena, ut & in toto Patriarchatu, qui Ecclesiæ illi olim assignatus erat: *Comagena* à Comagene, ultimâ Syriæ regione: *Maronitica* à Maronitis habitantibus per pagos montis Libani & in quibusdam minoribus oppidis Syriæ, quorum licet vulgaris lingva sit Arabica, hâc tamen Syriacâ in Sacris utuntur. *Babylonica* porrò vel *Pura* est & proximè ad Ebraismum accedit, qualis datur in Daniele & Esdra; vel *Impura*, idque vel *minus talis* in Targum Onkelosi in Legem, & Jonathanis in Prophetas, vel *magis talis* tùm in Targum R. Joseph Cæci in Hagiographa & Pseudo-Jonathanis in Legem; tùm in Talmude Babylonico. *Hierosolymitana*, quæ & *Syro-Chaldæa*, in *urbicam* & *subrusticam* dispesci posset. *Illa* tum in Targum, tum in

in Talmud Hierosolymitano conspicua est: *Hujus* vestigia in ruderibus *Galilæis* comparent, de quibus Conf. Ligthf. *Chorogr. Matthæo præmissâ c. 87. p. 151. s.* unde Petrus proditus est *Matt. XXVI. 73.* Conf. Mayerus *Philol. S. P. 2. p. 40. s.* Buxtorf. *Præf. Lex. Chaldæo-Syr.* Waltonus *Proleg. 13. n. 3.* Franc. Taylerus Anglus, *Procem. in Targum Hieros.* & *Diss. nostra de Lingva Galil. quæ in Fascic. est.*

Qvæst. VIII.

An Lingva Originalis Jobi fuerit Arabica?

Resp. Hieronymus Præf. in Job. scribens: *Hæc translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso Ebraico Arabicoque sermone & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumque resonabit*: suspicionem quibusdam fecit, ac si in originali Jobi contextu quædam extarent Arabica, à quâ opinione sola Jobi inspectio & lectio quemvis facilè revocare potuisset. Gregorius Magnus autem *lib. 20. Moral. c. 25.* existimat, Jobum librum suum scripsisse Arabicè, eundemque à Mose Ebraicè trans-

translatum esse, quam sententiam Clar. Hottingerus *Thes. Phil. l. 2. c. 1. s. 3. p. 505. ed. pr.* defendendam suscepit. B. Gerhardus *Exeg. L. de SS. §. 137.* probabiliùs asserit, Jobum lingvâ Arabica historiam suam utcunque annotâsse & prima illius libri rudimenta tradidisse, Mosen verò librum, ut hodiè est, Ebraicô idiomate elaborâsse. Nos licet Mosen libri autorem esse, Ebræis (quibus æquior est Excell. Dn. Schmidius *Comm. in Job. p. 4.*) non omninò abnuamus, ægrè tamen concedimus, nos hodiè non textum primitivum Libri hujus Canonici, sed translationem modò habere. *Nec obstat* 1. quod Jobus fuerit Arabs & inde à Bibliandro Theologus Arabum dicatur. 2. Quod crebri sint in Jobo Chaldaismi, Syriasmi & Arabismi. Nam Resp. *ad 1.* De eô adhuc sub judice litem esse. Vixerit sanè in Arabia, (quamvis aliis placeat Idumæa) non tamen necessariò indigena fuit, sed potuit illic esse peregrinus magni nominis, ut Abraham olim in Chanaan, quæ est conjectura Dn. D. Schmidii *p. 5.* Sed & Arabs fuerit, nil obstat, quin Arabis res gestas Moses texat idiomate purè Ebræo, uti Pha-

Pharonis Ægyptii hiſtoriam ſine contagio Coptiſmi ſcripſit. Imò ut ipſe Jobus autor ſit libri ſui, potuit tamen non minùs ſine Arabiſmis in Arabia ſcribere Ebraice, ac Germanus quiſpiam ſine Germaniſmis Latinè in media Germania. *Ad 2.* tùm ſic κτ̓ βίαιον ſequi, & Caldaicè Syriaceque ſcriptum primitus eſſe, ut LXX. & Origenes *l. 1. in Job.* tradunt; tum voces in Ebraiſmo rarius vel ſemel occurrentes, quæ ex Arabiſmo illuſtrari queunt, non inferre totidem Arabiſmos, ſic enim plures forte V. T. libri originaliter Arabicè ſcripti eſſent; imò licet inſperſi ſint Arabiſmi, inde nondum ſequi, quod primitus Arabicè conſcriptus ſit. Dantur in N. T. Ebraiſmi, neque ideò Ebraicè primitùs ſcriptum eſt. Conf. interim Sixtus Senenſis *l. 1. Bibl. 5.* Pineda & Boulduc. *Comm. in Job.* Waltherus *Offic. Bibl. p. 977.* D. Calovius *Crit. S. Diatr. 3. §. 6. p. 77. 85.*

Qvæst IX.

An Lingva N. T. ſit Helleniſtica?

Reſp. Stylum N. T. non parùm diſcrepare à modo loquendi aliorum Scriptorum, cumprimis profanorum, nemo facilè

cilè negabit, qui iis est viribus, ut utrumque conferre possit. Itaque Jos. Scaliger peculiarem phrasin peculiari nomine designaturus, aptissimè dictionem N.T. *appellari Hellènisticam*, primus autor extitit, *Animadv. in Euseb. p. 124. apud D. Dannh. Herm. p. 181. s.* Quam vocem, si nihil aliud inferre debeat, quam phrasin Ebraismo largiter tinctam adeoque à communi Græca discrepantem, non respuimus: Nam si de re constet, de verbis non adeò litigandum (ut rectè judicat Clariss. Slevogt *Disput. Acad. 16. p. 933.*) videtur. Notum verò est, quomodo Vir Doctiss. Dan. Heinsius Scaligerianæ sententiæ præcipuus interpolator non contentus formam loquendi scriptorum N.T. appellâsse *Hellenisticam*, novam simul gentem *Hellenistarum*, Judæorum sc. extra Palæstinam degentium & Hebraistis in Palæstinâ oppositorum & peculiarem dialectum Hellenisticam istis propriam procudere conatus sit, quæ in Asiâ & Oriente celebris Hebraica Græcis admisceret, tantumque à Græcâ illâ communi politâ differret, quantum hodierna Italica distat ab antiquâ Latinâ. *Conf. Exercitationes ejus ad Nonnum &*

Præf.

Præf. in Exercitat. Sacras in N. T. Contra Heinsium acriter insurrexit Clariss. *Salmasius* ac operosè demonstravit, confictam esse Lingvam illam Hellenisticam unà cum Hellenistis suis. Extat hàc de re ejus *Comm. de Lingvâ Hellenisticâ*, *Funus Lingvæ Hellenisticæ f.* Confutatio Exercitationis de Hellenistis & Lingvâ Hellenisticâ, ut & *Ossilegium Hellenisticæ f.* Appendix ad confutationem excercitationis de Hellenistica. Idem egerunt post eum Joh. Crojus *Observ. in N. T. c. 30. f.* & Matthæus Cotterius *Exercit. de Hellenistis & Lingvâ Hellenisticâ.* Quibus nos hactenùs accedimus, ut concedamus, non extitisse gentem aliquam, cui Dialectus peculiaris Græca ex Ebræo mixta vernacula fuerit, neque ullam nominari posse regionem, ubi ista viguerit, adeoq; hôc sensu neque LXX. Interpretes, neque Scriptores N. T dici posse Hellenistas, & frustrà confundi cum Hellenistis in Actis Apostolorum, qui non fuerunt origine vel religione Judæi Græcè loquentes vel in Synagoga legentes, (uti Scaliger, Drusius, Heinsius cumque iis quamplurimi Celeberrimi Viri censent, quos inter etiam est

Light-

Lightfootus *in Act. p. 53. & Corinth. p. 262.* nam tales utique non erant, qui ſcribebant, neque ad eos ſolos ſcripſere; Sed Græci vel hoc nomine comprehenſi, Proſelyti ſeu ad Judaiſmum converſi, qua de re conferri queunt Salmaſius *Comm. de Lingv. Hellen. p. 24. 162. 175. 189.* Crojus *l. c.* D. Joh. Tob. Major *Annot. ad Acta. p. 93. ſ.*

Nonnulli verò ulteriùs progreſſi non modò Helleniſtas relegârunt, ſed ſimul planè negârunt ſtylo N. T. interſperſos eſſe Ebraiſmos ullos. Eô fine Sebaſtianus Pfochenius edidit *diatriben de Lingvæ Græcæ N. T. Puritate*, quâ ſe ſe fictitiis Ebraiſmis larvam detrahere exiſtimat. Verùm Pfochenius non ſemel in iſto opuſculo quandam ἀφ;ωσίαν διανοίας prodidiſſe videtur. Sic E. g. ut *Matth. c. II. 20.* ζητεῖν τὴν ψυχὴν neget eſſe Ebraiſmum, probat etiam apud profanos autores ἡ ψυχὴ pro *vita* poni. At verò metonymicè *animam* pro *vitâ* ſumi poſſe, non modò apud Græcos ſed & quosvis alios, nemo negaverit. Inde tamen nondum conficitur phraſin iſtam *quærere vitam* Græcis aliis eô ſenſu, quô Ebræis idem eſſe, quod *inſidiari vitæ:*

F ut

ut adeò hîc fallaciam compoſitionis & diviſionis commiſerit Pfochenius. Similis ἀῤῥωσία eſt, quod probaturus loco *Act.18.6.* τὸ ἅιμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν Ebraiſmum non ineſſe: Contentus eſt obtinuiſſe κάρα profanis pro *perſona* ſumi *p.58.* Cœterùm ſatisfecit ipſi ex profeſsô Thom. Gatakerus Londinas, unde actum non agemus. Certum verò nobis eſt, ſtylum N. T. omninò eſſe intermixtum Ebraiſmis ut & Chaldæo-Syriaſmis i. e. non modò vocibus Ebraicis & Chaldæo-Syriacis, quod nemo unquam negaverit, ſed partim vocibus Græcis ſignificationem Ebraicam induentibus, partim phraſibus & formulis ad formam Ebræam expreſſis, partim conſtructionibus Ebræum idioma redolentibus, qualium non contemnendam farraginem collegit Georg. Paſor *Idea Dialectorum N. T.* & Caſp. Wyſſius *in Dialectologia Sacra*, ſed prolixum catalogum in claſſes 31. digeſtum ſub titulo *Philologiæ Sacræ* texuit Clariſſ. Joh. Vorſtius & juxta illius ductum Joh. Leusdenius *Phil. Ebræo-Græco Diſſ.12.ſ.p.97.ſ.* quibus addi poteſt Dn. D. Joh. Olearius, Theologus Lipſienſis *in Diſſ. de Stylo N. T.*

Sect.

Sect. Didact. Membr. 2. p. 69. seqq. Cæterùm isti Ebraiſmi non ſunt accepti ferendi peculiari dialecto Græcæ ullibi terrarum vel ulli nationi vernaculæ, ſed peculiari charactéri ſacro & ſingulari intentioni autoris Scripturæ Sacræ principalis, qui ad harmoniam rerum in V. & N. T. demonſtrandam ſtylum quoque ad Ebræum V. T. ſermonem attemperare voluit, non modò in explicitis allegationibus, ſed etiam in implicitis alluſionibus. Adeoque ſtylus N. T. (ſic & LXX. interpretum) ſæpiùs eſt *Hermeneuticus* E. g. *Matth. XXI. 42.* παρὰ τοῦ κυρίου ἐγένετο ἄυτη, κλ. Fœmininum adhibitum eſt pro Neutro non ex genio peculiaris dialecti Helleniſticæ, neque ex communi more lingvæ Græcæ, ſed ex literali verſione Pſ. 118. 22. Ut adeò, ſi aliquô nomine ſtylus N. T. ſit exprimendus, aptiſſimè poſſit vocari *Græcus Sacer* ſive *Biblicus.* Quod verò ad *Chaldæo-Syriaſmos*, illi ex vulgari loquendi more expreſſi ſunt, uti fieri facilè poteſt, ut phraſes novâ civitate donentur. Sic E. g. hodiernis Germanis non ignota phraſis eſt die Füſſe decken (*tegere pedes*) quam antiqui eô ſenſu nudè poſitam planè non intellexiſſent.

 Deni-

Denique *Barbarismorum* & *Solœcismorum* periculum facilè avertit autoris Glossarchæ dignitas. Voces & constructiones insolentiores in autoribus probatis non culpamus ut vitiosas, sed notamus ut singulares & gravi quadam de causâ adhibitas, neque Plautus barbarus audit, quamvis Dousa non paucos in eô deprehenderit Ebraismos (quos tamen potiùs *Pœnismos* dixisset) nec alii autores Latini barbari sunt, ut ut Hellenismos adhibuerint, quidni Spiritus S. lingvæ creator & lingvarum donator statorque eodem saltem gaudeat privilegio? *Neque verò*, uti rectè ait Vorstius *Phil. P. 2. Præf. plurimi Ebraismi illi, quos Sacri Libri N. T. habent, pro barbarismis & solœcismis habendi fuerint; sed pro flosculis potiùs, quos per Scripturas N. Test. spargi, indeque ipsas Scripturas N. T. nobis gratiores fieri, Spiritus S. voluerit. Qui unius lingvæ idiotismos in aliam lingvam per ignorantiam ac ruditatem transfert, is minimè sanè laudem meretur. Qui verò sciens ac deditâ operâ id facit, is, si non laude, saltem excusatione dignus existimabitur. Qvàm multos Græcismos. Poëtæ Latini, Virgilius, Horatius,*

tius atque alii, & in oratione prosâ Salustius atque Tacitus usurparunt! Quod tamen non eorum inscitiæ ac ruditati assignari potest, aut debet, sed certô consiliô ac de industriâ ab ipsis factum putandum est. Quantò magis igitur de sanctis illis Spiritus S. amanuensibus habendum ita, quod illi Hebraismos & dictionem à Lingvâ Græcâ cæteroqvin alienam usurparunt, id certô consiliô ac deditâ operâ ab ipsis factum esse? Sanè jucunda Sacrarum Literarum contemplatio est illa quoque, quod non modò ipsas res utriusque Testamenti pulchrè inter se consonare, sed ipsas quoque formulas ac modos loquendi utrobique eosdem ferè esse animadvertimus. Conf. præter citatos, Viri Clariss. Joh. Henr. Boecleri *Diss. de Lingvâ N. T. Originali*, quam suæ Exc. Dn. Olearius subjunxit.

QVÆST. X.

An Lingva Originalis Matthæi & Epistolæ ad Ebræos sit Ebræa?

Neg. Nam 1. Tutissimè asseritur, extare omnes Libros Canonicos in lingvâ Originali. 2. Tempore Matthæi atque Pauli lingva Ebraica nullibi terrarum

ampliùs in usu erat vulgari: Græca contra vulgatissima 3. Utrinque Ebraica quædam Græcè transferuntur, ut *Matt. c. I. v. 23. & c. XXVII. v. 46.* in Epist. ad Ebr. *Melchisedec* & *Salem*, quæ versio ex Originali Ebræo esse nequit, nec ratio in promptu est, cur Matthæus vel ejus interpres Ebraica illa retinuerit & alia non item?

Antithesis est Bellarmini *l. 2. de V. D. c. 7.* Baronii *Annal. A. C. 34.* Maldonati *in c. V. Matthæi*, Münsteri *Præf. in Ev. Matt. &c.* qui Evangelium Matthæi & Epistolam ad Ebræos primitùs Ebraicè scripta & in lingvam Græcam translata volunt. Neque obstant 1. Testimonia Patrum, *Hieronymi*, *Origenis*, *Chrysostomi*, *Augustini*, *Irenæi*, *Athanasii*, *Eusebii*, *Nazianzeni*, *Nicephori*. 2. Episagmata vel clausulæ versionis Syr. Nov. Test. 3. Editiones istius Evangelii à Sebast. Münstero (qui & Epist. ad Ebræos Ebraicè edidit) Joh. Tilio, Quinquarboreo & Mercero adornatæ. 4. Ebræis Ebraicè scribendum fuisse. Nam *Resp.* 1. Nec Patres allegare αὐτοψίαν, sed aliorum relationem satis diversam, nec Evangelium illud Nazaræum satis Ebræum, imò

imò à Catholicis Apocryphis accensitum esse. *Ad 2.* Non esse illa ejusdem antiquitatis & autoritatis cum Versione Syriacâ, verùm addita à Maronitis. Ita etiam in Versione Arabica additum reperitur פיאלהנר עבר אניא *in Indiâ Ebraicè* scripsisse Matthæum ex vulgari sc. persvasione: (quod Kirstenius in Vitis Evangelistarum *p. 27.* vertit: In *India Ebræa* & frustrà se torquet quænam Indiæ pars sit Ebræa?) *Ad 3.* Ea Evangelii Ebraici exemplaria nec hominis Ebræi nec Matthæi esse: Id satis arguunt barbarismi & solœcismi. In editione Münsteri observavimus, contra genium lingvæ He Emphaticum & Statui Constructo & Nomini cum Affixo juncto præponi *c. I. v. 1. c. VI. v. 22. c. XIII. v. 27. 36. c. XVI. v. 9. c. XX. v. 18. 23. c. XXIV. v. 3. 36. c. XXVI. v. 57. 58. 64. 81. c. XXVIII. v. 19.* particulam negandi אין Præteritis & Futuris præmitti, cujus rei exempla singulæ ferè suppeditant paginæ: non rectè adhibitam particulam interrogandi *c. VII. v. 10.* nomina Fœminina juncta verbis Masculinis ut *c. VII. v. 25.* plura peregrina & barbara vocabula. In editione Merceri eandem constructionem particulæ

אין observavit de Dieu. In editione Tilii ista observat Chamierus והולדה ודבר הולדת pro דישו המשיח כן הירח pro ויפלו אל ארץ / ישו המשיח כן הירח; לכל שהם / אתכם pro אתם הכם / ארצה לכלכם אשר בבית pro בבית. Sed Conf. Beza, Erasmus, Flacius, Cajetanus, Conzenus, Calvinus, Paræus *ad Matt.* D. Gerhardus *Exeg. L. de Scripturâ Sacrâ* §. 243. D. Waltherus *Offic. Bibl. pag.* 66. *seqq.* D. Calovius *Crit. S. p.* 439. *edit. nov. p.* 205. *f.* Fr. Junius *Animadv. ad l.* 2. Bellarminus *de V. D. c.* 4. *n.* 1. Joh. Crocius *Anti-Becano. T.* 1. *p.* 28. *f.* Hottingerus *Thes. Phil. p. m.* 513. Chamierus *Panstr. T.* 1. *l.* 12. *c.* 1. §. 4. 5. Fr. Gomarus *Diss. de Evang. Matt. Ebr.* Casaubonus *Exerc.* 15. *c.* 12. *&* *Exerc.* 16. *c.* 15. J. Mercerus *ad Pagn. rad.* אין Lud. de Dieu *Animadv. in Matt. p.* 501. 592. Dilherrus *Elect. l.* 1. *c.* 9. *p.* 57. Scultetus *l.* 1. *Exerc. Evang. c.* 1. Lightfootus *Hor. Hebr. p.* 188.

Quæst. XI.

An Evangelium Marci primitùs sit Latinè scriptum?

Neg. Nam 1. Non sit verisimile, Deum voluisse textum Originalem abscon-

 ditum

ditum & qf. sub modio occultatum, solâ versione Ecclesiæ conservatâ. 2. Nullum ex tota antiquitate ejus rei dari potest testimonium vel documentum. Imò 3. veneranda antiquitas uti in aliis N. T. scriptis ita & in Evangelio Marci Textum Græcum pro Fonte & Originali habuit.

Antithesis est nonnullorum è Pontificiis, qui contendunt, id ab ipsô Marcô Romæ Latinâ lingvâ scriptum ac deinde ab eodem Aquilejæ in Græcam lingvam conversum, quô fine adducunt Pontificale Damasi in Vitâ S. Petri: quin & Genebrandus ac Baronius exemplar primigenium Venetiis adhuc asservari profitentur, ceu refert Gretserus *Tom. 1. Bell. de F. p. 497.* Verùm Damasi autoritas non uno nomine suspecta est nec sola tantæ rei asserendæ sufficit. Et invidiæ accusandus sic esset Rom. Pontif. quod textum Originalem Ecclesiæ invideat. Cœterùm quæruntur quidem à nonnullis in Marco *Latinismi*, neque tamen, si dentur, illicò conficeretur, primitùs Latinè scripsisse, cùm & in Lucâ E. g. *c. 12. 58.* Latinismus videatur esse, (Conf. Dannh. *Herm. p. 180.* ubi & loca

quædam ex Actis adferuntur) quem extra controversiam Græcè scripsisse constat. Conf. D. Calovius *Crit. 5. Diatr. 7. §. 5. p. 211.* Waltherus *Offic. Bibl. Repos. pr. §. 96. p. 78.* Leusdenius *Phil. Ebræ-Gr. Diss. 18. p. 143.*

QVÆST. XII.

An Lingva Salvatori & Apostolis vernacula fuerit Syriaca?

Resp. Distingvendum hîc inter Lingvam *Syriacam* latè acceptam pro *Aramæâ*, quæ suo ambitu Babylonicam, Hierosolymitanam & Maroniticam comprehendit, & strictè sumtam pro Lingvâ *Maroniticâ* aliis dialectis Aramæis contradistinctâ, quá N. T. Syriacum est consignatum. Et hanc Salvatori & Apostolis vernaculam fuisse negamus.

Nam 1. Voces, quibus Christus & Apostoli usi, ex Lingvâ Syriacâ Maroniticâ exponi non possunt. E. g. Marc. VII. 24. scribitur μαμμωνᾶ: Syr. *Mamuno.* Joh. XIX. 13. γαββαθᾶ Syr. *Gephiphto.* Matt. XXVII. 33. γολγοθᾶ Syr. *Gogultho* Marc. V. 41. ταλιθὰ Syr. *Telitho* &c. 2. Lingva, quâ Christus & Apostoli usi, habuit *Dages forte*, quod patet ex vocibus μαμμωνᾶ.

μω α̃, γα ιαθᾶ αβϐα, ῥαϐϐὶ, ῥαββϐνὶ, quô caret Syriaca Maronitica. 3. Targum & Talmud Hierosolymitana diversâ à Maronitica dialecto sunt conscripta. Sunt verò eâ lingvâ conscripta, quæ usque ad πα ελ·θειαν Hierosolymis & vicinis locis in usu erat. Adde quæ de dialectô Galilæâ, per quam Petrus sese prodidit, suprà attigimus.

Antithesis est multorum magnorum virorum puta *Widmanstadii, Masii, Crinesii, Trostii, Gvid. Fabrit. Bodoriani, Laur. Fabritii, Andr. Sennerti, Jac. Martini, Franzii, Gvaltperii, Leusdenii*, qui censent, Salvatorem lingvam Syriacam sanctissimo suo ore consecrasse, quod de lingva Syra ἐν πλάτει s. *Aramæâ*, non verò de dialecto *Maroniticâ* admittimus.

Excipiunt 1. Voces istas ex lingva Syriaca optimè explicari posse, cùm eorum themata illic extent omnia. Resp. Neque omnes posse (conf. de γαββαθᾶ *nostra Exotica N.T. s. P. 2. Dub. p. 50.*) neque formaliter; quantumvis enim Dsekopho more Nestorianorum per A efferatur (quod defendit M. Dan. Swenterus *peculiari Diatriba p. 6. s.* cui tamen

tamen opponimus 1. Figuram τῦ Dſekopho non ex α ſed ex ὀ μικρῶ Græcorum deſumtam. 2. Nomina tàm appellativa quàm propria, ubi Græcorum ὀ μικρῶ reſpondet e. g. נמוסא *nomúſo* è νόμος, אסטלא *eſtólo* è ϛολὴ, אפסניתא *epſonióto* ex ὀψώνια, אפלוניא *apolonio* Apollonia, אנסיפרוס *Oneſiphoros*, טימתאוס *Timotheus &c.*) nec ſic omnia ubivis ſatis quadrant. *Exc.* 2. *Negari à Crineſio, Leusdenio & aliis, quod Syri careant Dages forti.* Sed iis opponimus, *tùm* quod Kuſchoi ab ipſis pro Dages forti habitum afficiat ſolas literas בגדכפת idque iisdem ferè legibus, quibus Dages lene ap. Ebræos, ſi verò forte eſſet, quidni & aliis conveniret? *tùm* teſtimonium atque praxin Maronitarum.

Ex 3. Ex *Talmud Hieroſol. parùm conſici, cùm A. C.* 230. *confectum demum ſit.* Quod conceditur de eô *formaliter* ſumto; continet tamen traditiones varias, eorum quoque, qui Salvatori coætanei fuerant. Conf. B. Barth. Mayerus *Phil. S. P.* 1. *p.* 106. *ſ.* & Brianus Waltonus *Prol.* 13. *n.* 5.

Qv.

QVÆST. XIII.

An Lingva Græca sit omnium uberrima?

Resp. Asserit id post alios Sebast. Pfochenius *Diatrib. de Styli N.T. Puritate p. 4.* cujus Antagonista Thomas Gatakerus Londinas *Diss. de Stylo N.T. p. 22.* contra Erpenium uberiorem esse Græcam Arabicâ contendit, & tantùm monet, Græcæ ubertatem non rectè à Pfochenio probari. Nos laudibus Lingvæ Græcæ nil detractum volumus, eâ tamen uberiorem Arabicam pronunciamus. Nec movent nos rationes contrariæ Pfochenii. *Tàm latè*, ait, *fusus est Græci sermonis usus, tantâque vocum compositarum & ortarum varietate luxuriàtur, ut non putem ullam lingvam in toto terrarum orbe fuisse aut esse posse hâc ipsâ ampliorem. Tot derivata ab uno themate, puta φέρω, vel ἵστημι, vel τίθημι, vel ἔχω &c. descendunt, ut vel unum thema Lexicon singulare constituere videri possit. Græcus Henrici Stephani Thesaurus amplus hujus rei esse poterit magister. Quadraginta Adjectivis nominibus & ultrà licet exprimere* superbum &c. Verùm enim verò lingvæ copia propriè non è luxu-

è luxuriâ compoſitorum, ſed ex quantitate vocum ſimplicium æſtimanda eſt. Vox enim ſimplex in compoſitione non multiplicatur, nec à ſe ipſa fit eſſentialiter diverſa, ſed aliumve ſaltem acquirit ſtatum. Qui decem habet florenos, & diverſos cum diverſis diverſimodè conjungit, ultra centenos combinationis modos recenſere poteſt, retinet interim non niſi decem florenos. In primitivorum autem copiâ Arabica palmam facilè præripit Græcæ, cujus 3259. voces primigenias computavit L. Lampertus Alardus *in ſuâ Græciâ in nuce.* Nec cedit Arabica Græcæ *derivatis ſimplibcius.* His etiam facilè compenſat *compoſita,* uti & conjugationibus ſuis & conſtructione. Si verò ex ſynonymis decernere rem velit Pſochenius, deprehendet Græcam reſpectu Arabicæ pauperculam eſſe. Tanquam rem miram narrat, quod 40. nominibus Græci exprimant *ſuperbum* Sed audiamus jam de Arabicâ ſolum Pokokium *ad Abulf. pag.* 153. *Quantum,* ait de eâ, *Græcam, Latinam aliasque Lingvarum præcipuas verborum copiâ ſuperet, hinc conjicere licet, quod aliquando vel ſola diverſarum unius*

rei

rei appellationum enumeratio & explicatio justam voluminis integri materiam præbuerit. Sic doctissimo Grammatico Ebn. Chalawaih *libris unius subjectum* Leonis *nomina, quæ quingenta; alterius* Serpentis, *quæ ducenta, teste* Jallaloddino *in Mezhar*: Autor, *Kamusi, Mohammed Al Firauzabadius librum integrum de* mellis *appellationibus & utilitate se conscripsisse ait, in quo cum 80, ejus nomina recensuerit, totam tamen ejus nomenclaturam non absolvisse notatur. Testatur idem* ensis *appellationes ultra mille se in libro à se composito enumerâsse.* Thesauro *Henrici Stephani* aliàs commendatissimo in præsenti causa opponimus Thesaurum *Antonii Giggeji.* Quæ de nominum divinorum pluralitate apud Græcos subjecerat Pfochenius, examinat Gatakerus *l. c. p. 28.* Nobis hæc sufficiunt. Conf. & Hottingerus *Append. Gramm. Harm. p. 171. seqq.*

QVÆST. XIV.

An Lingvarum Originalium notitia Theologo sit necessaria?

Resp. Affirmativam adstruximus *Præf. Methodi Ebrææ.* Nam si spectes

1. *Theo-*

primò Theologiam Exegeticam s. Scripturæ Sacræ explicationem, ad eam Ebraiſmi & Helleniſmi rudis non magis eſt idoneus, quàm lingvæ Græcæ vel Latinæ ignarus ad enarrationem Homeri vel Virgilii. Et licet è verſione ſenſum Sp. S. idiota in locis clarioribus pro ſe utcunque aſſequi poſſit, non tamen ideò doctor loca obſcura, ubi interpretes diſſident, intelligere nedum aliis explicare poteſt. Quò plures verſiones & commentationes contenderit, eò incertior dimittetur.

Theologia porrò *Didactica* verum Scripturæ Sacræ ſenſum è fontibus rectè erutum ubique præſupponit & omnis fidei articulus probandus eſt è Scriptura Sacra ſolidè intellecta. Imò quomodo Theologia noſtra debeat eſſe Grammatica & in Articulo v. c. *de Juſtificatione* cumprimis attendi ad genuinam ſignificationem vocum הצדיק & δικαιῶν oſtendit D. Chemnitius *P. 2. L. L. p. 549.*

De *Theologiâ* verò *Polemicâ* dubium eſſe nullum poteſt. Cùm enim nulla verſio ſit vel eſſe poſſit avthentica, patet cum eruditis adverſariis, non eſſe diſpu-

ſputandum è verſione vernacula, ſed ex fontibus.

Denique quod ad *Praxin Theologiæ Homileticam*, notum eſt, quamvis lingvam habere ſuas emphaſes, quæ in verſione exſpirant. Cumprimis verò Sp.S. qui non ſolùm materiam ſed & verba ſuis amanuenſibus inſpiravit, ejusmodi Characteres majeſtatis, gravitatis, δεινότητος & ἐνεργείας avthentico textui impreſſiſſe, quos nulla interpretatio exprimere valeat, unde ex unica ſæpè voce Ebræa vel Græca plus ſucci veræ doctrinæ & vivificæ conſolationis exprimi poteſt, quàm per aliquot folia aliorum liceat reperire.

Verùm plura dabunt Matth. Flacius *Adhort. ad ſtud. Lingv. Ebr. in Clav. Sc. P. 2. T. 6.* Gerhardus *Meth. Stud. Theol. P. 2. ſ. 1. c. 1.* Glaſſius *Orat. de Ling. Ebr. in calce libri 2. Phil. S.* Calovius *Epiſt. Dedic. Stud. Theolog.* Ha[illegible]panius *Orat. de Neceſſ. Philol. in Theol. ab initio Sylloges.* Hottingerus *Smegm. Orient. c. 1. ad ſ.* Cartwrightus *Præf. Elect. in Geneſin.* Erpenius & Crucius *Orat. de Lingv. Ebr.* Sixt. Amama *Antibarb. Bibl. l. 1. Or. de Barbarie & Paræneſi ad Ordines Bel-*

gi. Brianus Waltonus *Prol. g. 3. n.26. &* *alii &c.*

Caput IV.

De PURITATE FONTIUM.

SECTIO I. APHORISTICA.

§. 1.

PEculiari DEI providentiâ facer Textus avthenticus isque iisdem characteribus, quibus primitùs exaratus est, purus, illibatus & incorruptus ad nostra usque tempora conservatus & ad consummationem seculi conservandus est.

§. 2.

Illa Puritas Fontium non quidem in omnibus & singulis, at in probatioribus conspicua est.

§. 3.

Et *Vetus* quidem *Testamentum* olim in arcâ fœderis & sanctioribus templi synagogarumque archivis à Judæis repositum & ab omni labe præservatum fuit.

§. 4.

§. 4.

Acceſſit poſtmodum inſigne conſervationis organon, ſc. *Maſora*, cujus auſpicia Esdram & ejus ſacrum collegium feciſſe probabile eſt.

§. 5.

N. a. T. ab Eccleſiâ Chriſtianâ purum illibatumque ad nos transmiſſum eſt.

§. 6.

Neutrum ita præmunitum ullâ ſuî parte quicquam contraxit vitii, ut norma omnium verſionum eſſe ampliùs nequeat.

AUTORES.

Qui de Puritate Fontium ex profeſsô atque fuſiùs ſcripſere, ſunt: E Pontificiis Joh. Iſaacus *contra Lindanum de Optimo genere interpretandi*, ſic & Senenſ. *l. 8. Bibl. S. p. m. 789. ſ.* Ben. Ar. Montanus *Præf. Bibl. Ebr.* E Reformatis Gvil. Witakerus, Franc. Junius, Sibrandus Lubbertus & Wilh. Ameſius *contra Bellarm. de Verbo DEI*, Andr. Rivetus *Iſag. ad Scripturam c. 8. per tot.* Dan. Chamierus *Panſtr. Cath. T. I. l. 1. c. 11. ſq.* Hotting. *Theſ. Phil. l. 1. c. 2. q. 4. à p. 123-217.* Joh. Buxtorf. *de Antiqv. Punct. P. 1. c. ult. & ex profeſſo in Anti-Crit.* Sixt. Amama

Anti-Barb. Bibl. lib. 1. Errore gen. 3. c. 1, 2, 3, 4. E Noſtratibus denique Hunnius *de V. D. contra Bell.* Gerhard. *Exeg. Loc. 1. de Scripturâ Sacrâ.* Brochmannus *de Scripturâ Sacrâ c. 2. qv. 7. ſeqv. & Controv. Anti-Papiſt. l. 2. c. 4.* Sal. Glaſſius *Phil. Sacr. l. 1. Tract. 1. & 2. per tot.* Dn. D. Calov. *Crit. Diatr. 8. p. 205. ſ. in V. T.* Theod. Hakſp. *Tract. de Uſu Rabbinorum c. 2. ſect. 1. tot.* D. Kortholt *de Edit. Scripturæ Sacræ c. 2. p. 6. ſ.* & D. Waſmuth. *contra Conringium.*

SECTIO II.
PROBLEMATICA.

QVÆST. I.
An hodiernæ Literæ ſacri Textus Ebræi ſint genuinæ atque primitivæ Moſaicæ atque Propheticæ?

Reſp. Non diſquirimus nunc, num Literæ Ebraicæ, quæcunque demum fuerint, ſint omnium antiquiſſimæ (quod Kircherus *Oed. Ægypt. Tom. 3. diatr. 3. preluſ.* de Ægyptiorum Hieroglyphicis: Sinenſes de ſuis: Salicæus Archiepiſcopus Toletanus de Gothicis, alii de aliis aſſerunt) neque an earundem inventio

entio Adamo (quò cum Bangio *Cæl. rient, Exerc. 1. qv. 3.* tendit Dn. D. Wasmuth *Vindic. Hebr. c. 1. f. 2. p. 85.*) an verò Mosi (uti Joh. Eufeb. Nierenbergius ontendit *l. 1. de Orig. Scr. c. 10. seq.*) adribenda sit? Sed id agimus: Num Character iste כתבמר sive *quadratus*, quô hoè Sacer Codex V. T. exaratur, sit idem, uô Mofes & Prophetæ libros fuos in liras retulêre, an verò fit Character Asriacus, quô Esdras (priori repudiato Samaritanis relicto) Libros Sacros fcripferit?

Negamus & 1. Ex *Matth. V. 18.* pro hoerno Charactere Ebræo ita argumenmur: *Quæ literæ non debebant transi-, donec transirent cælum & terra, illæ ab sdrâ non funt mutatæ. Sed Literæ, quius facer Codex primitus fcriptus eft.* E. em pro eo & fimul contra Characterm Samaritanum, quem pro primitivo uidam venditant: *In quo Alphabeto lira Jod non eft omnium minima, eô facer odex non eft originaliter confcriptus,* & ntrà: *In quo ea litera eft omnium minia, illud cæteris paribus eft Alphabetum, ô Scriptura eft exarata.* Manifeftum im eft, Salvatorem procedere à mini-

mô; *Sed in Alphabeto Samaritano Jod non est litera omnium minima, seu plerasque exæquat, quasdam superat;* contrà *in quadrato litera Jod est omnium minima E.*

2. E nominibus literarum Ebraicarum, quæ à figuris desumta sunt. Eæ optimè congruunt ad modernas Ebraicas, nonnisi ineptè verò plerisque Samaritanis applicantur. Sic litera *Vau* Ebræa planè repræsentat *uncinum.* Cœterùm nomina literarum Ebraicarum non esse nudius tertius nata vel inde patet, quod nomina literarum Græcarum inde prognata sint. Conf. Sixtinus Amama *de R. L p. 8.*

3. *In quâ literaturâ non dantur literæ finales, eâ sacer Codex non est exaratus.* Namque veteres Ebræi ex insolenti usu finalium mysteria deducunt, uti in *Sanhedr. c. 11. f. 94.* & *Schabbat c. 12.* ex ם clauso *Es. IX. 7.* in voce לםרבה. *Sed in literaturâ Samaritanâ finales peculiares non dantur* E. Conf. Dubia nostra *Cent. 4. L. 8. p. 782.*

4. Ex pertinacissimâ Judæorum indole, qui non passuri videntur, ut Character primitivus sacer permutaretur cum profanô.

5. Ex

5. Ex ſententiæ adverſæ de mutatione characteris originalis debilitate & incertitudine, quæ ſc tandem ultimò reſolvitur in autoritatem Talmudiſtarum, quam tamen nil probare, vel inde conſtat, quod ipſi inter ſe adverſis animis digladiantur, uti oſtendit Clariſſ. Lightfootus *ad Matth. V. 18 p 259.*

Antitheſis non contemnendos agnoſcit patronos ſc. P. Galatinum *l. 1. de Arc. Cath. V.* Bellarminum *l. 2. de V. D. c. 1. & Inſt. Gramm. p. 11.* Ariam Montanum, Sixt. Senenſem *l. 2. Bibl p. 115.* Nic. Serarium, Villalpandum *in Ezech. T. 3.* Blancuccium *Inſtit. Ebr.* Genebrardum *Chronol.* Morinum *Exerc. Sam.* Angelum Roccham á Cam. *Bibl. V. p. 88. 89.* F. Ludovicum S. Franciſci *Glob. Can. & Arc. L. S. c. 1* Joh. D'Eſpeires *Tract. 1. de Bibl. Ebr. dub. 1.* Nieremberg. *de Orig. Scr. l. 4. c. 16. & l. 11. c. 10.* Druſium *ad Ex. c. 36.* Joſ. Scaligerum *Animadv. ad Euſeb. p. 62. & 103. & in Epiſt. ad Thomſonum & Ubertum*, Iſaac. Caſaubonum *Exerc. ad Baron.* Hug. Grotium *Not. ad l. de V. R. C.* Gerh. J. Voſſium *l. 1. de Arte Gramm. c. 9 & 31.* Sam. Bochartum *in Phaleg.* Lud. Capellum *in Arc. Punct. rev.* Caſp.

Waserum *de Nummis l. 2. c. 3.* Barth. Mayerum *Phil. S. P. 1. p. 91. 97. s.* Sixtinum Amamam *Antib. Bibl.* Edw. Brerewodum *de Pond. & Numm. SS. c. 1.* Br. Waltonum *Tr. de Siclis p. 36. 37. & Proleg. 3. n. 29. s. & Diss. de Ling. Or. p. 28. s.* aliosque, quorum rationes in contrarium, huc redeunt: (1) Siclos dari Davidis & Salomonis tempore Charactere Samaritano cusos. (2) Literas modernas sacri Codicis Ebræi à Talmudicis ipsis vocari *Assyriacas* Babyl. *Sanhedr. f. 21. 1.* & *22. 1.* Hieros. *Megilla f. 71. 2.* (3) Literas Ebraicas veteres pervenisse ad Samaritanos, quos sc. Sacerdos Ebræus legem docuerit. *2. Reg. 17. 28.* (4) Literam *Tau* olim habuisse crucis figuram, uti Patres quidam colligunt ex *Ezech. IX. 4.* (5) Chaldaica à Daniele & Esdrâ hodiernô Charactere Ebræo scribi. E. vel alium olim fuisse Characterem Chaldæum, quod probari nequeat, vel esse ipsissimum hodiernum Ebraicum. (6) *Dan. I. 4.* regios adolescentes edoctos dici Literas & Lingvam Chaldæorum, quibus deinde usos probabile sit.

Sed *Resp. ad 1.* Siclos opponi siclis posse, & quidem dari Ebraicos hodiernis

Cha-

Characteribus insignes ipsa Samaritanâ origine antiquiores. Conf. Waserus *de Nummis l.2, c.3.* Hotting. *Diss. de Nummis Orient. Cippis adjecta p.138.s.* Tùm, magnam esse circa siclos imposturam, dum fusi recentiores pro cusis antiquis obtruduntur, notum est. Potuêre tamen Samaritani suis Literis repræsentare inscriptiones nummorum Ebraicas, ut nequidem sit nécesse cum Clariss. Buxtorfio distingvere inter Ebræorum Characteres *Communes* sive *Civiles*, qui iidem fuerint cum Samaritanis illis, & *Sacros* atque *Biblicos* hodiernos. Conf. Buxtorf. *de Antiqv. Lit. p.200.* Resp. *ad 2.* Dici quidem posse, *Assyrias* vocari, non quod Esdras eas ab Assyriis mutuatus sit, sed quod Israëlitis ex Assyria sive Babylone reducibus publici & vulgatioris usus atque juris fieri cœperint, cùm anteà sacris usibus tantùm adhiberentur: sed cùm Talmudistarum verba hanc in rem satis clara videantur, concedimus hanc fuisse quorundam recentiorum Doctorum hypothesin, sed eam falsissimam, ortam forsitan inde, quod exemplaria à Samaritanis scripta in vulgus spargerentur & suspicionem hujusmodi move-

moverent. Sufficit,quòd alii apertè diſſentiant & dicant,Legem eſſe latam ſcripturâ Aſſyriacâ, quæ ſc. vulgò ita dicebatur, quod aſcendiſſet cum reducibus Ebræis ex Aſſyriâ, vel ut alii ex iis dicunt, quod eſſet מאושר *benedicta*. Nil proinde certi è diſcrepantibus Talmudiſtarum ſententiis colligi poterit. Imò cùm plures eorum à noſtris ſtent partibus, eos ſequendos ipſa Judæorum regula evincit יחיד ורבים הלכה כרבים Vid. Buxtorf. *Diß. de Antiqv. Lit. p. 197.* Reſp. *ad 3.* Non ſequi protinus, docuiſſe legem literis Ebraicis, ſed potuit ad eam docendam adhibere literas Samaritanis vel ſolis vel cum vulgo Ebræorum (quæ aliorum ſententia eſt) uſitatas. Vel licet doceret cum lege literas Ebræas, potuêre tamen poſtmodum Samaritani in lege propagandâ uti ſuis literis. Reſp. *ad 4.* Et incertum, per Thau intelligi illic crucis figuram, & eam figuram literæ Thau tùm temporis fuiſſe, & eam hodierni Thau Samaritani eſſe, quamvis Blancuccius aliive τῇ ὑποθέσει δȣλέυοντες ita pingant. *Conf. Dubia noſtra Cent. 4. L. 57. p. 871. ſ.* Reſp. *ad 5.* Diverſum olim fuiſſe Characterem Chaldæum

um ab Ebræo probabile eſt ex *Dan. I. 4.* Syrorum verò Characteres Eſtrangelos (majuſculos ſc. illos initiales & numerales) eſſe veteres atque genuinos Chaldæorum, certò affirmare non auſimus. Id tamen è quibusdam ruderibus & monumentis Chaldaicis Charactere Eſtrangelo ſcriptis, ut & amiciſſimâ conſpiratione harum dialectorum quoad cœteras Grammaticæ partes probabiliter colligi videtur. Abraham Ecchellenſis ipſe Maronita carmina Chaldaica hôc eodem Charactere ceu genuinô passim exprimit, e. c. quod Lexico Wemmerii Æthiopico præmiſit &c. Id quod & nos alicubi imitati ſumus. Cl. Hottingerus quidem *Gramm. Harm.* maluit hîc ἐπέχειν. Cl. Edm. Caſtellus *Harmoniâ Linguarum Lexico præmiſsâ col.* 3. circa finem ait: *Figuram, quæ Ebraica ubique nunc audit, extra dubium eſſe Chaldaicam*, at in *Lexico Hexaglotto col. 178. Eſtrangelo* ipſi eſt Character Chaldaicus. Notum porrô eſt, Habeſſenos & lingvam ſuam Chaldaicam & ſe vocare Chaldæos, quâ de re diximus *Introd. in Orient. p. 33.* iidem verò in ſacris utuntur quandoque Charactere Eſtrangelo teſte Hot-

Hottingero *Thes. Phil. p. 286.* quod si verum est, quod Waserus *Comm. ad Mithridatem Gesneri p. 89.* ex veteri historiâ Ecclesiasticâ refert, colonias multas ex Assyria in Æthiopiam traductas esse, Characterem hunc veterem Chaldæorum unà cum bonâ idiomatis parte ad Habessenos pervenisse credibile est, de quo tamen nil certi definimus. Interim non dubitamus, Chaldaica Sacri Codicis Charactere Ebræo jam antè notô scripta esse, ne populus peregrino charactere turbaretur. Ita hodiè multi peregrinantes discunt lingvam e. g. Turcicam, Russicam & similes, utut literaturæ maneant inscii, & Turcica atque Russica suis deinceps literis describant. Resp. *ad 6.* A pueris illis non valere collectionem ad quosvis alios, neque proinde certum est, omnes Ebræos literaturam Chaldaicam didicisse, neque si didicerint, suam dedidicisse. Cœterùm autoribus, ad quos provocant, opponimus itidem autores non modò Ebræos tàm veteres quàm recentiores, quos videre est ap. Buxtorf. *Diss. de Antiqv. Lit. à p. 171. ad pag. 185.* Sed & Christianos, è quibus nobis ὁμόψηφοι sunt & ex parte præsens

argu-

argumentum fusiùs tractârunt omninò conferendi D. Gerhardus *Exeg. p 129. s.* D. Waltherus *Præf. Gr. art. 2.* Dn. D. Calovius *Crit. S. Diatr. 4. p 92.* Schickardus *Bech. Happ. p. 82. s.* Th. Bangius *Cœl. Orient. Exerc. 3.* Fullerus *Misc. l. 4 c. 4.* Fabritius *Part. Cod. Ebr. p. 5. 6.* Crinesius *Babel. s. de Confus. LL. p. 19.* Dilherrus *Eclog. p. 10. Atr. 20.* Buxtorf. Fil. *Diss. 4. de Lit. Antiqv.* Hotting. *Exerc. Antimor.* Abr. Gibelius *Strigili post. in Inst. Bellarm.* Leusdenius *Phil. Ebr. Disp. 11. & 12.* Matth. Wasmuth. *Vind. Ebr. p. 35. s.* Joh. Lightfootus *Hor. Hebr. in Matth. cap. 5.* & alii.

QVÆST. II.

An Puncta Vocalia hodierna sint coæva literis adeoque divinæ autoritatis?

Resp. Facilè patet non esse quæstionem de vocalibus spectatis ratione formæ suæ internæ sive de naturalibus vocalium sonis, quos literis coëssentiales atque coævos esse nemo negaverit; Sed de certis vocalium signis & figuris, deque iis respectu Sacri Codicis V. T. *An videlicet signa vocalium hodiè in Codice Sacro*

Sacro V.T. præsentia sint profecta ab ipsis autoribus cujusque libri [illegible] *& pari polleant cum literis autoritate?*

Affirmant ζητούμενον atque propugnant Judæi, unico Elia Levita excepto, omnes; è Christianis Theologi nostrates plerique Matth. Flacius *P. 2. Clavis p. 639. seqq.* Chemnitius *Harmon. c. 51.* Havenrefferus *Templo Ezech. p. 170. f.* D. Jac. Martini *de Scripturâ Sacrâ Disp. 12. p. 477. seq.* D. Gerhardus *Exeg. Loc. 1. c. 15. p. 353. seq.* D. Wellerus *3. integris Disp.* Dn. D. Calovius *Crit. Sacr. p. 326. f. & Tom. 1. Syst. de Scripturâ Sacrâ qv. 29. p. 728. f.* D. Waltherus *Disp. Valedict. Jen. & Proleg. Gr. Ebr. Art. 3.* D. Danhawerus *Hodos. Phœn. 1. p. 35. f. Herm. sacr. p. 19. f.* D. Tarnovius *ad Ps. 4. p. 103.* D. Brochmandus *T. 1. Syst. Art. de Scripturâ Sacrâ c. 2. q. 9. p. 29. f.* Dn. D. Olearius *Syst. Univ. Theol. p. 151.* D. Althoferus *Harm. Ev. p. 430.* D. Glassius *Phil. sacr. p. 14. 15. 28. 43. 102. 192.* D. Wasmuth *P. 1. Vindic. Ebr. p. 33. f.* D. Georg. Grashain *Janit. Theol. p. 67.* D. Friedlibius *Medull. Th. de Scripturâ Sacrâ q. 24.* è Reformatis Junius *Animadv. in l. 2. Bell. c. 2.* Alstedius *l. 2. Præcogn. Theol. p. 276. & Encycl.*

Gramm.

Gramm. Ebr. c. 2. r. 8. col. 249. Amandus Polanus *Synt. Theol.* aliive (titubant, Chamierus *Panstr. Cath. Tom. I. l. 12. c. 4.* & Rivetus *Isag. ad SS. c. 8. p. . 05.* qui tamen lectis Buxtorfii scriptis assensus videtur, *Anticrit. B. p. 3. 5.*) Theologis ὁμό...φοι è celebrioribus Philologis Reuchlinus *l. 3. Cabb.* citante Buxtorfio *de Punctis p. 10.* Seb. Münsterus *Præf. in Biblia.* Wilh. Postellus *de Origg. c. 6. & de Hetrur. Orig. p. 113.* Ant. Rudolph. Cevalerius *Rud. Ebr. c. 4. p. 23. & ibic. in Annot.* Petrus Cevalerius; Marcus Marinus Brixianus (qui præ cœteris Pontificiis Eliam deseruit, idcircò notatus à Pinedâ, nisi qvis ipsi Joh. Isaacum Levitam conversum Judæum, masculum veritatis Ebraicæ defensorem contra Lindanum discipulum suum, adjungere velit, qvanqvam & æqvior sit Sixtus Senensis *l. 3. Bibl. 5. p. 168.* & hæsitent Andr. Masius *in Jos. c. 3. v. 16.* & Ang. Roccha à Camerino *Bibl. Vatic. p. 93.*) *Præf. in Arcam Noæ* Buxtorfius *P. Thes. Gr. ed. pr. p. 59. & Tib. Præf. & c. 4-9.* Buxtorf. F. *Tr. de Origine & Antiq. Punctorum*, Hotting. *Thes. Phil. p. 402. s.* Fabritius *Partit. Cod. Ebr. c. 2. p. 5. seqq.* Barth. Majerus

rus *Phil. S. P. 1. p. 21.* Schickardus Ebr. Triechter / *p. 30. seq.* Crinesius *Disc. de Confus. LL. c. 3. p. 32. seqq.* Abr. Gibelius *Strigili Bellarm. Err. 3.* Joh. Lightfootus *Chorogr. c. 81. p. 146.* Dilherrus *Atrio Ling. S. p. 71.* Leusdenius *Phil. Ebr. Diss. 13. seqv. & Spicil. Phil. c. 13. s.* Joh. Balth. Baumbachius *Tr. de Lingv. Orient. Antiqv. Necess. & Utilitate,* Arn. Bootius *Epist. contra Capellum ad Jac. Usserium,* M. Joh. Bohemus *Gramm. Ebr. p. 19. s.* ut omninò nimis præceps (ne gravius quid dicam) Cl. Waltoni vox effugerit ἕρκος ὀδόντων, *vix quemquam se novisse, qui quidem judicium cum eruditiône Hebræa conjunxerit, qui à Cappello dissentiat.* Cœterùm laudati autores in eô ὁμοθυμαδὸν consentiunt omnes, Puncta hodierna Vocalia non esse inventum humanum, sed θεῖόν τι & ex θεοπνοίᾳ, nec ab Exegetâ unquam deserenda; Superest autem quæstio: *Utrum Puncta unà cum ipsis consonis nata atque à Mose & Prophetis libris suis statim adscripta, an verò posteà ab Esdrâ demum inventa & super addita sint?* Prius è Christianis citatis plerique asserunt, è Judæis itidem nonnulli, præ aliis R. Asarias *in Meor. Enajim c. 59.*

Multi

Multi nil certi definiunt, sed optionem & arbitrium lectori relinqvunt, uti Cl. Buxtorfius. Pŏsterius è Christianis nemo tàm apertè prolocutus & defendere conatus est atque Schickardus; è Judæis verò plures istam sententiam, amplectuntur, ita tamen, ut Puncta non simpliciter ab Esdra inventa, sed ad ipsius tempora, cumprimis sacerdotum operá, orali παραδόσει propagata ac tandem in gratiam posteritatis & oblivionis metu ab Esdrâ Textui affixa & sic promulgata dicant. Contrà nostrum ζητούμενον negat & Puncta vocalia nec ab Esdra nec ullo scriptore θεόπνεύστῳ, sed nescio à quibus recentioribus Masoretis Tiberiensibus Post-Talmudianis, sexcentis demum á Christo annis, inventa & addita è Judæis *in Masoret Hammasoret Præf. 3.* Elias Levita Germanus & quidem sine omni è contribulibus duce, auspice, comite, teste, adeoquè sine populi suffragio dixit. Ejus patrocinium in se præ aliis suscepit Lud. Cappellus Professor Ebræus Salmuriensis in libro, cui titulum fecit: *Arcanum Punctationis revelatum*, qui sub Th. Erpenii nomine A. 1624. lucem vidit. In eô verò Cappel-

 lus

lus ab anteambulone suo Elia divortium facit, quod hic Punctationem quidem recens Tiberiensium inventum, non tamen Cabbalâ destitui lectionem modernam juxta Puncta dicat, ille verò Puncta, utpote merum hominum inventum, pro re natâ deseri mutarive posse adserat. A Cappelli sententiâ magno agmine stant Pontificii, tantùm non omnes, idque partim ut Textum Ebræum à Judæis Tiberiensibus corruptum ejusque dimidiam partem additamentum esse evincant, partim scripturam in se obscuram arguant, partim diversos literales sensus è Scripturâ eliciant. Vid. Nic. Lyranus *Postill. ad Hos. 9.* Raymundus Martini *Pug. P. 3. d. 3. c. 19.* P. Galatinus *de A. C. V. l. 1. c. 8. p. 32.* Gord. Huntlæus *Epit. Contr. l. c. 8. 9.* Bellarminus *Instit. Ling. Ebr. & l. 2. de V. D. c. 2.* Genebrardus *Chron. A. 3683. 3690. in Psalt. Præf. ad Lect. & ad Ps. 105.* Torniellus *Annal. Sacr. T. 2. p. 233.* Serarius *in Rabbino priori c. 12.* Pineda *in Salomone prævio l. 5. c. 13.* Bonfrerius *in Gen.* Greg. Tholosanus *l. 12. de Rep. c. 5. sect. 30.* Ad. à Contzen *l. 5. Polit. c. 24.* Joh. Morinus *Exerc. Bibl. p. 199.* Stapleton. *Contr. 5. qu. 3. art. 1.*

Sal-

Salmero Villalpandus, &c. E Reformatis Elias atque Cappellus ὁμοψήφους habent non paucos (qui tamen periculosas illas Pontificiorum consequentias deprecantur) sc. Zwinglium *in Præfat. Complan. in Es.* Calvinum *in Zach. 11.7.9.* Theod. Bezam *in de recta Pronunc. lingvæ Græc. citante Waltono*, Pellicanum *Præf. in Pent.* Joh. Piscatorem *App. quæst. in Pent. de Punctis*, Drusium *de R. L. c. 4. ad LL. diff. Pent. c. 25.* (quamvis alibi timidiùs loquatur) Jos. Scaligerum *Ep. 243. quæ est ad Buxtorfium & alibi*, Erpenium *Præf. in A. P. R. Cappell.* Petr. Martinium *in Technol. p. 53. ad 71.* Mercerum *in Gen. 16. 13. Amos. 2, 12. Eccl. 3. 19.* Hug. Grotium *ad Matth. 5. 18.* P. Cunæum *l. 1. de Republ. Ebr. c. 18.* Gerh. Joh. Vossium *de Arte Gramm. l. 1. c. 31. & l. 2. c. 8.* Isaac. Vossium *Diss. de LXX. & Chron. S. passim*, Lud. de Dieu *Gramm. l. 1. c. 7.* Joh. Rainoldum *in Cens. lect. 92. p. 278.* Joh. Prideaux. Anglum *Lect. de Relig. capp. pag. 390. s.* Brian. Waltonum *Proleg. Bibl. Polygl. 3. p. 23 seqq.* Alexandrum Morum *in Causa DEI p. 70. s.* Sixtinus Amama tamen *de R. L. p. 21.* & alii quidam à nonnullis in partes tracti totum negotium in medio

 relin-

relinqvunt. Denique nec è Nostratibus desunt, qui Puncta recentius inventum & postHieronymi ætatem nata censeant. Non dissimulamus, ita sensisse ipsum Heroa Lutherum *in Gen.36.T 6. Latin.Witt. f. 493. & c.47. fol.634.* Ubi inter alia infit: *Tempore Hieronymi nondum sanè videtur fuisse usus Punctorum, sed absque illis tota Biblia lecta sunt.* Hinc in *Gloss. ad Gen. 38.12.* ait: Puncta können so wohl fehlen als treffen: & *de Schemhamphorasch* circa finem: Es ist das Vortheil da / daß Moses und die Propheten nicht haben mit Puncten geschrieben / welche ein neu Menschen-Fündlein / nach ihrer Zeit auffgebracht / darumb nicht Noth ist dieselbe so steiff zuhalten / als die Jüden gerne wolten / sonderlich wo si dem Neuen Testament zuwieder gebraucht werden. Venerabilem Patrem secutus hic est B. Gesnerus *in Psalmos p.225.* & alibi. Nec alia mens, ut fateamur verum, videtur fuisse B. L. Huttero, cordato Theologo, *Triumph. de Regno Pontificio l. 1. c.6.* ubi inter alia dicit: *Ut ad Puncta ipsa & literarum apices vel accentus articulorum fidei veritatem adstringi patiamur, illud certè tanquam indignæ servitutis jugum, studio*

studio quô possumus maximô, recusamus. Constat enim Punctationem Bibliorum non ejusdem esse antiquitatis cum ipso Textu Ebræo, sed multis seculis posteriorem, &c. Forte hûc referendus & Franzius *de Interpr. Scripturæ Sacræ Orac. 54. circa finem.* Succinunt è Philologis Fagius *Not. ad Targum Gen. 47. 24.* Hackspanius *Not. Bibl. P. 1. p. 175. 348. 528. 609. P. 2. p. 87. 972.* & M. Nic. Oelschlegelius *Tractatu de Punctis contra Flacium.* Nos affirmanti parti accedimus atque secessum facimus ab Eliâ & Cappellô, quem præ aliis solidè refutârunt D. Calovius *in Crit. Sacr. Diatrib. 4. p. 92. s.* & biennio pòst Cl. Buxtorfius *Tr. de Punctorum Vocalium Origine, Antiquitate & Autoritate* & post utrumque Dn. D. Wasmuth, Textûs avthentici defensor acerrimus, *Vind. Hebr. c. 1. s. 3. p. 105. s.* Quorum gazis nostrum addere teruncium quanquam nil opus videatur, lubet tamen mentem nostram expedire per Tres Adsertiones sequentes.

ADSERTIO PRIMA: *Puncta Vocalia hodiè in Textu præsentia non sunt reperta sexcentis demum à Christo annis à Post-Talmudicis Masoretis sive Tiberiensibus sive aliis.*

 Pro-

Probatur, quia 1. Altiſſimum hâc de re (utique poſteritati non ſilendâ) in omnibus Judæorum hiſtoriis & libris eſt ſilentium. 2. Mentio fit Punctorum in libris non modò iſtis Tiberienſibus, ſed ipſo Talmude antiqvioribus Zohar atque Bahir. Et licet de ætate eorum non planè conſtet, inferiores tamen eſſe Tiberienſibus nondum eſt probatum. Conf. Buxtorf. *Bibl. Rabb. p.320. 336. & Abbrev. p. 190. ſ.* 3. Exemplaria dantur vetuſtiſſima Biblica Punctata, cumprimis celebre Hillelianum. 4. Annotationes Maſoreticæ verſantur ex parte circa vocalium & accentum jam tum extantium vel præſentium irregularitatem. 5. Accedit catholicus omnium omninò Judæorum ab Elia diſſenſus. Conf. Buxtorf. *de Punct. P. 2. c. 3. & 4.*

Adsertio Secunda: *Puncta hodierna ab autoribus* θεοπνεύστοις *ſunt profecta.*

Probatur 1. *Sine quô Scriptura neque integra neque certa exhibetur, ſine eô à Sp. S. non eſt exarata.* Quoniam ſic periclitaretur Scripturæ Sacræ perfectio & certitudo tantoperè ab ipſo autore Scripturæ Sacræ deprædicata *Prov. VIII. 8. Pſ. XIX. 9. Pſ. CXIX. 105. 2. Tim. III. 15 ſ. 2. Petr.*

2. *Petr.* I. 19. *Atqui ſine Vocalibus Scriptura Sacra neque integra neque certa exhibetur. E.* Non *integra* quia deeſſet altera eſſentialis ſcriptionis pars, nec viva DEI vox eſſet ad plenum repræſentata, cum tamen DEUS eadem, quæ dixit, κατὰ ῥητὸν & plenè ſcribi quoque voluerit. Nec *certa*, quia vox ſine Punctis vocalibus ſcripta non modò extra ſed & intra contextum ſenſum fundit ambiguum. Sic *Gen. XLVII ult.* abſentibus Punctis nemo oſtendere poteſt, num ſit legendum הַמִּטָּה *lectus*, an הַמַּטֶּה *baculus*. Sic *Exod. XVII. v.* 14. num ſit legendum זָכָר *maſculus*, an verò זֵכֶר *memoria Amalec.* Neque ſatis pio homini facit exceptiuncula de ſenſu *ex connexione antecedentium & conſequentium* demonſtrabili. Nam ubi ex συναφεία ſenſus inveſtigari debet, opus eſt ut de ſenſu antecedentium & conſequentium priùs certò conſtet, aliàs obſcurum declarandum eſſet per æquè obſcurum. Ubi verò nulla in univerſo textu vox punctata eſt, nonne omnes æquè ſunt ambiguæ?

Nec obſtat, legi tamen Rabbinorum Commentaria omnibus planè Punctis denudata. Nam 1. Non eſt capitale hîc errare, neque noſtra ſalus inde de-

pendet. 2. Plura hìc adſunt ſubſidia & adminicula. Præſupponitur analogia lingvæ è literis punctatis & per crebra exercitia jam acquiſita. Stylus & modus tractandi longè alius eſt in Codice, ac in Scriptis Rabbinicis, id quod vel inde patet, quod Judæi ſcripta Rabbinica, quantumvis Punctis orba, utcunque intelligunt, contrà in expoſitione Sacri textûs quamvis omni Punctorum & Accentuum apparatu inſtructi variis modis diffident, ita ut alicubi planè non habeant, ubi pedem figant. In paſſibus porrò ambiguis ſubveniunt in Rabbinorum libris *matres lectionis*, quæ in ſacrô Codice ſæpè abſunt. Ita quis non monitus vocem ויתנה legat ויתנה? quis ויצאהו punctet facilè ויצאהו? quis pro והיה legat והיה? quis aſſequatur ſexcenta ſimilia paſſim obvia? Neque eſt ut dicas, olim in Sacro Codice Punctis adhuc carente adfuiſſe *matres lectionis* ſ. literas quieſcentes אוי vocalium vices explentes. Sed vel plures adfuerunt olim, vel totidem atqve hodiè: Si totidem, vera lectio alicubi ſine Punctis planè fuit impoſſibilis; ſi plures, probetur! & quot quæſo ſic periiſſent ex lege יורים, ex quo

quotamen ἰῶτα ἓν perire haud debebat. 3. Leguntur quidem Rabbinorum scripta, at non citra omne erroris periculum. Non paucos neque leves lapsus Christianorum, qui in hôc genere excelluêre sc. *Scaligeri*, *Kircheri*, *Slevogti*, *Schickardi*, *L' Empereur*, *Vorstii &c.* notavit (quanquam cum quadam animi impotentiâ) Joh. Steph. Rittangelius Parænesi suâ præmissâ Collectis Novi anni à se Germanicè editis. Ipse Cappellus per plures annos Ebræus Professor à Buxtorfiô castigatus & convictus est, quod in præmeditatâ etiam Rabbinicorum versione nec semel nec leviter impegerit. Cespitationem quandam non levem in Clarissimo Hulsio notavit Vir in hâc literaturâ summus D. Wagenseil *in Sota p. 255*. Imò Judæi ipsi contribules suos non satis dextrè semper capiunt. Non itaque datur hîc ista certitudo ab inexpertis æquè atque expertis jactata. Et nititur utplurimùm Rabbinica lectio non necessariâ quadam apodixi, sed probabili εὐστοχίᾳ hominis non modò exercitati, sed & ἀγχινοίᾳ pollentis. Unde patet *à lectione Rabbinicorum non punctatorum* cœteris paribus *possi-*

bili, non valere collectionem ad *lectionem Bibliorum abstractis omnibus Punctis* & sequestratis omnibus memoratis subsidiis, *infallibilem*. Tantundem efficit exceptio de Scriptis Syrorum, Arabum, Turcarum & Persarum non punctatis; nam Arabica, Turcica & Persica abstractis vocalibus (quas non nisi tres easque raro mutabiles agnoscunt) multò faciliùs legi posse quàm Ebraica, experti nobis facilè concedent, quanquam & istic analogia ex libris omni apparatu vocalium & notarum orthographicarum perfectè instructis jam satis cognita supponatur. (Quanquam & hîc proni ad lapsum fuerint magni viri, quod de Kirchero & Gvadognolo *Bibl. p. 273. & 315. & Præf. Lex. Heptagl.* Hottingerus, de Erpenio Pokokius *ad Abulf. P. 1. p. 350.* aliique ostendere) Cœterùm in *Syriasmo* suppetias insignes ferunt Puncta diacritica, adeò ut iis præsentibus Grammaticæ mediocriter gnarus Punctis vocalibus æquo animo carere possit; Licet Hottingerus *Præf. Lex. Heptagl.* etiam ipsi Abr. Ecchellensi Maronitæ nonnunquam hæsisse aquam ostendat. Conf. de iis L. de Dieu *Gr. LL. O. l. 1. c. 6. p. 36-39.*

2. Quod

2. *Quod Christus non transiturum dicit, id ad vocum essentiam semper specta-vit. Sed Vocales &c. Matth. V. 18. E:* Negant verò Salvatorem per κεραίαν respicere *vocales*. Quid ergò? Num fortè *cornicula* sive galeros vel coronulas, quas Judæi nonnullis literis appingunt? quæ mens est Cappelli *Spicil. ad Matth. V.* & Cl. Leusdenii *Phil. Ebr. Disp. 8. p. 61. edit. pr.* quasi verò Christus laborarit de somniculosis istis Judæorum commentis, quæ sensum nec pleniorem, neque certiorem neque meliorem reddunt. An verò *lineas* literarum secundum *Lud. de Dieu Animadv. ad Matt. c. 5.* Dilherrum *Eclog. p. 5.* quasi verò manentibus literis non maneant etiam earundem lineæ è quibus constant: an denique prominentes *apiculos*, quò inclinat Drusius, apud Polum *ad locum Matthæi*: Verùm vel innuit *apiculos accidentales*, qui salvo ductu essentiali literarum iis appingi possunt vel non possunt, & sic Salvatoris mentem non asseqvuntur; vel (quod credo) *apices essentiales* seu differentias formales literarum, quos verò manentibus literis aboleri non posse constat. Itaque ἡ κεραία tale quid notat,

quod

quod ad integritatem textûs ſpectat & tamen non eſt litera, ſc. *Vocalis*, ut rectè judicant D. Calovius *Crit. Sacr. p. 115.* Gerhardus *Exeg. L. Scripturâ de Sacrâ p. 355.* Althoferus *Harm. Evang. p. 430.* Buxtorfius *de Antiqv. Punct. p. 435.* quod & disjunctiva ἢ comprobare videtur. Cœterùm κεραία non modò notare *apicem* ſed & *lineolam* vel סרטוטא *inciſuram*, ut Syrus reddidit, ipſe Lud. de Dieu ex Heſychio & alii ex aliis probant.

Assertio Tertia: *Puncta Vocalia non ſunt reperta primitùs & addita ab Esdrâ, ſed à libri cujusvis canonici Autore* θεοπνεύςῳ.

Probatur 1. Si dicamus Esdram inveniſſe Puncta vocalia, imponemus nobis onus probandi id, quod è Scripturâ Sacrâ nec κατὰ ῥητὸν nec per pronam conſequentiam probari poteſt. 2. Ut ut antagoniſtæ concedant, Esdram reperiſſe Puncta, in proclivi tamen erit ambigere, utrum id fecerit proprio quodam pio inſtituto, an verò divino afflatu, inſtinctu & juſſu; unde negarent fuiſſe eum in punctando ubique ἀναμάρτητον. 3. Et ante ejus tempora μέσον veræ lectionis & ἑρμηνείας neceſſarium erat præſentia no-

tarum

tarum Vocalium. Ut ut enim adessent Sacerdotes & Levitæ, quos consulerent in dubiis, illi ipsi tamen de verâ lectione certi & securi esse debebant, qvod citra Vocalium subsidium fieri non poterat. Certè sic sequetur, monumenta Scripturæ Sacræ ambigua, obscura & imperfecta â primis autoribus esse tradita, quæ demum per viros Synagogæ magnæ ab incertitudinis, ambiguitatis & obscuritatis periculo liberata sint & perfectionem suam acceperint: quod absurdum ut effugiamus, præstat omninò Puncta Sacris literis addita ad ipsos librorum autores referre.

Cœterùm, quæ hîc in contrarium afferri solent, non licet excutere omnia, lubet tamen delibare tria, quæ præcipua videntur. 1. Quod nec in Talmude Punctorum fiat mentio, nec compareat LXX. Paraphrastas Chaldæos atque Hieronymum punctatis Codicibus usos esse. 2. Quod Volumen legis in Synagogis Judaicis absque punctis asservetur, imò Punctatum pro profano habeatur. 3. Quod Keri & Ketif circa solas literas & non etiam circa vocales detur. *Resp. ad* 1. Nullam esse consequentiam.

LXX

LXX. & Chaldæi ſive nimium memoriæ, peritiæ & ἀγχινοία ſuæ confidentes ſive communi Judæorum allegoriſandi mori, abſtractis ſtudiò Punctis, litantes poterant uti exemplari non punctato. Poterant alicubi caligare & labi (nam homines erant) etiamſi uterentur punctatô codice: alii παρερμηνειῶν fontes aperiri poſſunt & de ſenſu diverſum à noſtris Lexicis ſentire etiam abſentibus poterant Punctis. Hieronymus itidem incidere poterat in non punctatum codicem. Nec enim omnes neceſſariò punctis inſtructi erant: quin Punctatorum tùm ob ſermonis familiaritatem, tùm ob ſcriptionis difficultatem atque moleſtiam ante inventam Typographiam maxima erat raritas, ita ut ferè exemplaria publica ſaltem in archivis Synagogarum vel apud Sacerdotes aſſervata, Punctata eſſent. Sic neque mirum, quod Talmudici Punctorum non faciant mentionem, nam verſabantur in explicandis capitibus fidei, ritibus & juribus gentis ſuæ, non in argumento Grammatico. Itaque ex his omnibus non conficitur, tempore τῶν Paraphraſtarum Chald. Talmudiſtarum & Hieronymi

nymi nullum Punctatum Codicem in rerum naturâ fuisse. At falsum quoque antecedens est. Quod in specie ad LXX. lis est sub judice pendens, num ea, quæ superat illoque nomine venditatur versio, reverâ ipsorum sit, quâ de re suô locô. Talmudistas verò Punctatum habuisse Codicem vel inde constat, quod nullum locum alio sensu ceperint, atque hodierna fert punctatio. Tum frequentantur Punctorum nomina in libris Talmude antiquioribus Zohar & Bahir. Quin & in ipsô Talmude τῶν טעמים non una mentio. Et constantissima est Ebræorum relatio, vetustissima exemplaria Mischnarum Talmudicarum fuisse Punctis & Accentibus perfectè instructa. Denique Hieronymum Ebræorum Puncta Vocalia agnovisse (ut ut ea fortè in Codice suô non habuerit) manifestum est. Probârunt id tam disertè Buxtorfius *de Punctis P. 1. c. 11.* & Glassius *Phil. S. p. 28. f.* Ut contradictioni ampliùs haud videatur esse locus. Sufficiant nobis ex Hieronymo ista: *l. 8. Comm. in Ez. 27. tom. 5. p. 212. Frequenter* ait, *Hebræa nomina pro diversitate Accentuum & mutatione Literarum Vocalium.*

caliumque, vel maximè, quæ apud illos habent proprietates suas, variè interpretantur. Quæst. in Gen. c. 47. ult. *Hoc loco quidem frustrà simulant, adorâsse Jacob summitatem Sceptri Joseph, quod videlicet honorans filium, potestatem ejus adoraverit, cùm in Hebræo multò aliter legatur: Et adoravit Israël ad caput lecti.* At absentibus Punctis cur in Ebræo magis habeatur הַמִּטָּה quàm הַמַּטֶּה *Ad 2.* Morem istum & alias agnoscere rationes & esse recentiorem, & ab eô demum tempore introductum, ex quô Cabalæ & allegorisandi Scripturamq; S. in varios sensus deducendi & detorquendi invaluit studiū. Id prodit ipse R. Bechai *in Sect.* בהעלותך *f. 162. c. 3. Literæ, quando non sunt punctatæ, varios admittunt sensus & in varias dividuntur scintillas. Et hâc de causa jussi sumus* (certè non à Mose & Prophetis, sed ab aliis, quibus haud absurdum erat plures literales ejusdem loci admittere sensus) *non punctare librum legis, quia uniuscujusque vocis sensus literalis est secundum punctationem, nec nisi unicum vox punctata admittit sensum: Voce verò non punctatâ potest homo intelligere & adinvenire multos, eosque admirandos*

sensus,

& eximios ſenſus. Et hæc quoq; juxta Cl. Buxtorf.*l.c.p.50.* cauſa reddi poteſt, quod cùm Volumen illud Sacrum Legis ad extremum usque apicem debeat eſſe correctum & emendatum, difficile autem & tantum non impoſſibile ſit, in adſcribendis omnibus apiculis ſcribam non alicubi errare, quô factô volumen ſtatim profanum ex ipſorum hypotheſi foret, adeoque nullum volumen כשר ſive *legitimum* dari poſſit, ſtatuerint Volumen Legis, cùm non niſi Sacerdotes & Levitæ in eo legant, unde non tanta eſt punctationis neceſſitas, ſine Punctis exarandum eſſe. *Ad 3.* Cùm vulgaria Sacri Codicis exemplaria compendii & fugiendi tædii cauſa plerumq; carerent Punctis, errorem ad vocales tàm facilè pertingere non potuiſſe. Nec denique B. Lutheri autoritas hîc quenquam moveat: Aliter judicaſſet beatiſſima anima, ſi ipſius tempeſtate periculoſiſſima ſententiæ Cappellianæ conſectaria fuiſſent notoria. Itaque amicus Lutherus, amicus Philippus, ſed magis amica veritas. Cœtera plenô horreo admetientur triumviri ſuprà laudati.

Quæst. III.

An Accentus sive notæ tacticæ Ebræi textus sint literis coævæ & divinæ autoritatis?

Resp. Accentuum ratio multis seculis à plerisque vel ignorata penitùs vel non satis intellecta fuit. Nec, quæ seriùs vel ab Ebræis, autore שער הנגינות, R. Calonymo *App. ad Gramm. Balmesii de Accentibus*, Eliâ Levita *in* טוב טעם, R. Juda Ben. Bilham *in* טעמי המקרא; vel à Christianis, Reuchlino & Seb. Münstero *L. de Accentibus*, Val. Schindlero *Gramm. l. 4. de Prosodia*, Aug. Seb. Nouzeno *L. de Lit. Vocum & Accent. Ebr. naturâ*, Avenariô *Gr. P. 2. p. 344. f.* Fr. Junio *Gr. l 4.* Christ. Helvico *Gramm P. 4.* Joh. Buxtorfio *Thes. l. 1. c. 5.* Nic. Petræo *de Regibus, Ducibus & Ministris Ebræorum sive de Accentibus*, Is. Gronbeccio *Inst. Accentuum*, Abr. Gibelio *Artif. Accentuum* aliisve allata sunt, omnibus faciunt satis. Ebræorum enim libri à Christianis vel infeliciùs vel certè timidiùs versantur: cæterorum conatibus non pauca deesse videbantur. Penitiùs Accentuationis arcanum inspexit

ſpexit Cl. Sam. Bohlius, ut teſtantur ejus *Tabulæ 8.9.10.11.12 13. Diſp. de Accentibus* & α κδοτ *Apodixis Accentuaria* aliaque fortè nobis ignota. Praxin verò feliciter oſtendit Vir verè Auguſtus Dn. D. Varenius, doctiſſimis ſuis Diſſertationibus Biblicis. Succeſſit M. Caſparus Ledebuhrius ediditque שלשלת המקרא *Catenam Scripturæ Sacræ ſ.* de ratione Accentuum. Hunc exceperunt alii, è quibus omnibus noſtro judicio palmam præripuit & nihil in hoc doctrinæ genere intactum reliquit Cl. Dn. D. Waſmuth *Inſtit. methodicâ Accentuationis*, ejusque ductum ſecuti Cl. Phil. Lud. Hanekenius *Eruditione de Accentibus* & nuperrimè omnium Clamerus Florinus *Doctr. de Accent. divinâ*. Hic verò, ut hoc velut obiter addamus, ſuâ verſuum anatome in *ſectiones*, *membra* & *ſubmembra*, *artus* & *ſubartus*, *portiones* & *ſubportiones*, *fruſtula* & *ſubfruſtula*, *ſcrupulos* denique & *atomos*, ſic & *ſignaculis bicruciariis*, *cruciariis cipporiis*, *unciariis*, *aſſulariis*, plures huic doctrinæ anfractus induxiſſe videtur: Judicent cordati. At verò hæc omnia eô jam animô recenſuimus, ut innueremus,

mus, magna inde ap. multos præjudicia Accentibus Scripturæ Sacræ conflata esse, quod eorum usus fugeret plerosque. Vindicias autem luculentas in hunc finem paravit Vir Cl. D. D. Wasmuth *P. 1. Vind. Scripturæ Sacræ p. 150. s. P. 2. p. 220. s.* Nos breviores ducemus lineas & affirmativæ probandæ duo saltem argumenta in medium proferemus I. *Sine quô contextus Ebræus esset obscurus & ambiguus inque varios sensus flexilis, sine eô non est à Sp. S. exaratus:* quod evincit Scripturæ Sacræ certitudo & perspicuitas. *Sed sine Accentibus &c. E.* Minor negari nequit, cùm enim sine interpunctione Sermo Latinus evadat ambignus (e. g. *Regem occidere nolite timere bonum est,* quæ pro diversâ distingvendi ratione vel hunc sensum habere possunt: *Regem occidere nolite, timere bonum est;* vel istum contrarium: *Regem occidere nolite timere, bonum est*) id multò magis concedendum erit de Ebræô, qui non uno nomine amphiboliis magis obnoxius videtur. 2. *Quicquid causa est mutationis vel præsentiæ certarum vocalium, illud vel vocalibus præsentibus ratione temporis coëxtitit, vel aliquas vocales successu*

cessu temporis mutavit. Sed Accentus certi sunt causa mutationis vel præsentiæ certarum vocalium, ut patet ex Regulâ nostrâ decimâ generali *Method.Ebr.§.71.E.* Falsum autem est posterius, nondum enim probatum vocalibus ullam mutationem accidisse, E. verum prius.

Antithesis eorum est, qui vel Accentus unà cum vocalibus vilipendunt, vel non satis capiunt, quibus satisfecêre iidem, qui hostibus vocalium. Nos hâc vice elidemus decem ratiunculas Helmontii, quibus *Delin. Alphabeti Naturalis Ebr. p.101.* probare conatur, Accentus ap. Antiquos in usu non fuisse.

1. *Accentus redduntur ipsi suspecti ob copiam suam, cùm adhuc sub judice lis sit, quantus sit eorum numerus. Cùm enim cæteræ linguæ quàm paucissimis Accentibus tàm tonicis quàm distinctivis sint contentæ, Ebræi verò in aliis brevitatis studiosi: præsertim tot ministris opus haud esse* censet, *cùm ex Accentuum absentiâ facilè patere queat non esse subsistendum sed pergendum.* Resp. Primò eodem argumento ego conficerem, pluralẽ fractum & conjugationes plerasque Arabum esse recentius otiosorum hominum inventum,

 tum,

mus, magna inde ap. multos præjudicia Accentibus Scripturæ Sacræ conflata esse, quod eorum usus fugeret plerosque. Vindicias autem luculentas in hunc finem paravit Vir Cl. D. D. Wasmuth *P. 1. Vind. Scripturæ Sacræ p. 150. s. P. 2. p. 220. s.* Nos breviores ducemus lineas & affirmativæ probandæ duo saltem argumenta in medium proferemus 1. *Sine quô contextus Ebræus esset obscurus & ambiguus inque varios sensus flexilis, sine eô non est à Sp. S. exaratus*: quod evincit Scripturæ Sacræ certitudo & perspicuitas. *Sed sine Accentibus &c. E.* Minor negari nequit, cùm enim sine interpunctione Sermo Latinus evadat ambignus (e. g. *Regem occidere nolite timere bonum est*, quæ pro diversâ distingvendi ratione vel hunc sensum habere possunt: *Regem occidere nolite, timere bonum est*; vel istum contrarium: *Regem occidere nolite timere, bonum est*) id multò magis concedendum erit de Ebræô, qui non uno nomine amphiboliis magis obnoxius videtur. 2. *Quicquid causa est mutationis vel præsentiæ certarum vocalium illud vel vocalibus præsentibus ratione temporis coëxtitit, vel aliquas vocales successu*

cessu temporis mutavit. Sed Accentus certi sunt causa mutationis vel præsentiæ certarum vocalium, ut patet ex Regulâ nostrâ decimâ generali *Method. Ebr.* §. 71. *E.* Falsum autem est posterius, nondum enim probatum vocalibus ullam mutationem accidisse, E. verum prius.

Antithesis eorum est, qui vel Accentus unà cum vocalibus vilipendunt, vel non satis capiunt, quibus satisfecêre iidem, qui hostibus vocalium. Nos hâc vice elidemus decem ratiunculas Helmontii, quibus *Delin. Alphabeti Naturalis Ebr. p.* 101. probare conatur, Accentus ap. Antiquos in usu non fuisse.

1. *Accentus redduntur ipsi suspecti ob copiam suam, cùm adhuc sub judice lis sit, quantus sit eorum numerus. Cùm enim cæteræ linguæ quàm paucissimis Accentibus tàm tonicis quàm distinctivis sint contentæ, Ebræi verò in aliis brevitatis studiosi: præsertim tot ministris opus haud esse* censet, *cùm ex Accentuum absentiâ facilè patere queat non esse subsistendum sed pergendum.* Resp. Primò eodem argumento ego conficerem, pluralẽ fractum & conjugationes plerasque Arabum esse recentius otiosorum hominum inven-

tum, quod ſcil. ſuſpectum reddat ipſa copia Formarum &c. cùm aliæ lingvæ paucioribus ſint contentæ. Deinde copiam Accentuum facilè excuſat peculiaris tùm lingvæ tùm Scripturæ Sacræ ratio, cùm & illa & hæc accuratiſſimam diſtinctionem & curioſiorem præſervationem ab omni ambiguitate requirat. Nullum fruſtrà adhiberi probârunt ii, qui Accentuum doctrinam penitiùs inſpexêrunt & tradidêrunt. Neque ſine causâ Miniſtri ſive ſigna conjunctiva ſensûs adhibentur, tùm majoris evidentiæ causâ, tùm ut ex peculiari Miniſtrô de abſente certas ob cauſas Dominô judicari queat, quæ verò Helmontius ejusque ſimiles vix capere videntur. Conf. D. Waſmuth. *l. c. p. 335.*

2. *Si antiquis Ebræis in more poſitum fuiſſet talia acumulare ſigna, proculdubio ſigna interrogationis, admirationis, interjectionum, parentheſeon & ſimilia non omiſſent, quum verò tàm neceſſaria adhibita haud ſint, probabile nulla adhibita fuiſſe.* Reſp. N. V. C. Pari ratione inferrem de recentioribus Ebræis, quicunq; demum fuerint Accentuū inventores: quoniam videlicet illa ſigna non invenerunt, planè nulla

nulla inveniſſe. Cœterùm *interrogatio* non poſtulat neceſſariò peculiare ſignum, cùm eam ordinaria particula ה vel συνάφεια facilè prodat. Tantundem habendum de *admiratione*. De indiciô Ebræô *parentheſeon* conſulendus eſt D. Waſmuth. *Inſtit. Accent. Reg.* 2. *p.* 65.

3. *Si quid ejusmodi antiquis notum fuiſſet, procul dubio aliquod etiam horum veſtigium in literaturâ Samaritanorum occurreret.* Reſp. N. V. C. Idem alius, ſed fruſtrà, de Vocalibus oggereret: Quaſi Samaritanis cum Ebræis tantis ſc. amicis omnia fuerint communia!

4. *Etiam illæ Linguæ, quæ ab Ebræis ſuas literas acceperunt, Græca ſc. & Latina, cum iisdem ſimul Accentus accepiſſent, ſi tùm temporis in uſu fuiſſent. Imò N.T. Græcum priſcis temporibus Accentibus & diſtinctionibus omnibus caruit.* Reſp. N. V. C. Demus Græcorum literas ex Ebræis ortas eſſe, quod tamen de nominibus potiùs quàm figuris conceſſerim, (quas immediatè è literis Phœnicum deducere ſolent, quam litem meam non facio) non illicò conficitur, eos etiam ab Ebræis accepiſſe ſimul Vocalium & Accentuum notas, aut nullas tum temporis

fuiſſe. Quod in N. T. olim nullæ planè fuerint interſtinctiones (de accentibus tonicis & ſpiritibus ut & minorum diſtinctionum ſignis nunc ſermo non eſt) vel interſtitia ſpatiorum orationis, nondum ſatis probavit Helmontius, qui *ἀυτόγραφα* fortè nunquam luſtravit. Interim alius lingvæ Ebraicæ & Græcæ genius eſt, & abſentia tot diſtinctionum hîc penſatur multitudine terminationum, caſuum imprimis, modorum & temporum, adminiculô egregiô ad faciliùs eruendum ſenſum, adde majorem evidentiam & lucem rerum atque modi revelationis in N. T. Et quicquid tandem ſit: *Si placuit Domino, dicere plura nefas.* Conf. D. Waſmuthus *l. c. p. 343. ſ.*

5. *Lingvæ Ebrææ affinis Chaldaica, Arabica & Syra tales Accentus non habent neque quicquam iis analogon.* Reſp. N. V. C. Neque Arabiſmus aut Syriaſmus tot vocales habet: neque Chaldaiſmus & Syriaſmus tot conjugationes, quid inde? Habent tamen ſuas diſtinctiones ſuis lingvis proportionatas & Arabes & Syri. Hi comma deſignant unico puncto, ſemicolon duobus ad ſiniſtram inflexis, colon duobus ad dextram, ſignum interrogan-

rogandi tribus ad ſiniſtram inclinatis, parentheſin duobus punctis ſolitariis in principio & fine orationis interceptæ locandis, punctum ſeu periodum quatuor punctis in rhombum ſive quadratum diſpoſitis. De Arabicis Conf. Erpenius *Gramm. l. 1. c. 1. p. 11.* Quod verò Sp. S. majorem curam adhibere voluerit circa Sacra monumenta, mirum non eſt. Neque enim contendimus omnem Accentuum apparatum in omnibus ſcriptis Ebræorum vulgò promiſcuè adhiberi ſolitum. Cæterùm non modò Chaldaica Scripturæ Sacræ ſed & Targum Onkeloſi eosdem habet ſubſcriptos Accentus quos libri Ebræi, ita ut *Targum ſub iisdem Accentibus*, dicente Schickardo *Bech. Happ. p. 23. inſtar ipſius avthenticæ Legis decantari poſſit, niſi ubi interdum plura liberioris paraphraſeôs verba vinculis Makkeph unita longioris melodiæ ambitu ſonanda ſunt eâdem quaſi chordâ aliquandiu oberrandum.*

6. In *Talmude non tàm altum eſſet de Accentibus ſilentium, ſi tum fuiſſent.* Reſp. N. V. C. Non verſabantur propriè in argumento Grammatico. Quin falſum nullum fieri in Talmude Accentuum

mentionem, quâ de re adeundus Buxtorf. *de Antiqv. Punct. p. 80. s.*

7. *Cùm in hujusmodi minutiis variare quàm maximè soleant lectiones, aliquod horum exemplum etiam in* Keri *&* Ketibh *occurreret, quod tamen non fit.* Resp. N. V. C. Idem omninò hîc habendum quod de vocalibus suprà monitum est. Conf. Buxtorf. *de Punct. P. 1. c. 8. p. 113.*

8. *Doctissimi Patres, quales Origenes & Hieronymus, Ebraicæ lingvæ peritissimi, aliquam eorum habuissent notitiam.* Resp. N. V. C. Potuerunt habere exemplar Accentibus non instructum, quod hujusmodi essent rariora. Accedit huc, quod Judæi ipsi, à quibus illi Ebraismum didicerunt, rarissimè intimam Accentuum rationem perspectam habent. Conf. interim Buxtorf. *de Punct. P. 1. l. c. 11. p. 143.*

9. *Quia Judæi gloriam suæ gentis ubique quàm avidissimè quærunt, fieri non posset, ut aliquis ex ipsorum Doctoribus opinionem de novitate Accentuum foveret, nisi à veritate compulsus, cujus rei exemplum tamen in Levita extat.* Resp. Idem valeret non de vocalibus tantùm, sed & de literis ipsis. Quasi à φιλονεικίᾳ nullus omninò

omninò abripi Judæus vel degenerare potuerit, qui eô ipsô, dum omnibus aliis contradixit, singularem gloriam nominis aucupatus est.

10. *Judæi non tàm sacrosanctum haberent exemplar Pentateuchi sui, in quô nullus Accentus occurrit.* Resp. Id fit ob causas alias, de quibus supra circa Vocales diximus. Faciliùs proinde Helmontius *surdis natis* instillaverit sermonem, ut *non alios saltem loquentes intelligant, sed & ipsi ad sermonis usum perveniant*, quod istô suô libellô intendit; quàm ut istis quidem decem ratiunculis nobis persvadeat, Accentus recens & supervacaneum esse inventum.

QVÆST. IV.

Num Textus Ebræus V.T. plurimis in locis Judæorum malitiâ sit corruptus?

Negamus, Judæos Sacrum Codicem corrumpere vel voluisse vel potuisse. *Non voluisse* evincit 1. stupenda ipsorum diligentia & ferè superstitiosa religio in conservatione Scripturæ Sacræ, quâ libros, versus, voces, literas denique ipsas in numerato habere conati sunt, uti Ma-

foræ

foræ reliquiæ teſtantur. 2. Si Judæi falſarii criminis rei fuiſſent, Chriſtus & Apoſtoli nos ad eorum canonem citra omnem cautionem non amandaſſent *Matth. XXIII. 2. 3. Joh. V. 39. Rom. III. 2. &c.* Imò potiùs apertam dicam hôc nomine ipſis ſcripſiſſent, quod verò nunquam factum. Undè patet, fruſtrà Judæos hîc gravari, quos Auguſtinus rectè vocat *gentem Chriſtianorum Scrinianiariam, bajulantem Legem & Prophetas, in teſtimonium aſſertionis Eccleſiæ*, contra Fauſt. Manich. l. 12. c. 13. Et in Pſalm. 40. *Nobis*, inquit, *ſerviunt Judæi, tanquam Capſarii noſtri ſunt, ſtudentibus nobis codices portant.* Denique in Pſalm. 56. *Librarii noſtri facti ſunt, quomodo ſolent ſervi poſt Dominos codices ferre, ut illi portando deficiant, illi legendo proficiant.* *Non potuiſſe* ſvadet 1. Ἀκοίμητος DEI oculus & providentia *Matth. V. 8.* Neque 2. Id permiſit exemplarium in omnem ferè terrarum orbem ſparſorum multitudo. 3. Si Textus à Judæis corruptus eſt, id vel factum *ante* Chriſti incarnationem, vel *poſt*: Non *ante*, Chriſtus enim & Apoſtoli tantum facinus non reticuiſſent neque incautos ad

Codi-

Codicem Ebræum nos remisissent. Non *post*, nam falsassent vel sustulissent præ omnibus vaticinia de Christo suis hypothesibus contraria, in quibus in hodiernum usque diem mirè se torquent.

Fasò proinde hujus criminis eos insimulant Muhammed *Surata 3, 4. & 5.* Pontificii & Sociniani plerique: Quorum rationes palmariæ huc redeunt, quod urgent. 1. Varias lectiones Masoreticas sive *Keri* & *Ketibh*, 2. *Pisca*, *Ittur* & *Tikkun Sopherim*, 3. Loca nonnulla in specie, è quibus præcipuus est Ps. XXII. 17. ubi censent Judæos subdolè erasisse כָּרוּ *foderunt*, quod stigmata clavorum C. tàm clarè innui cernerent, & substituisse כָּאֲרִי *sicut leo*, sensu vel nullo vel inepto.

Sed Resp. *ad 1.* Masoretarum institutum haud fuisse per sua קריין sive *lectiones marginales* corrigere vel corrumpere Textum, sed aliam notare lectionem in aliis Codicibus repertam, uti infra suô locô de Masorâ dicetur. Resp. *ad 2.* Neque ex פסקא, neque ex עטור nec ex תקו סופרים sequi malevolam corruptionem Textûs sacri. Quod enim ad פסקא i.e. quòd Masoretæ in 25. locis notâ-

notârunt *Pausam in medio versus*, ut Gen. IV. 8. ubi dicitur: *Et dixit Kain ad Abel fratrem suum*, neque subjicitur, quid dixerit? eô innuere voluerunt non *lacunam in Textu*, uti inferunt C. à Lap. Joh. Morinus, Lud. Cappellus, Hugo Grotius & alii, sed *Ellipsin in sensu*, adeoque hâc suâ annotatione cavere voluere, ne quis Textui ipsi defectum imputaret, qui nullus sit, sed incautis videri queat. Conf. de loco Geneseos *Dubia nostra Cent. 1 L 13 p. 45. f.* & de cœteris פסקין sive Pausis Masoreticis Buxtorfius *Tiber. P. 2. c. 11.* Quod 2. ad *Ittur Sopherim* sive quinque loca *Gen. XVIII 5. c. XXIV. 55. Num. XII 14. Ps. XXXVI. 7. Ps. LXVIII. 26.* quæ *Ablatio scribarum* dicuntur, in illis *scribæ* i.e. Esdras cum collegis abstulerunt vel potiùs non legendum aut ad Textum spectare monuerunt literam *Vau*, quam vulgus majoris perspicuitatis gratiâ adjecerat, unde tamen præter rem & rationem Masoretæ sacrilegii postulantur, cùm nil ad Textum spectans abstulerint, sed aliquid ad eundem non spectans frustrà & temerè addi monuerint. Conf. R. Jacob ben Chajin Præf. *in Bibl. Venet.* Buxtorf. *Lex Talm.*

p. 1597

p. 1597. & Tiber. Comm. I. c. 8. Hotting. *Thes. Phil. l. 1. c. 3 s. 4. p. 432.* Leusdenius *Diss. 3. præmissâ Jonæ Illustr. Sect. 8. &c.* Quod denique ad *Tikkun Sopherim*, *Correctionem*, uti vulgò vertunt, seu potiùs *Ordinationem scribarum* i. e. octodecim loca (de quibus Conf. Glassius *Phil. L. 1. Tr. 1. p. 33. s.*) de quibus Masoretæ notarunt, esse ea ex ordinatione scribarum, sciendum eos nihil aliud velle, quàm loca ista ratione sensûs quidem ita esse comparata, ut à sciolis in sensum sinistrum abripi vel interpolationis cujusdam insimulari queant, attamen talia loca quoad literam non esse corrupta vel depravata, sed ita posita ab ipsis scriptoribus θεοπνεύστοις cujusque libri atque relicta ab Esdrâ & collegis (quos nomine scribarum innuunt, unde Masora locum cum Num XI. 15. vocat תקון עזרא *ordinationem* sive institutionem *Esdræ*) quod annotare voluerunt, ne quis seciùs suspicaretur. Conf. Buxtorfius *Lex Talm. p. 2631.* Glass. *l. c.* Hotting. *Thes. Phil. p. 427.* Leusdenius *Phil. Ebr. Disp. 22. p. 233. ed. pr.* Sixt. Amama *Antib. Bibl. p. 31.* & Dubia nostra *p. 960.* Resp. *ad 3.* Negari non posse, quod locus iste *Psalm.* *XXII.*

XXII. 17. sit vexatissimus, unde B. Walthero *Harm. Bibl. p. 497.* *Crux Theologorum* audit. Et certè hîc plerisque aqua hæret, qui aliàs Judæorum contra iniquos censores causam agunt, ut qvasi rei evidentiâ victi ipsos ceu ἐπαυτοφώρῳ in sacrilegio deprehensos deferant. E nostris B. D. Æg. Hunnius *Exam. Bellarm. l. 2. de V. D. c. 2. p. 204.* ait: *Quod Judæi in suis exemplaribus eraserunt* כרו foderunt, *& substituerunt* כארי sicut leo, *id non est occultum, sed constat publicè & possunt hujus criminis falsi ex propriis suis exemplaribus convinci.* E Reformatis Chamierus cum *hanc corruptelam adeo manifestam* dixisset, *ut nemo fermè sit è Christianis, qui non agnoverit,* fatetur *hîc duriores esse Judæorum partes, Panstr. T. 1. l. 12. c. 12. §. 26, 27.* Quibus accedat è Pontificiis rigidus aliàs veritatis Ebraicæ assertor Sim. de Muis *p. 14.* *Ego,* inquit, *profectò ausim præstare, præter locum* Psalmi 22. (*nam alia, quæ ab aliis notantur, levia sunt & nullius ferè momenti*) *ubi nos cum D. Hieron. legimus,* foderunt manus meas & pedes meos: *Judæi verò* sicut leo manus meas & pedes meos: *In totis Hebræis Codicibus inveniri nihil,* *quod*

quod optimam, cohærentem, piam & Christianæ fidei prorsus congruentem non habeat sententiam. Verùm cùm mentem nostram satis apertè exposuerimus & Judæorum lectionem asseruerimus peculiari Dissertatione & in Dubiis Vexatis *Cent. 3. L. 60. p. 663. s.* nunc actum non agemus. Ad cœtera loca faciliùs responderi potest, quod & dudum factum est ab autoribus suprà in sectione Aphoristicâ citatis, quibus addi potest Brianus Waltonus *Proleg. 7. p. 39. s.* quibus quod addamus, nunc non habemus.

QVÆST. V.

An Textus V. T. injuriâ temporum & incuriâ hominum præsertim librariorum & descriptorum variè sit depravatus, & per certa media in melius restitui atque corrigi hodiè queat?

Negamus 1. Ob vigilantem pro conservatione verbi sui divinam providentiam & promissionem Domini *Matth. V. 18.* 2. Ob Masoretarum & in genere quorumvis Judæorum indefessam in eô conservando diligentiam, quæ tanta est, ut mille potiùs mortes oppeterent, quàm

ullius literulæ admitterent ſuâ culpâ jacturam. 3. Ob adverſæ ſententiæ periculum. Nam ſi admittatur, in plurimis locis corruptum eſſe Originalem Textum V. T. ut ut dicatur, ea non pertinere ad fidem morumque doctrinam, dubium tamen ſemper erit, anne etiam ea loca corrupta per incuriam aliamque fortuitam cauſam, quæ fidem & vitæ præcepta concernunt. Unde enim reddi quis poterit certior, quod ea omnia immunia permanſerint à corruptione, alia autem corruptionis aleam ſubierint? Sanè ſi ſemel admittatur, errores in Scriptura Sacra commiſſos eſſe, facilè in ſuſpicionem vocari poterunt Scripturæ in cæteris, difficillimè à corruptionis ſuſpicione vindicari vel in unico loco. Porrò *ſine veris & germanis ſcripturis*, ait Salmero *p. 1. prol. 33. pag. 417. Eccleſia nequaquam commodè poſſet conſiſtere; corruptas ſiquidem & vitiatas in rebus ad fidem ſpectantibus illas habere perindę eſt, atque ſcripturas non habere.* Atqui LXX. Interpp. & Vulgata verſio non ſunt incorruptæ, ſed vitiatæ & depravatæ multis modis, etiam in his, quæ fidem & mores concernunt, E. ſi Codex

Ebræ-

Ebræus quoque corruptus eſt, aut nullas habebit Eccleſia ſcripturas intactas & incorruptas, quod abſurdum Salmeroni, aut Scripturæ S. Textus Originalis eſt intactus & incorruptus. 4. Quia nulla hactenus corruptionis documenta omni exceptione majora in medium proferri potuère. Nam licet Verſiones variis modis à Textu diſſideant, præſumptio tamen ſemper pro Textu potiùs eſt quàm pro Translationibus, donec evidentiſſimè probetur contrarium.

Contrarium verò præter alios magnô conatu adſerere contendit Lud. Cappellus, Profeſſor Ebræus quondam Salmurienſis, libro, cui titulus: *Critica Sacra ſive de variis, quæ in ſacris vel V.T. occurrunt, lectionibus Libri ſex editi Lutetiæ Pariſiorum Anno 1650.* In quo opere variis modis & mediis hodiernum Textum Ebræum in corruptionis ſuſpicionem adducere atque pro ſua libidine emendare ſatagit, neque aliter tractat Libros Sacros atque Critici profani libros profanos. Sed illi Buxtorfius F. ſuam *Anti Criticam ſive Vindicias veritatis Ebraicæ Anno 1653.* ex profeſſo oppoſuit, quò lectorem ablegamus & breves li-

neas ducimus. Probat verò Cappellus hodierni Textûs Ebræi Corruptionem & ſvadet Correctionem ejusdem *L. I.* ex diſcrepantiis deprehenſis ex collatione locorum parallelorum, & in diverſis Scripturæ Sacræ libris repetitorum, ubi ex confuſione affinium literarum varia errata irrepſerint tum (α) in aliis vocibus (e.g. quod porta quædam Templi 2.Chron.XXII.5. dicitur יכור ſed 2. Reg. II.16. סור. David dicitur Ammonitas diſſecuiſſe במגרות *ſerris*, at 2.Sam.XII. במגזרות *ſecuribus:* Sic pro שמע *audivit* 2.Reg. XX. 13. eſt ישמח *lætatus eſt.* Eſ.XXXIX.2. pro שׁפטי *Judices* 1.Chron. XVII. 6. eſt 2.Sam. VII. 7. שבטי *Tribus* Iſrael. Pro וירא *& apparuit* 2. Sam. XXII.11.eſt Pſ.XVIII.11. וידא *& volavit* &c. ubi alterutrum locum ex affinitate literarum cenſet corruptum) tùm (β) ſpeciatim in nominibus propriis (ut quod pro ישבעם בן חכמוני 1. Chron. XI. 11. eſt יושב בשבת תחכמני 2.Sam. XXIII.8.) & (γ) numeralibus (ut quod David 2. Sam VIII. v.13. & Chron. XVIII. 12. dicitur ex Idumæis interfeciſſe 18000. ſed Pſ. LX. 1. 12000. quod 1. Reg. IV. 26. dicitur Salomo habuiſſe præſepia equorum

rum40000, at 2. Chron. IX. 18. 4000: quod 1. Chron. XIX. 17. David dicitur cepiſſe equitum 7000. peditum 20000. at 2. Sam. VIII. 4. equitum modò 1700: quod 1. Chron. XIX. 17. dicitur percuſſiſſe currus 7000. at 2. Sam. X. 17. 700. 1. Chron. XXI. 5. Iſraëlitarum à Joab numeratorum dicuntur fuiſſe 1100000. in tribu Judâ 470000. ſed 2. Sam. XXIV. 9. Iſraëlitarum 800000. & in Juda 500000. 1. Chron. XXII. 25. David Ornano pro areâ dicitur dediſſe ſiclos 600. 2. Sam. XXIV. 24. modò 50. 2. Chron. XXI. 2. proponuntur Davidi anni famis tres 2. Sam. XXIV. 13. ſeptem &c. In qualibus cenſet alterutrum locum neceſſariò in mendo cubare) tùm (δ) ex omiſſione vel additione integrorum verſuum vel hemiſtichiorum (ut quod Abravanel 74. varietates enumeret inter Pſalmum XVIII. & ejusdem recenſionem 2. Sam. XXII. Cùm verò Pſalmus ſemel modò iisdemque verbis dictus ſit, alicubi putat contigiſſe corruptionem: tum (ε) in Pſalmis quibusdam aliisque textibus Alphabeticis, in quibus aliquando integra commata vel hemiſtichia deeſſe deprehendantur,

 (ſic

(sic Ps. XXV. desiderat versum inchoatum à literis ב, ד & ה, cùm tamen duo incipiant à ד: Ita ait Ps. III. in ultimis versiculis ordinem turbari: Ps. CXLV. deesse versum cœptum à literâ נ, qui restitui queat è versione LXX. ubi extet versus: πιςὸς ὁ κύριος κλ. ita procul dubio Ebraicè exprimendus: נאמן יהוה וגו: Sic ordinem versuum esse luxatum Thren. c. II.) *Lib. II.* idem probare conatur è discrepantiis testimoniorum V. T. in N. T. citatorum. *Libro III.* ex קְרִי & כְּתִיב dissensionibus Orientalium & Occidentalium, Ben Ascher & Ben Naphtali, Codd. Judaicorum & Samaritanorum, nec non edit. recentiorum puta Stephani, Plantini, Bombergi, Ariæ Montani. *Libro IV.* ex discrepantiis Versionis LXX Interpretum à Textu Originario. *Libro V.* è discrepantiis aliarum Versionum post LXX. Interpp. factarum sc. Paraphraseon Chald. Græcarum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, Vulgatæ Latinæ, itemque variis lectionibus, quæ è Judæorum scriptis colligi queant. *Libro VI.* è dubiis quibusdam ἀδιαλλάκτοις & insolubilibus, quibus non nisi per concessionem lapsuum libra-

librariorum & proprias conjecturas ſubveniri queat. Hæc omnia fusè perſequitur Cappellus, quibus tamen omnibus nervus facilè incidi poteſt. *Ad Librum I.* Reſp. non opus ut loca parallela quoad omnes apices conſonent; ſufficit, quod unus non evertat alterum. Quin non veriſimile eſt, Spiritum Sanctum eandem rem nil variantibus terminis denuò proponere voluiſſe ac repetere. Satis videbatur, idem eodem modô ſemel dixiſſe. Nec obſtat, diſcrepantiam in levi literarum affinium varietate conſiſtere. Nam Sp. S. datâ operâ hujusmodi alluſiones & paronomaſias uſurpat, ut & proſit & delectet. Quod ad Pſ. XVIII. in ſpecie attinet, qui 2. Sam. XXII. paulò aliter recitatur, ratio diverſitatis in promptu eſt: Nam 2. Sam. XXII. Pſalmus hiſtoricè recenſetur iis vocibus, quibus pro re natâ à Davide recitatus erat; at in libro Pſalmorum quatenus tanquam formula precum fundendarum Eccleſiæ commendabatur. Quid mirum, quod Spiritus S. ſuâ uſus libertate hîc quædam mutârit? ſenſus utrobique manſit. Nomina propria quod concernit, eorum in

omnibus lingvis mira fata ſunt & viciſſitudines: mutantur pro diverſitate temporum, locorum aliarumve circumſtantiarum; quin & ipſe Sp. S. peculiari conſilio nomina propria nonnunquam mutat, inflectit, variat: Idem faciunt ipſæ perſonæ: fit illud & ab aliis memoriæ vel honoris vel ludibrii causá vel ob pronunciationis compendium & commoditatem (uti v. g. eadem perſona diverſis dialectis *Johannes, Hans, Janus, Jean &c. Theodoricus, Dietericus, Dietrich, Dirix &c.* alia *Nicolaus, Nickel, Claus &c.* vocari poteſt) ut â vulgò quorumcunque nominum pronunciatio variabat, ita & literis conſignata eſt. E Propriorum itaque variatione nulla Scripturæ Sacræ infertur corruptio & quò ſimiliores literæ, eò elegantior alluſio eſt, atque proclivior mutatio. Conf. in ſpecie de loco 2. Sam. XXIII. 8. *Dubia noſtra p. 458.* Diſcrepantia Numeralium diverſitati circumſtantiarum, quam autores meliùs ſuo tempore nôrunt, atque nos, adſcribenda. Quid? quod conciliatio ab interpretibus inſtituta dudum fit. Ad pleraque reſponſum á Buxtorfio, á Waltherô *in Harmoniâ*, ut interpretes

pretes prætereamus ordinarios. Putamus & nos plerisque satisfecisse *in Dubiis Vexatis Cent.3. L.9. ad 22. p.521. ad 542. item p. 260.* Psalmos denique ac Textus Alphabeticos quod attinet, non adeò urgenda est illa series: Nam cur quandoque Alphabetum inchoatur & non perficitur? ut hîc suas causas habuit Spiritus Sanctus, ita & tunc, quando ordo turbatur vel hiat. Potuit & literarum absentia peculiare memoriale inferre, v. c. signum esse majoris pausæ vel singularis attentionis, (uti in catenâ cœtera continuá unum membrum ex instituto potest solvi vel luxari, quod alius fortuitò factum interpretaretur.) Et cùm non sciamus exactè, quare Psalmos quosdam Alphabeticâ serie conscribere voluerit Spritus Sanctus, alios non item, non possumus pronunciare, cur non semper scrupulosè ordinem attenderit. Liberum ipsi erat, servare ordinem & non servare. Nec enim ad minutias illas Alphabeticas ita se adstrinxit, ut nunquam certis de causis ordinem deseret. *Si placuit Domino, dicere plura nefas.* Nulla verò inde inferenda Scripturæ Sacræ corruptio. Miremur potius

talia & noſtram, fateamur ignorantiam, quàm ex noſtri judicii modulo Scripturæ Sacræ inferamus corruptionem. *Ad Lib. II.* Reſp. in N. T. dicta V. T. non ſemper ad verbum, ſed ſæpè ad ſenſum citantur & liberè jam ex Textu Ebræo, jam ex verſione LXX. Interpp. jam ex utrisque. Si nulla hîc deprehendatur contradictio, quid pluribus opus eſt? Spiritus S. & V. T. revelavit & reſervavit ſibi poteſtatem illud in N. T. declarandi. Ubi id à LXX. factum eſt, eorum Verſio retenta fuit; ubi minùs, expreſſa ſunt verba Ebræa. Alicubi neque ad iſtam Verſionem neq; ad verba Textûs Spiritus Sanctus ſe alligavit, ſed ſenſum novis verbis expreſſit. Quicquid ſit, idem Spiritus Sanctus utrobique locutus eſt ſuorum verborum optimus interpres. Conf. Dubia noſtra *Cent. 1. L. 77. p. 223.* Ad *Libr. III.* Reſp. Variæ lectiones Orientalium & Occidentalium, ut & Ben Aſcher & Ben Naphtali non variant ſenſum, ſed concernunt ferè literas alias otioſas. Idem plerumque verum eſt de קְרִי & כְּתִיב, ſicubi variat ſenſus, præponderare ſolet כְּתִיב, niſi rationes manifeſtæ & luce meridianâ clariores ſvadeant

deant ſequi *Keri*, quod lectionem exhibet rariorem, at nec ſemper neque nunquam veriorem. Saltem hodiernus Codex Maſoreticus veram lectionem vel in Textu vel in margine exhibet & ſic alicubi repræſentat, adeoque non planè amiſit. Dubia modò alicubi eſt deciſio, ex ναζεῖ: petenda, qualis in quibusdam aliis locis, ubi nulla eſt varia lectio. Codex Samariticus Morini à Samuele Mareſio, Arn. Bootio, Franc. Taylero & Hottingero exauctoratus eſt. Lapſus quarundam editionum concernunt non totum Codicem, ſed quædam exemplaria. Neque enim omnium Deſcriptorum vel Typographorum culpas præſtamus. Satis eſt quod error non occupârit omnes Codices. Ad *Libr. IV. & V.* Verſio LXX. Interpp. num ſuperet nec ne lis eſt ſub judice. Si ſuperat, ita corrupta eſt, ut priſtinam vix referat faciem. Quis verò corrigat Textum è Verſione corruptâ? Præterea LXX. Interpretes erant Judæi, qui ſtatuebant plures Scripturæ Sacræ ſenſus à Spiritu Sancto intentos, licet non ſemper per literas & puncta repræſentatos. Adhæc Ebraiſmi ſi non rudiores ſaltem negligen-

gligentiores erant, sæpè aliena significata tribuerunt vocibus, sæpè ignorârunt vera. Hinc tot lacrymæ. Conf. Hotting. *Thes. l. 1. c. 3. s. 3. q. 5.* Discrepantiæ Targumim pauciores sunt, aliisque de causis, quàm ex discrepantia Codicis. Is unus erat, at Judæis diversos sensus fundere putabatur. Nec neganda est in quibusdam eorum ἀβλεψία & præcipitantia. Vulgata bonam partem è LXX. facta & interpolata est, præterea tot mendis collutulata, ut nemo sanus facilè paludem fonti limpido præferre velit. Judæi citabant Scripturam sæpè ex memoriâ, quæ labilis & fallax est. Nihil ergo inde sequitur. Ad *Libr. VI.* Talia Dubia non sunt insolubilia. Doctiores interpretes & Waltherus *Harm. Bibl.* conciliationem monstrârunt. Ad plurima *in Anti Criticâ suâ* sigillatim descendit Buxtorfius, qui cætera, quæ studio prætermisimus, supplebit, cui jungi poterit Dn. D. Calovius *Crit. S. Diatribe VI.*

QVÆST IX.

An Textus Græcus N. T. malitiâ hæreticorum vel incuriâ librariorum sit corruptus?

Neg.

Neg. è rationibus ferè dictis. Nec enim major providentia DEI circa V. quàm N. T. fuisse videtur: utut enim operosior fuerit V. T. custodiendi ratio, fortè & major Ecclesiæ Judaicæ in custodiendo deposito suo diligentia, tamen Textum N. T. DEUS ipse ita corrumpi haud passus est, ut norma ampliùs fidei & morum ut & omnium versionum esse nequeat. Conf. Dn. D. Calovius *Crit. S. Diatr.* 8. *p*.227.*f*. Scrupulum quidem injiciunt non pauca, præsertim tot variæ lectiones, quæ consistunt non modò in vocum singularum sed & integrarum sententiarum additione, omissione, mutatione & transpositione, quæ ortæ sunt partim ex Hæreticòrum pravis machinationibus, partim ex Interpretum, Transscriptorum & Typographorum imperitiâ, errore & confusione, quales magnô numerô dabunt Apparatus in Opera Biblica, recentissimè Anglorum Tom. VI. Easdem in certas classes digessit Salom. Glassius *Phil. S. l.* 1. *Tr.* 1. *p*. 127.*f*. Sed quid de iis habendum sit, fusiùs exposuit præ aliis Dn. D. Calovius in *Critico suo Sacro*, qui loca singula, quæ vel malitiosæ depravationi vel incuriæ

libra-

librariorum adſcribuntur, vindicavit *p. 231. ſeqq.* Noſtram mentem breviter ita exponimus: (1. Pleræq; variæ lectiones N. T. ita comparatæ ſunt, ut ſenſum non varient & perindè ſit, quamcunque lectionem ſequaris: Unde talis varietas literas modò & ſyllabas, ſententiam autem non concernit. (2. Ubi ſenſus variat, non tamen eſt contradictorius, neque ulla lectio eſt contra fidei & ſcripturæ cæteræ à variis lectionibus immunis analogiam, & ſic itidem nullum periculum eſt erroris. (3. E variis lectionibus non poteſt inferri N. T. corruptio, ſed tantummodò quorundam codd. vel exemplarium, & aliqua in certis locis lectionis ambiguitas. Nam è pluribus variantibus lectionibus una ſemper vera eſt & ſic litera Textûs etiam in tot diſcrepantiis non perit ſed conſervatur. Et nulla exemplarium corruptio prolata eſt in medium, quæ non è codice aliquo correcto reſtitui queat. De *Cainane* hypobolimæo Luc. III. 36. Conf. D. Calovius *Bibl. Illuſtr. T. 1. V. T. in Gen. p. 275. ſ. & T. 1. N. T. in Luc. p. 570. & Chron. Bibl. ſect. 3. qv. 2.* Neque opus eſt, ut B. D. Joh. Tob. Majori *ad Act. p. 104.*

con-

concedamus Apoc. I. 15. irrepsisse χαλκολιβαίῳ pro χαλκολίβανῳ, licet codicicibus adstipulantibus destituamur, cum vox in Codice extans commodum sensum admittere queat. (4. Corruptio quorundam locorum ut & deletio ab hæreticis tentata est, sed perfici haud potuit, quia vera lectio ap. orthodoxos ipsis haud assentientes superavit semper. Huntlæo autem & aliis Pontificiis κατ' ἄνθρωπον respondemus, posito N. T. in variis lectionibus corruptionis argui posse, hâc ratione multò corruptiorem esse Vulgatam, quæ plurimas continet lectiones non modò diversas, sed & contrarias &c.

CAPUT V.

De INTERPRETATIONE SACRÆ SCRIPTURÆ.

SECT. I. APHORISTICA.

§. I.

PRæsupponimus hîc certa quædam requisita in *subjecto* sive interprete Scriptu-

Scripturæ Sacræ, ejus ſenſum vel pro ſe inveſtigaturo vel aliis tradituro.

§. 2.

Interpres Scripturæ Sacræ alicujus loci obſcuri & difficilis ſenſum inveſtigaturus, vel integri libri aut capitis explicationem accuratiorem aggreſſurus, eſto 1. Lingvæ Originalis & Analogiæ fidei gnarus, prætereà ἀγχινοίᾳ quâdam, & (uti D. Dannhawer *Id. Boni Interpr. p. 23.* monet) bonâ phantaſiâ præditus, ut non modò nexum orationis ſed & perſonæ loquentis affectus æſtimare queat. 2. Piis precibus præmunitus, ut ſc. non modò media interpretandi ritè applicet, eorumque beneficio ſenſum Scripturæ Sacræ literalem indaget, ſed etiam ſenſum, quem verum deprehendit, pleno aſſenſu credat, adeoque non modò hiſtoriæ corticem teneat, ſed & intimum dulcedinis divinæ guſtum ſentiat. Conf. D. Calovius *Syſt. T. 1. p. 657. ſ. &* D. Hülſ. *Brev. p. 13. 14.* 3. Ab affectibus & pravâ animi diſpoſitione immunis, ut ſc. (α) pro ſcopo habeat non ſcepticam de Scripturâ Sacrâ diſputationem, ſed cognitionem veritatis, neque Scripturam ad ſuos præconceptos

ceptos ſenſus inflectere, ſed ſuum ſenſum Scripturæ ſubmittere velit, juxta auream Hilarii regulam: *Optimus ille Scripturarum lector eſt, qui dictorum intelligentiam exſpectat potiùs ex dictis, quàm importat, & refert magis, quàm affert, neque hoc cogit videri dictis contineri, quod ante lectionem præſumſerat intelligendum.* (3) Ne alienæ opinionis ex vanâ adulatione ſit mancipium vel alieni ſermonis pſittacus, neque tamen ſuæ inventioni ex φιλαυτία ita impenſè faveat, ut rectiora etiam monentibus cedere nolit. 4. Laboris patiens in diligenti lectione & relectione Scripturæ Sacræ, æſtimatione omnium circumſtantiarum, ita ut ne minutiſſima quidem prætereat vel tranſiliat, evolutione & revolutione autorum, quos vel ſequi vel refellere contendit, ne ex quodam veterno vel ſolo pruritu לעשורת כפר ימם הרכרת videat per perſpicilla i. e. aliorum credat oculis (quo nomine notari à plerisque ſolet D. P. H. F. cujus tamen meritis per nos nihil decedet) ne quoque ſtatim deſperet, ſi videat interpretibus aliis hæſiſſe aquam, vel ſibi non ſtatim omnia ad numeros venire &c.

L Conſ.

Conf. Dannh. *Herm. p.1. f. 62. f. & Idea B. Interpr. p. 22. f.*

§. 3.

Interpres sensum Scripturæ Sacræ aliis traditurus esto præterea (*a*) *Brevis*, ita sc. ut quidem in necessariis non deficiat (*non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis,*) in supervacaneis tamen lectorem non moretur. Peccavit hîc inter Scholasticos *Henr. Langestein*, qui insumtis quatuor annis in publicâ enarratione Geneseos vix ad quartum ejus libri caput pervenire potuit, editis super his quatuor magnis voluminibus referente Sixto Senensi *Bibl. S. p. 215.* Quem longè superavit *Thom. Hasselbachius*, Theol. in Academ. Viennensi Professor, de quô Thom. Lansius *de Acad. p. 11.* Sixt. Senensis *l.c.* Schickardus *Bech. Happ. p. 142.* referunt, quod cum 22. annos in explicatione capitis 1. Esaiæ insumsisset, nec tamen ad finem illud penitùs perduxisset, enarrationis suæ 24. libros reliquerit. Ita Rab. Aben-Esra *Præf. rhythm. in Pent.* tres commemorat, quorum primus super partem aliquam capitis primi Gen. duo spissa scripserit volumina & occasione lucis totam

totam Opticam, occaſione plantarum totum Herbarium, occaſione animalium totam Phyſicam prodigioſa μεταβάσει pertractárit: alter occaſione aſtrorum totam Matheſin impertinenter immiſcuerit: tertius occaſione profectionis alicujus totum Itinerarium, occaſione ſomnii totam ὀνειρολογίαν & modos interpretandi docuerit. Conf. Schick. *l. c.*
(e) *Perſpicuus* & *methodicus*, ut ſc. lector & ſciat quid velit (*abſit ejusmodi ingenioſus, ad quem capiendum opus ſit ingenio*, ut Lipſius ait *Inſtit: Epiſt c. 8.*) & deprehendat, quô quodque reperire debeat ordine, ubi iſti cumprimis interpretes laudandi, qui præmiſsâ diſpoſitione vel analyſi cujusque capitis in declaratione ſenſûs veſtigia Scripturæ premunt, poriſmata deinde & doctrinas vel etiam controverſas quæſtiones ſeorſim ſubjicientes, ne confundatur lector cùm conſpicatur πάντα τ' ἄναντα, κάταντα, πάρεντα καὶ ὄχμια κεῖσθαι.

§. 4.

His præſuppoſitis in interprete requiſitis, procedimus nunc ad exponenda *media* atque *ſubſidia* interpretandi, ubi tamen Xenophontem hâc vice imitabor,

bor, qui ita: *Si à me ignem quis aut aquam fortè non habente popoſcerit, locum unde hauriat oſtendam.* Poterunt cum DEO & die hîc indice quaſi digitô oſtenſa media fuſiùs quondam atque per exempla deduci, quod verò intereà pro nobis facient autores, qui *de Interpretatione Scripturæ Sacræ* fuſiùs egerunt, uti è noſtratibus Gerhardus *Tract. de Interpret. Scripturæ Sacræ ſubjuncto loco de Scripturâ Sacrâ T.1.p.21.ſ. & Exeg. L. de Scripturâ Sacrâ §.526.ſ. p. 213.ſ.* Franzius *Tr. de Interpretatione Scripturæ Sacræ maximè legitimâ*, Dannhawerus *Hermenevt. Sacr. & Id. Boni Interpr.* Glaſſius *Phil. S.L.2. qui eſt de Senſu Scripturæ Sacræ tum dignoſcendo tum eruendo*, D.Calovius *Proleg. in Gen. p. 46.ſ. & Iſag. Theol. p. 144.ſ. & Syſtem. T.1.p. 472.656.ſ.* & de cauſis παρερμηνειῶν *Præl. gener. in Bibl. Illuſtr. T. 1. p. 14 ſ.* Brochmandus *Syſt. T. 1. p. 10. ſ.* D. Olearius *Theol. Univ. Syſt. p. 1393. ſ.* è Reformatis Rivetus *Iſagog. ad Scripturam Sacram*, Chamierus *Panſtr. T. 1. l. 16. c. 4. & 5.* Pontificii ob ſubleſtas, quas fovent de ſenſu Scripturæ Sacræ hypotheſes, *in Prolegomenis Commentationum ſuarum* cautè legendi: præ aliis

aliis conferri hîc meretur Pangninus *Iſagoge ad S. literas*. Judæorum regulas hermenevticas ἰδιογλώττως exhibuit Clariſſ. Hakſpanius *Spec. Theol. Talmudica p. 32. ſ.*

§. 5.

Media & *ſubſidia* Scripturam interpretandi ſunt vel *interna* ſive *artificialia*, vel *externa* ſive *inartificialia*.

§. 6.

Interna media duo ſunt, ſc. ἑρμηνεία & σύγκρισις, quò tendunt duo illa præcepta W. Franzii pro intelligendis ſacris Bibliis, quorum ſc. primum requirit *ipſam notitiam Scripturæ Sacræ in lingvâ ſuâ quoad voculam & quoad phraſiologiam nativam p. 19 ſ.* alterum *diligentem & accuratam inſpectionem nigri ſimul & rubri* h. e. omnium quæ textum aliquem divinum vel ſacrum antecedunt & conſeqvuntur p. 48. ſ. ſeu *notitiam integræ cohærentiæ contextuum, antecedentibus & ſuis eſſentialibus conglutinatam*.

§. 7.

Ἑρμηνεία proinde nobis non capitur *generaliter* pro Hermenevticâ Sacrâ ſive explicatione Scripturæ; Sed *in ſpecie*

 pro-

pro interpretatione λέξεων & φράσεων Scripturæ Sacræ seorsim acceptarum.

§. 8.

Λέξις legitimè consideratur, dum expenditur cujuslibet voculæ, etiam minutæ particulæ, genuina ac vera significatio, tùm κατὰ βάθος, quoad internum pondus, emphasin & ἐνέργειαν; tum κατὰ πλάτος secundum veram, quà patet, latitudinem usumque Biblicum.

§. 9.

Eò primò facit *investigatio significationis formalis vocum* tàm *primitivarum* quàm *derivatarum*: quæ *in his* è primitivâ voce sive radice, *in illis* sive radicibus ipsis tùm ex parallelismo locorum sive exemplorum, tum ex analogiâ extantium derivatorum, tùm ex cognatis radicibus, tùm è lingvis affinibus, quæ radices Ebraicas deperditas retinuêre, præsertim quoad V. T. Arabicâ, investiganda est.

§. 10.

Considerationi λέξεω. velificantur. (1) Probatiora *Lexica*, qualia (α) quoad V. T. à Christianis concinnata sunt sequentia: *Santis Pagnini Lucensis* Theol. Prof. אוצר לשון הקדש h. e. Thesaurus Lingvæ

gvæ Sanctæ sive Lexicon Hebraicum, auctius editum operâ *Joh. Merceri*, *Ant. Cevallerii* & *Bon. Cornelii Bertrami*, in fol. Lugduni Anno 1575. *Joh. Forsteri Augustani* SS. Theol. Doct. ac Hebr. Lingvæ Prof. Witt. Dictionarium Hebraicum, non ex Rabbinorum commentis (ita inscriptio habet) nec nostratium Doctorum stultâ imitatione descriptum, sed ex ipsis thesauris sacrorum Bibliorum & eorundem accuratâ locorum collatione depromptum fol. Basileæ 1564. *Joh. Avenarii Egrani* SS. Theol. D. & Superintend. Numburgensis ספר השרשים Liber Radicum S. Lexicon Ebraicum, in quo omnium vocabulorum Biblicorum propriæ ac certæ redduntur significationes, auctius editum in fol. Wittebergæ A. 1589. *Marci Marini Brixiani* התבת נח Arca Noæ sive Thesaurus Lingvæ Sanctæ in fol. Venetiis 1593. *Joh. Buxtorfii* Lexicon Hebraicum & Chaldaicum in octavo, quod omnium fermè Ebraizantium manibus teritur. *Nic. Petræi* SS. Theol. D. & in Acad. Havniensi Prof. Lexicon Ebraicum Grammaticæ subjunctum in octavo Havniæ 1633. *Joh. Plantavitii*

Pausani Lodovensium Episcopi & Domini נטע הנפן Planta Vitis sive Thesaurus Synonymicus Hebraico-Chaldaico-Rabbinicus fol. Lodovæ 1644. cui præivisse videtur *Sal. de Urbino* Judæus in suo אהל מועד, qui liber complectitur Synonyma Ebraica ex Bibliis petita, adductis singularum vocum exemplis & loco, ubi reperiuntur, Venet. A. 1548. *Joh. Cocceji* Theol. in Acad. Lugduno-Batavâ Prof. Lexicon & Commentarius Sermonis Hebraici & Chaldaici V. T. fol. Amstelod. A. 1669. quò præter eruditas quasdam παρεκβάσεις, sed cum judicio legendas, etiam Germanicâ atque Belgicâ interpretatione Latinè nescientes juvare atque ad Ebraismum manuducere conatus est. *Eduardi Leigh* Equitis Angli Critica Sacra Anglicè conscripta & ab Henrico à Middoch in Latinum sermonem conversa sive Collectanea Philologica, quorum prima pars continens Observationes Philologicas & Theologicas in omnes radices V. T. altera in voces N. T. fol. Amstelod. A. 1679. Referenda huc quoque sunt *Lexica Harmonica*, qualia *Val. Schindleri Oederani* Lingv. Ebr. in Acad. Witt. & Helmstad.

ſtad. Prof. Lexicon Pentaglotton, Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Talmudico-Rabbinicum & Arabicum, in fol. Hanoviæ A. 1612. *Joh. Henrici Hottingeri* Theol. D. & Prof. Heidelbergenſis Etymologicum Orientale ſive Lexicon Harmonicum ἑπτάγλωττον, quo juxta ſeriem radicum Hebraicarum voces Chaldaicæ, Syriacæ, Arabicæ, Samaritanæ, Æthiopicæ, Talmudico-Rabbinicæ exhibentur in 4to Francof. 1660. &, quod hîc inſtar omnium eſt, ſtupendum opus Viri in hâc literaturâ ſine pari, *Edm. Caſtelli* Theol. D. & Lingvæ Arabicæ in Acad. Cantabrig. Prof. & Regi à Sacris, ſc. Lexicon ἑπτάγλωττον, Hebraicum puta, Chaldaicum, Syriacum, Samaritanum, Æthiopicum, Arabicum conjunctim & Perſicum ſeparatim, fol. Londini A. 1669. Ad *Pſalmos Davidicos* ſpeciatim accommoda ſunt *Barthol. Scheræi* Finſterwaldenſis Itinerarium in Pſalterium Davidis, ſive Lexicon Pſalteriale A. 1612. *Pauli Toſſani* Syllabus Diction. Pſalt. *Henrici Vulpii* Nomenclator Davidicus in 8tavo Roſtoch. 1628. *Victorini Bythneri* Lyra Proph. Dav. Lond. in 8tavo A. 1650. Ad *Synthe-*

ſin vero magis quàm *Analyſin* faciunt *Zach.Roſenbachii* Moſes Omniſcius ſive voces V. T. juxta locos communes digeſtæ in 4to A.1633, *Ant. Hulſii* Nomenclator Biblicus Hebræo-Latinus in 8tavo Bredæ 1650. & ſi quæ ſunt hujusmodi alia, de quorum defectibus æſtimandis & ſupplendis dicemus *qv. 3.* (β) quoad N.T. inſtar omnium eſt Theſaurus Lingvæ Græcæ *Henr. Stephani.* Novo verò Teſtamento in ſpecie accommodatum Lexicon *Georg. Paſoris:* quæ tamen non contemnendam acceſſionem admitterent ab iis autoribus, qui N. T. voces novè uſurpatas accuratiùs expoſuêre, præſertim Vorſt. *in Philol. Sacra.* (2) *Concordantiæ* de quarum uſu ſcripſit Dominus Andr. Glauchius A. 1668. & conf. poteſt Franzius *de Interpr. S. pag. 52. ſ.*) in V. T. *R. Mardechai Nathanis* & concinniores *Buxtorfianæ* unà cum Concordantiis particularum *D. Chr. Noldii;* in N. T. *Henr. Stephani* & *Eraſm. Schmidii,* quo etiam ratione V. T. ſpectat *Maſora,* de quâ capite ſequenti. Ratione verò utriusque huc ſpectant *Concordantiæ reales* & *Promptuaria* quædam *Biblica,* uti Prompt. Pauli Crellii

lii, Clavis Flacii, (de cujus usu & supplemento conf. D. Olearius *Theol. Univers. p. 1850. s.*) Thesaurus Ravanelli &c. (3) Labores eorum, qui vel ex professô *emphases vocum* expenderunt, uti quoad V. T. Forsterus *in Lexico*, cui jungendus *Dn. D. Martinus Geier* in Commentariis Biblicis, quoad N. T. Lamp. Alardus *in Pathologia Sacra*: vel qui λέξιν sacram sive juxta seriem Biblicam sive sparsim diligentiùs illustrârunt, uti Philologi & Critici, quorum non paucos dabunt *Tomi Critici Anglorum*, quorum *quinque priores* exhibent perpetuas *S. Münsteri, F. Fatabli, S. Castalionis, Is. Clarii, Joh. Drusii, & H. Grotii* in V. T. Annotationes cum *P. Fagii, A. Masii, P. Codurei, Fr. Forerii, C. Bedvelli, Ed. Livelei & D. Hæschelii* singularibus notis & Commentariis: in *Sexto* & *Septimo Tomo* habentur *L. Vallæ, D. Erasmi, Fr. Vatabli, S. Castalionis, Is. Clarii, Joh. Drusii & Hugonis Grotii* in N. T. Annotationes, cum sparsis *H. Stephani J. Scaligeri, Is. Casauboni, Joh. Cameronis, Lud. Cappelli* & particularibus *S. Münsteri, Jac. Cappelli & Sc. Gentilis* notis. *Octavus* & *Nonus* continent libros quàm plurimos & tra-

& tractatus seorsim antehac editos, nec facilè comparandos, qui explicationi Scripturæ Sacræ inserviunt: quales sunt Christ. Helvici *Desiderium Evæ & Prot-Evangelium Paradisiacum*, Joh. Buteonis *de Arcâ Noæ*, Matthæi Hosti *in fabricam Arcæ Noæ*, Mart. Helvici *de Vaticinio Jacobi, Gen. XLIX. v. 10.* P. Pithæi *Collatio Legum Mosaicarum & Romanarum*, Georg. Rittershusii *de Jure Asylorum*, Matt. Hosti *in Monomachiam Daviais & Goliathi, 1. Sam. XVII.* Mich. Rothardi *Samuel Redivivus, & Saul αὐτόχειρ*, Leonis Allatii *de Engastrimytho Syntagma*, Gasp. Varerii *de Ophirâ Regione Disputatio*, Gvil. Schickardi *de Festo Purim*, Ben. Ariæ Montani *Antiquitatum Judaicarum liber*, Bon. Corn. Bertrami *de Republ. Judæorum*, Ejusdem *Lucubrationes Francktalenses, sive Specimen Expositionum in difficillima utriusque Testamenti loca*, Pet. Cunæi *de Republ. Ebræorum*, Gasp. Waseri *de Antiquis Nummis & Mensuris Hebræorum*, Anton. Nebrissensis *Qvinqvagena sive qvinqvaginta Scripturæ Sacræ locorum Explanatio*, Joan. Drusii Varia: nimirum *Animadversa*, *Notæ in Parallela Sacra*,

Sacra, Observationes Sacræ, Quæstiones Ebraicæ, Proverbia Miscellanea locutionum sacrarum, de Quæsitis per Epistolam, de Nomine Elohim. Ex *Octavo* Tomo, item è *Nono* tractatuum Criticorum huc spectant Nicolai Fulleri *Miscellanea Sacra*, Sim. de Muis *Varia Sacra variis è Rabbinis contexta*, Joh. Gregorii *in aliquot Scripturæ Sacræ loca Not. & Observationes*, Pauli Fagii *Translationum præcipuarum V. T. collatio*, Christ Cartwrighti *Mellificium Hebraicum, sin Observationes ex Hebræorum antiquorum monumentis desumtæ*, Lucæ Brugensis *in variantia SS. Bibl. loca Notationes*, Joh. Cloppenburgii *Collationes Criticæ Sacræ per Epistolas cum Lud. de Dieu*, Francisci Moncæji *Aaron purgatus, sive de Vitulo aureô*, Hugonis Grotii *de Veritate Religionis Christianæ &c.* Concinniùs verò Criticos hujusmodi digessit laboriosissimus Matth. Polus *in Synopsi Criticorum*, & addi possunt infrà §. 27. citandi.

§. 11.

Φράσεως consideratio consistit in scrutinio sensus, *modorum loquendi* & *idiotismorum* seorsim acceptorum.

§. 12.

§. 12.

Suppetias hîc ferunt, qui ſcripsêre (1) *de Phraſibus* ſive loquendi formulis Ebræis, uti *Rob. Stephanus*, qui Phraſes Ebræas ſive loquendi genera, quæ in V. T. paſſim leguntur, ordine Alphabetico diſpoſita ceu alteram partem Theſauri Lingvæ Sanctæ Pagniniani edidit A. 1558. cui tamen jungenda imò præferenda Pars I. Clavis Flacii. Non parùm hîc profuiſſet *Calligraphia* ſive *Phraſiologia Ebraica*, quam ad formam Calligraphiæ Græcæ Poſſelii, vel Theſauri Latini ſermonis Sethi Calviſii concinnandam Hier. Avianus *in Mantiſſa Clavis Poëſ. Sacræ* promiſit ſed non præſtitit. (2) De *Idiotismis Syntàcticis* ſive ſingularibus conſtruendi modis Ebræorum, qualesquoad V. T. ſunt Flacius *P. 2. Clav. Scripturæ Sacræ*, Santes Pagninus *Iſag. ad S. Literas*, Hier. ab Oleaſtro in *Hebraismis & Canonibus pro intellectu Scripturæ Sacræ*, Ben. Arias Montanus *de familiaribus Lingvæ Ebraicæ Idiotiſmis in Apparatu operis Hiſpanici*, Joh Alba *Hiſp. de Locutionibus Sacris*, Abdias Prætorius *de Phraſibus Ebræis*, Sixt. Amama *de Regulis textualibus*,

Sen-

Sennertus *Centuria Can. de Idiotiſmis Lingvarum Orientalium*, Brianus Waltonus *App. Operis Anglic. de Idiotiſmis Ebræorum*, Waſmuth *Append. 2. Ebraiſmi reſtituti* & qui hîc inſtar omnium erit Sal. Glaſſius in ſua auro contrà cara *Phil. S.* cujus Epitomen fecit B. D.Henr. Phil. Herwartus. Quoad N.T. commendatur Syntaxis Poſſelii, neque poſthabendi illi, qui obſervarunt atque cum judicio expenderunt Harmoniam idiotiſmorum V. & N.T. nobis ſuprà *c.3. qv.9.* laudati.

§. 13.

Σύγκρισις conſiſtit in applicatione ſignificationis vocum atque phraſium ad locum datum. Fitque vel per *analogiam* vel per ἀλληλεχίαν.

§. 14.

Analogia eſt vel *fidei* vel *Scripturæ Sacræ*. Par enim omninò eſt, ut Sp.S. ipſe ſit interpres optimus verborum ſuorum: Unde Petrus ait, Scripturam Sacram non eſſe ἰδίας ἐπιλύσεως 2. c. 1. 20.

§. 15.

Analogiam fidei, quam Paulus vult in explicatione Scripturæ Sacræ attendi *Rom. XII. 6. 2. Tim. I. 13.* vocamus ſummam

mam cœlestis doctrinæ de Articulis Fidei petitam è talibus Scripturæ Sacræ locis, ubi Sp.S. de iis, verbis rotundis, planis & perspicuis, præcipuè ex professo & ceu in propriâ sede (e. g. de *justificatione* Rom. III. sive de *Sacra Cœna* Matth. XXVI. 26. Marc. XIV. 22, Luc. XXII. 19. 1. Cor. IX. 23. &c.) agit. Hæc *Analogia* B.D. Dannhawero dicitur *attributionis*, quandoquidem loci collati sunt subordinati sive alius ab alio dependet. Sic e. g. *Locus generalis* est, DEUM non esse causam peccatorum, nec velle eadem, qui habetur Ps. V. Jam in Scripturis occurrunt plurima loca, quæ eam præ se ferunt speciem, ac si DEUM causam malorum dicere vellent; ea itaque exponenda fuerint & cognoscenda è locô istô generali & perspicuo, nec ulla admittenda interpretatio, quæ stare non possit cum loco priori. Et talis analogia attributionis reverâ est argumentativa. Conf. Dannhaw. *Id. Bon. Interpr. p. 176.* & Olearius *p. 1507.*

§. 16.

Analogiam Scripturæ Sacræ dicimus concentum sive harmoniam locorum parallelorum. Ea vel est *adæquata*, cùm

cùm confertur locus alibi repetitus, vel typus cum antitypo, parabola cum data alibi explicatione, prophetia cum complemento: vel *similis*, quando conferuntur loca quadantenus analoga vel quoad *phrasin*, vel quoad *sententiam*: quæ *Analogia* poteſt dici *proportionis*, quæ requirit, ut ſalvâ fidei analogiâ locus datus ita exponatur, uti per alium declaratur, vel ne alteri contradicat, quâ de re Conf. Dannhawer. *Id. B. I. p. 171. ſ.*

§. 17.

Ἀλληλουχία conſiſtit in accurata collatione ſive conſideratione eorum, quæ Textum dubium antecedunt & conſeqvuntur. Ubi duo attendenda, *Ordo* & *Circumſtantiæ.*

§. 18.

Ordo eſt nexus membrorum orationis ſive συνάφεια è Logicâ obſervanda, quò multum conferunt in V. T. *Accentus*, de quorum autoritate ſuprà *c. 4.* egimus. Cùm verò hæc doctrina ab aliis *imperfectiùs* ſit tradita, quàm Scripturæ Sacræ ſcrutatori ſufficiat; ab aliis *intricatiùs*, quàm ut citra vivæ vocis ſubſidium capiatur; ab aliis *prolixiùs*, quàm ut occupatiores ad ſui cultum alliciat, nos

 operæ

operæ pretium facturos esse putavimus, si sub calcem hujus opusculi ostenderemus *Artificium facilè & citra anfractus ad cognitionem Accentuationis tàm Prosaicæ quàm Metricæ perveniendi.*

§. 19.

Circumstantiæ Textûs è *versibus* imò quandoque pro re natâ *capitibus* & *libris* antecedentibus & consequentibus sunt colligendæ, uti ostendit Franzius.

§. 20.

Dispiciendum verò cumprimis est 1. Quis loquens introducatur? 2. Quis scopus loquentis Sp. S. non modò *ultimus*, quem Christum esse ostendimus *in Theol. in nuce*, quæ nunc prodit *P. 1. f. Theol. Exeget. à p. 16. ad 94.* sed & *intermedius*, qui è crebra lectione & relectione totius libri est investigandus. 3. Quæ causa impellens & occasio dictorum? Item num thema quoddam ex professô, an incidenter tractetur? 4. Tempus. 5. Locus 6. Quis modus dicendi, scribendi & agendi adhibeatur? Conf. Dannh. *Herm. p. 342. f. & Id. B. I. p. 153. f. 161. f. 188.*

§. 21.

Media *externa* sive *inartificialia* sunt, quæ

quæ extrinsecus afferuntur ad commodiorem Scripturæ Sacræ interpretationem, non ut norma interpretandi, sed materia & subsidium interpretis. Suntquæ vel *Res* vel *Testes*.

§. 22.

Res desumuntur (1) ex *Logicâ*. Hujus sc. beneficio orationes enunciativæ à non-enunciativis, hypotheticæ à categoricis distingvendæ, contradictiones apparentes conciliandæ. Conf. Dannh. Herm. *p. 218. & Ideâ B. I. p. 87. s. - 124.* & Olearius *p. 1464.* (2) Ex *Rhetoricâ*, cujus ope orationes Tropicæ dignoscuntur à Propriis, exponuntur orationes parabolicæ, ænigmaticæ, proverbiales, figuræ Rhetoricæ &c. Ubi cumprimis commendatur *Rhet. S.* Glassii & conf. Dannhaw. *Herm. p. 251. s. & Id. B. I. p. 124. s.* & Olear. *p. 1477.* (3) Ex *Philosophiâ* reali tàm *speculativâ*, in specie *Metaphysicâ* & *Physicâ*, quàm *practicâ* (conf. D. Olear. *p. 1479. - 1490.*) unde desumenda cognitio definitiva notionum primarum: quò faciunt tum Lexica Philosophica, quale est Micrælii; tùm eorum opera, qui Philosophiam ad Scripturam Sacram & Theologiam applicuerunt

cuerunt e.c. Triumphus Bibl. *Alstedii*, Phil. Sobr. *Meisn.* Anti Photin. *Kesleri*, Methaphysſ. divin. *D. Calovii*, Physica & Ethica Mosaica *Lamb. Danæi* & *Conradi Aslaci Dani*, Sacr. Philosſ. *Fr. Valesii*, Historia Animal. *Franzii*, Hierozoica *Bocharti*, Arboretum Bibl. *Ursini*, *Levini Lemnii* Explicatio Similitudinum ac Parabolarum, quæ in Bibliis ex herbis atque arboribus desumuntur, de Gemmis Scripturæ Sacræ *Ruellii* & similia. In subsidium quoque alicubi vocanda tùm *Jurisprudentia* in rectè explicandis terminis *Testamenti*, *Depositi* 1. Tim. VI.20. 2. Tim. I.14. & similibus, ut & meliùs intelligendis Legibus forensibus Mosaicis, quò spectant *Pithæi* collatio Legum Mosaicarum & Romanarum, *Conradi Heresbachii* Epitome Jurisprudentiæ Christianæ, in quâ Leges Mosis elegantissimô ordine digessit, *W. Zepperi* de Legibus Mosaicis forensibus, *L'Empereur* Bava Kama, *Seldeni* de J. N. & G. &c. tùm *Medicina*, quando e.c. morborum *Dev. 28.* fit mentio, vel similitudines è Medicinâ occurrunt, quò facit præter Alsted. Med. Sacr. *in Triumph. p. 281. s.* & Vallesii *Philos. s.* Grossii Compend. Medicinæ

dicinæ è S. Literis depromptum. Conf. D. Olear. *p. 1492. ſ.* (4) Ex Geographia, unde lux eſt *circumſtantiæ Loci.* Commendatur hîc præ aliis Theatr. Terræ S. *Adrichomii*, Itinerarium *Büntingii*, Chorographica Horis Lightfootianis præfixa. (5) E *Chronologia*, unde lux *circumſtantiæ Temporis:* In V. T. conf. Torniellus, in N. Baronius & ad eum Caſaubonus, in utroque Joſ. Scaliger *de Emend. Temp. & Notis ad Euſeb.* Sethus Calviſius, D. Strauchius *in Compendio Chronologiæ* & præ aliis Dn. D. Calov. *in Chronica Bibl.* (6) Ex *Hiſtoriâ* coævâ ſeu collatione Synchroniſmorum, quæ peti poteſt è Micrælii *Syntagmate Hiſt. Prof. & Eccleſiaſt.* Chriſt. Matthiæ *Theatro Hiſt.* Tob. Wagneri *Inſtitutionibus Hiſt.* & conf. Dannhaw. *Ideâ B. I. p. 154.* Cumprimis verò huc referenda eſt *Hiſtoria Rituum*, de quibus multi ſeorſim, aliqui de multis ex profeſſo ſcripsêre, uti patebit è digreſſione noſtrâ paulô infrà inſtituendâ, quam hîc è re fore omninò cenſuimus: Conf. Dannh. *Herm. 315. ſ.*

§. 23.

Teſtes vel ſunt *Paraphraſtæ* vel *Exegetæ.*

§. 24.

Paraphrastæ sunt, qui textum originalem transtulêre κατὰ πόδα in aliud idioma notius, de quibus infrà dicetur, *Capp. 8. 9. 10. 11, 12. 13.*

§. 25.

Exegetæ sunt, qui sensum Scripturæ Sacræ fusiùs illustrârunt, additis sententiæ suæ fundamentis & refutatis aliorum παρερμηνείαις. Suntque vel *Ebræi* vel *Christiani*: Ex illis cumprimis commendantur textuales, quales R. Abr. Aben Esra, R. Saadia Gaon, R. David Kimchi ejusque compilator R. Sal. ben. Melech: è diffusioribus optimus est Don. Isaac Abravanel, in Christianos tamen oblatâ occasione iniquior. Cœterùm de usu lectionis Talmudico-Rabbinicæ in Exegesi Scripturæ Sacræ & S. Theologia dicemus infrà *c. 15.* simulque factâ digressione *de compendiariâ ratione intelligendi Scripta Rabb. & Talmudica* σὺν Θεῷ ostendemus, non esse hoc studium insuperabile, vel laborem impensum usu majorem.

§. 26.

Christiani vel *in universam Scripturam* commentati sunt sive breviùs sive fusiùs,

fusiùs, ùt ordinarii glossatores Rabus, Strabus, Lyranus, tùm Tostatus Vatablus, Corn. à Lap. Menochius, Sa, Tirinus, Estius; è Reformatis Junius, Belgæ; è nostris Osiander, Vinarienses, Dn. D. Calovius. Conf. D. Calovius *Bibl. Illustr. Præl. gener. p. 8. s.* & Matth. Polus *T. 1. Præf. ad Lect.*

§. 27.

Horum, qui vel *in plerosque* vel *aliquos Scripturæ Sacræ libros* commentaria edidere, plures sunt, quàm ut numerus iniri queat: Nos eos præ cœteris commendamus, quos novimus à notitiâ lingvarum originalium & aliis adminiculis paratiores & instructiores fuisse. Selectum Exegetarum adhibiturus contentus esse poterit, si ex iis, qui totam Scripturam Sacram illustrârunt, in promptu habeat ad sensum literalem rectè pernoscendum Biblia Junii, Osiandri & Vinariensia, (quibus non ineptè jungentur Notæ Belgicæ) ad varias autorum sententias lustrandas Synopsin Poli & Comm. Corn. â Lap. ad vindicias Locorum controversorum Biblia Illustrata Magnif. Dn. D. Calovii, quibus ob entheam svadam accedant Scripta

Lutheri (quorum Indicem Biblicum vid. ap. Conr. Portam *in Pastoral. Luth.* *p. 122. s.* Calovium in calce Isag. & Dn. D. Sagittarium Indice 3. in Tomos Luth. Altenburg.) atque Brentii, ex iis verô, qui singulis libris operam impenderunt, sequentes:

In Pentateuchum Varenius, Joh. Ad. Osiander & è Pontif. Hier. ab Oleastro, Jac. Bonfrerius, Leonh. Marius, Jansenius.

In Genesin è nostris B. Lutherus, Lyserus, Gesnerus, Rungius, Gerhardus, Calovius, (quibus addi possunt Waltheri Spongia & Selecta Mosaica) è Reform. Mercerus, Rivetus, Chr. Cartwrightus; & è Pontif. Delrio, Ascan. Martinengus.

In Exodum Rungius, Rivetus, Cartwrightus.

In Leviticum Franzius *in Scholâ Sacrific.* Lorinus, Serarius.

In Numeros Joh. Wolfius.

In Deuteron. Chytræus, Gerhardus.

In Josuam è nostris Chytræus, Balduinus; è Pontif. Masius, Serarius, Bonfrerius; è Reform. Lavaterus.

In

In Judices Chytræus, Balduinus, Serarius, Bonfrerius, Lavaterus, Wolfius.

In Ruth Balduinus, Serarius, Bonfr. Sanctius, Didacus de Celada, Gabr. à Costa, Lavaterus.

In LL. Samuelis & Regum Sanctius, Serarius, Petr. Martyr.

In LL. Paralip. Sanctius, Serarius, Martyr, Lavaterus.

In Esdr. & Nehem: Sanctius, Wolfius.

In Estheram Sanctius, Serarius.

In Jobum Pineda, Mercerus, Coccejus, & è nostris D. Christ. Scultetus, D. S. Schmidius.

In Psalmos è nostris B. Luth. Gesnerus, Geierus; è Pontif. Genebrardus, Bellarm. Lorinus, Jansenius, Sim. de Muis; è Reform. Marloratus, Viccars in Decaplis.

In Proverbia D. Geierus, Mercerus, Lavaterus, T. Cartwrightus, Lorinus, Salazar.

In Ecclesiasten Geierus, Jacob. Matthiæ, Mercerus, Lavaterus.

In Cantic. Pintus, Sanctius, Mercerus, Durfeldius, Gerhardus *in Postilla Salomonea.*

In Prophetas Majores Sanctius & Chr. à Castro.

In Esaiam Varenius, Forerius, Hector Pintus, Leo à Castro.

In Jeremiam Hülsemannus, Lavaterus, è Pont. Mich. Ghislerius, Maldonatus.

In Threnos Tarnovius, Lavaterus, Pintus.

In Ezechielem Villalpandus, & Hieron. à Prado, Pintus, Polanus.

In Danielem D. Gesnerus, Geierus, Svaningius, Polanus, Pintus, L'Empereur *ad Jacchiadem.*

In Δωδεκαπρόφητον Tarnovius, Coccejus, Ribera, Chr à Castro.

In Hoseam Meisnerus, Gesnerus, Rivetus, Mercerus, Polanus.

In Joëlem & *Amos* Gesnerus, Mercerus.

In Obadiam Gesnerus, Mercerus, quibus addi potest Examen Abrav. in Obadiam à nobis editum A. 1666.

In Jonam Krakewiz, Mercerus, Gabr. à Costa, quibus add. Prælectiones nostræ in Jonam ed. A. 1671.

In Michæam Chytræus, Höpffnerus.

In Nahum Pintus, Chytræus, Lud. Crotius.

In

In Habacuc Chytræus.
In Sophoniam Urb. Regius, Bucerus.
In Hagg. Zacchar. & *Malach.* Balduinus, Zach. Schilterus, Varenius.
In N-T. Aug. Marloratus, Glossa Flacii, Notæ Schmidii & aliorum.
In IV. Evangelistas Harmonia Evang. Chemnitio-Lysero-Gerhardina.
In Matthæum Hunnius Gerhardus.
In Marcum & Lucam Fr. Lambertus, Winkelmannus.
In Joh. Tarnovius.
In Acta Arcularius, Joh. Tob. Major, Lorinus, Sanchez.
In Epistolas Paulinas Balduinus, Hunnius; Et è Pontificiis Ben. justinianæus.
In Epist ad Romanos Wellerus, Weinrich, Mylius.
In Epist. ad Gal. Kunadus, Quistorpius.
In Epist. Petrinas Gerhardus, Lorinus, Gomarus.
In Epist. ad Ebræos Gerhardus.
In Epist. Jac. Brochmandus.
In Apocal. D. Hoë, Cluverus, Chytræus, Dn. D. J. Andr. Lucius. Plures dabunt Bolduanus *Bibl. Theolog.* Draudius *Catal. Classico*, Sixt. Senensis *Bibl. Sacr.* Ant. Possevinus *App. Sacr.* Ad-

Addi quoque poterunt nonnulli, qui loca Scripturæ Sacræ quædam vindicârunt sive *à Judæis* ut *Helvicus* in Elencho, *Müllerus* in Judaiſmo, *Jac. Martini* de 3. Elohim, *Havemannus* in der Wege-leuchte/ *Hulſius* in Theol. Jud. *Hoornbeec* de Conv. Jud. &c. ſive *ab Hæreticis*, uti Theologi Orthodoxi in Scriptis Polemicis, Gerh. præſertim *in Locis*, Dn. D. Calovius *in Syſtemate*, D. Schmidius *in Collegio Biblico*, Cramerus *in Schol. Prophet.* Hunnius in *Calv. Jud.* & *AntiParæo.* Hülſemannus & König *in Vindiciis*, Feuerbornius in *AntiEnjedino &c.* In conciliatione Locorum in ſpeciem contrariantium laudabilem operam præ aliis præſtitit B. Waltherus in *Harm. Bibl.* Denique non poſthabenda, cum Judicio tamen legenda ſunt diligenti Sacr. literarum interpreti, tùm eorum opera, qui quamplurima, præſertim obſcura & difficilia Scripturæ Sacræ loca vel juxta ſeriem Biblicam vel ſparſim è lingvis originalibus eviſcerârunt & illuſtrârunt, qualia, præter illa quæ ſuprà §. 10. laudavimus, ſunt ſequentia: L. de Dieu *Animadv. in V. & N. T.* Hakſpanii *Notæ Biblicæ, Sylloge, Miſcellanea,*

Tr.

Tr. ad Nizzachon. &c. Sixt. Amamæ *Cens. Vulg. in Pentateuch. & Antibarbarus Bibl.* Anton. Creguti *Revelator Arcanorum s. in diffic. Pent. loca Genev.* 1661. Franzii *Tract. de Interpr. Scripturæ Sacræ*, Magn. D. Calovii *Criticus Sacer*, Tarnovii & Waltheri *Exercitationes Biblicæ*, Alb. Vogtii *Delic. S. & Miscellanea Biblica*, Noldii *Notæ ad Concord. Partic.* Buxtorfii *AntiCrit. Exercit. & Dissert.* Wasmuthi *Vindiciæ Textûs Ebr.* Ursini *Analecta*, Dilherri *Disp. Phil. Tom. II.* Edv. Leigh *Critica S. sive Observ. Philol. in radices V. & N. T.* Glassii *Philologia Sacra*, Hottingeri *Thes. Phil. Miscell. Analect. Enn. &c.* Fesselii *Adversaria Sacra*, Edw. Pokokii *Porta Mosis s. notæ Miscell. in Dissertationes Misnicas Maimonidis*, Thom. Gatakeri *Cinnus sive Adversariorum Miscell. L. II. & Antipsochenius*, Martini de Roa *Singularia locorum & rerum Scripturæ Sacræ*, Joh. Dongh-tegi Angli *Analecta*, Mayeri *Philologia Sacra*, Drusii, Zechneri & Delrio *Adagialia Sacra*, Arnoldi Bootii *Animadv. Sacræ*, Alloysii Novarini *Schediasmata varia*, Rittershusii *Lectiones Sacræ*, quibus addi possunt nostra *Dubia Vexata*,

xata Scripturæ Sacræ & *Exercitationes Biblicæ* atque similia. Novi T. locis præter supra §. 10. citata lucem fœnerabuntur Joach. Camerarii *Notatio fig. in N. T.* Heinsii *Exercitationes in N. T. & Aristarchus sacer*, Bald. Walæi & Joh. Pricæi *Notæ in N. T.* Croji *Observ.* Lightfooti *Horæ*, Spanhemii *Dubia Evang.* Sculteti *Exercit. Evangelicæ*, Vorstii *Phil. Sacra* ejusdemque & Joh. Schotti *Adagia N. T. &c.* tùm eorum meletemata, qui certos ex instituto textus occupârunt, ita tamen ut delectus adhibeatur, neque quælibet quorumlibet prima tentamenta aggerantur, sed ea modò colligantur, quæ à Viris eruditis & peritis sunt profecta, qualia sunt e. g. ista: Gen. I. *de Operibus Creationis* Hotting. Chr. Schotanus & Kippingus. c. II. 8. s. *de Paradiso* Dav. Christiani, Hottingerus, Joh. Hopkinsonus, J. Fr. Nicolai. c. III. 14. s. de *Prot-Evangelio* Helvicus. c. IV. 1. *de Desiderio & votivâ Exclamatione Evæ* Helvicus, Henr. Opitius. c. IV. 8. *de Colloquio Caini & Abelis* Diss. nostra. c. V. 24. s. *de Henocho* itidem nostra. c. VI. v. 4. *de Nephilim s. Gigantibus* Conr. Tib. Rango·

go·

go. c. VI. 14. *de Arcâ Noæ* J. Buteo in Crit. Angl. Matth. Hoſtus in Tr. de Menſuris p. 471. ſ. c. XI. 4. *de Turri Babel* Joh. Joach. Zentgraf. c. XIV. *de Melchiſedech* Hottinger Ennead. C. Hoffman. c. XIX. *de Statuâ Salis* D. Baumann & Chr. Tieroff. c XXII. 1. *de Terra Morija* Liebentanz: *de Δοκιμασίᾳ Abrahami & ligatione Iſaaci* Hottinger Ennead; Friſchmuth Diſſ. V. c. XXX. 14. *de Dudaim* Druſius, Ravius, Liebent. Deuſingius c. XXXI. 19. ſ. *de Teraphim* Dilherrus & nos in Exerc. Bibl. c. XXXV. 16. *de Sepulchro Rachelis* D. Strauchius. c. XLI. 43. *de Abrech* J. Ern. Gerh. Mich. Boocius. c. XLI. *de Titulo Joſephi* noſtra in Exerc. c. XLIV. 5. *de Scypho Joſephi* Tieroff. c. XLIX. 10. *de Schilo* An. Weberus de C. Salv. Varenius Decad. Moſ. Altingius, Sennertus, Mart. Helvicus, G. Er. Phaletranus & nos in Exerc.

Exod. c. IV. 24. ſ. *de Circumciſione Zipporæ* Friſchmuth c. XII. 1. ſ. *de Agno Paſchali* D. G. Mœbius c. XII. 40. *de Annis Abramid.* Strauchius c. XVI. *de Manna* Buxtorfius, Liebent. Deuſingi-

singius. c. XVII. &c. de *Petra in deserto* Buxt. Exerc. c. XXV. 10. &c. *de Arcâ fœderis* Buxt. Exerc. c. XXV. 18. f. *de Cherubim propitiatorii* Liebentanz Diss. II. c. XXVIII. *de Urim & Thummim* Buxt. M. Viccius &c. v. 36. f. de *Frontali Aaronis* Liebentanz cap. XXXII. *de* μοσχολατρεία *Israël*: D. Mœbius. c. XXXIV. 25. *de Facie Mosis cornuta* Liebentanz.

Levitic. VI. IX. *de Igne Sacro* Buxtorf. Exerc. c. XVI. *de Hirco emissario* Frischm. D. II. c. XVIII. *de Conjugio comprivignorum* Joh. Cothmannus & Sam. Bohlius.

Num. XVI. *de Descensu factionis Korachicæ ad inferos* Mœbius D. II. c. XVII. *de Virga Aaronis* florida Chr. Kortholt. c. XIX. *de Vacca russa* Carpzovius D. II. c. XXI. *de Serpente æneo* Buxt. Mœbius, Saubertus. c. XXII. f. *de Historiâ Bileami* Mœbius Diss. VI.

Deut. XVI. 10. *de ficta appellatione Missæ* Jac. Röser. c. XVII. 14. *de Rege Israël* Taddelius & Frischmuth. c. XXXIV. v. 5. *de Sepultura Mosis* J. E. Gerh.

Jos. X. *de Statione Solis* Botsaccus F.

Jud.

Jud. XI. 31. s. *de Voto & facto Jephtæ* Dannhaw. Cappellus, Kippingus, Ant. Rom. & noſtra Diſſ. c. XV. *de Vulpeculis Samſonis* Hilliger.

I. Sam. XVII. *de Monomachia Dav. & Gol.* Matt. Hoſtus. c. XXVIII. *de Spectro Endoreo* Mich. Kothardus, Bernh. Waldſchmidt, Bened. Hahn.

II. Sam. XVIII. 18. *de Crethi & Pleti* Henr. Opitius c. XXI. *de Judicio DEI adv. poſteros Saulis* D. Mœbius Diſſ. IV.

I. Reg. IX. X. *de Navigatione Ophiriticâ* Mart. Lipenius.

II. Reg. V. *de Petitione Naamanis* D. Qvenſtedt.

Job. XIX. *Fides Jobæa* Meiſneri.

Pſ. I. *de* Εὐδαιμονολ. *Dav.* Wellerus & Sennertus. Pſ. XVI. 10. *de Meſſia in ſepulchro non relinqv.* Friſchmuth. Pſalm. XXII. 17. *de Caari cruce Criticorum* Sennert. Friſchmuth & nos in Exerc. Pſ. XL. 7. *de Unica Meſſ. Hoſtia* Friſchm. Pſ. CX. 1. ſ. *de Seſſione Chriſti ad dextram Patris* Dorſch. in Pentad. Waſm. Vind.

Eſ. II. 1. *de Evang. Sione egreſſuro* Friſchm. c. IX. 6. *de Proſopogr. Meſſiæ* idem c. XI. 1. ſ. *de Characteribus Meſſiæ* idem

D. II. c. XXXVIII. 10. *de Precibus Hiskiæ* El. Taddelii. c. XLI. 25. *Salus ab Aquilone & Orient.* Cundiſ. c. LIII. *de Meſſ. patiente* D. Geier, L' Empereur, Slevogt.

Jerem. III. 14. *de non ſperanda Arcæ Reſtitutione* Friſchm. c. XXIII. 5. de *Jehova juſtitia noſtra* idem. c. XXXI. 22. *de Muliere Virum circumdante* D. Dorſch. Pent. M. Habichhorſt. c. c. XLIV. 17. ſ. *de Melechet cœli* Friſchm.

Ezech. IX. 4. *de Signaturâ ſuſpirantium* Fr. Kettner. c. XIV. 9. *de Propheta errante* D. Geier.

Dan. II. *de Statuâ* τετραμετάλλῳ Strauchius c. III. 25. *de Furno Babylonico* Hoffman. c. V. 25. ſ. *de Cryptographia* Liebent. Hilliger. c. VII. 13. *de Filio hominis ad Antiqvum dierum delato* Carpzovius. c. IX. *de LXX. Hebdomad. Danielit.* Mayerus, Helvicus, Strauch, Friſchm. Weber &c. c. XII. *Imago Antichriſti* Seb. Starck.

Hoſ. XI. 7. M. Nicolai.

Joël. II. 28. ſ. Cundiſius.

Mich. V. 1. *de Harm. Mich. & Matt.* Weber, D. Henrici, D. Qvenſtedt, Friſchmuth &c.

Hagg.

Haag. II. 7. ſ. *de Gloria Templi ſecundi* Weber, Friſchm.

Zach. VI. 12. *de Zemach* D. Qvenſtedt. c. XII. 10. ſ. *de Meſſia confixo & plangendo* Friſchm.

Mal. III. 1. ſ. *de Angelo fœderis* Friſchm.

Ita etiam ad illuſtrationem locorum N. T. faciunt, quæ Clariſſ. J. Friſchmuth *de Sabbato* δευτεροπρ. *Piſcinâ Bethesdæ, Eli Eli lama &c.* Dn. Balth. Stolbergius, amicus noſter honoratiſſimus, *de Victu & Amictu Joh. Bapt. Pane* ἐπιουσίῳ, *Korban, ad LL. Joh. VIII.* 25. 2. *Tim. II.* 15. *&c.* aliique in ſpecie edidêre.

Quibus ita expeditis nil ſupereſt hâc vice, niſi ut Rituum Sacrorum Scriptores, quemadmodum ſuprà recepimus, aliquanto πίονι μέτρῳ admetiamur.

DIGRESSIO
De
RITIBUS ET MORIBUS VET. EBRÆORUM.

NOndum omnia in ſacratiori Philologiâ occupata eſſe, vel inde manifeſtum eſt, quod adhuc deſideramus ju-

ſtum Antiquitatum Sacrarum Syſtema è *Sacris Literis, pandectis Talmudicis, ſcriptis Maimonidis & aliis Judæorum ritualibus*, collatis ſimul aliarum gentium conſvetudinibus, concinnatum, unde ſanè quamplurimis Scripturæ Sacræ locis lux magna affulgere poſſet. Etenim ſpecimina modò quædam ſunt & ne perfectione quidem partium gaudent, quæ ſuis de Republ. Ebr. libris complexi ſunt *Carol. Sigonius*, *Petrus Cunæus* & *Joh. Steph. Menochius*, vel *Matth. Flacius* Clav. SS. P.2. Tr.6. habet *de neceſſitate cognitionis variarum rerum potiſſimùm in communi vita exiſtentium, tum omnibus gentibus communium, tum Iſraëlitis propriarum ad intellectum ſermonis Sacrarum Literarum*. Vel ſub titulo *Antiquitatum Ebraic. Biblicarumve* extant *Ar. Mont. Joh. Cunr. Dieterichii, Thomæ Goodwyni, Pauli Scherlogi, Joſ. Arndii* & aliorum monumenta. Neque rem adhuc conficiunt (ut ut aliàs laude ſuâ minimè careant) *Buxtorfii* Synagoga Judaica, *Leusdenii* Philologus Ebræo-mixtus, *J. H. Ottonis* Lexicon Rabb. Philologicum, *Hottingeri* Compend. Theologiæ Judaicæ in Enneade Diſſ. & jus Ebræorum & ſimilia.

lia: nam vel pleraque vergunt ad modernorum potiùs verpulorum quàm ad veterum Ebræorum ritus atque instituta, vel nonnihil deest in ordine & methodô, vel debita denique desiderari potest rituum ad loca Scripturæ Sacræ applicatio, quod tamen salvâ dixerim reverentiâ, quam immortali tantorum virorum famæ debeo. Quæ verò præterea alii vel sparsim (uti *Joh. Lightfootus* in Horis Hebr. *Seldenus* de J. N. & G. & alibi, *Mart. de Roa* in Singularibus Scripturæ Sacræ aliive) vel sigillatim (uti suis locis deinde citandi) occupârunt, rem conficerent fortè omnia, non singula; quæ verò undiquaque conquirere, inq; suos convertere usus cujusvis non est. Quoniam verò *Systema Antiquitatum* olim à nobis affectum hucusque conficere non licuit, ejus σκιαγραφίαν saltem in gratiam eorum, quorum fortè interest, hîc exhibere visum est, ita ut lectorem simul amandemus ad eos autores, unde aliqua in rem præsentem peti queant, ubi quandoque brevitatis studio nominum compendia adhibuimus sequenti modô intelligenda:

BS. Buxtorfii Synagoga Judaica.
DV. Dubia noſtra Vexata Scripturæ Sacræ ed. A. 1679.
HC. Hottingeri Compendium Theologiæ Judaicæ ſubjunctum Enneadi Diſſ. Heidelb. p. 213. ſ.
JE. Hottingeri Jus Ebræorum.
LH. Lightfooti Horæ Ebr. Talm. in IV. Evang. ex edit. D. Carpz.
LH. II. Ejusdem Horæ in Acta Ep. ad Rom. & 1. Corinth. ex edit. Carpzovii.
LP. Leusdenii Philologus Ebræo mixtus.
LT. Buxtorfii Lexicon Talmudicum.
OL. Othonis Lexicon Rabbinico-Philologicum.
SA. Specimen noſtrum Antiquitatum Sacrarum ed. A. 1667.

Sequitur

ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑ SYSTEMATIS ANTIQVITATUM EBRAICARUM.

LIB.

LIBER PRIMUS

De IDOLOLATRIA VETERUM EBR.

Cap. I. ע״ז DE IDOLIS IN SCRIPTURA SACRA MEMORATIS IN GENERE. Dion. Voſſius *notis ad Maim: Tr. de Idololatria:* Seldenus *de Dis Syris*: Ath. Kircherus *in Pantheo Ebr. Oedip. T. 1. Syntag. 4.* Hottingerus *Primit. Heid. p. 382. ſ.* Leusdenius *Philol. Ebr. Mixt. Diſſ. 42. ſ.* OL. 251. Kippingus *Antiqv. l. 1. c. 6.*

Cap. II. תרפים DE IDOLIS LABANI. v. citati in Dub. Vex. 176-181. & pecul. Diſſert. noſtra & Dilherri. LT. 2660. 2664.

Cap. III. עון העגל DE VITULO AUREO. Dub. Vex. 282-284. Mœbii Moſcholatria Iſraëlit.

Cap. IV. בעלים ועשתרות DE BAALIM ET ASTAROT. D. Vex. 384-390. Friſchmuth *de Melechet cœli.*

Cap. V. מולך DE MOLOCH ET VALLE TOPHET. Dub. Vex. 803-805. 930-933. & P. 2. p. 13. LH. 11. 72.

Cap. VI. דגון DE DAGONE. Dub. Vex. 416. ſ.

Cap. VII. אלהי השמרונים DE DIS COLONORUM SAMARIÆ D V.513-515.

Cap. VIII. בכית תמוז DE FLETU TAMMUS. Dub. Vex. 868-870.

Cap. IX. כיון וזולת DE REMPHAM ET ALIIS. Dub. Vex. 928. ſ. & P. 2. p. 54. LH. II. 74.

Cap. X. מלאכת כשוף DE STUDIO MAGICO a. *Judæorum*, ubi & de בת קול ſ. FILIA VOCIS. b.

a. Faſc. Diſſ. 1. p. 13. OL. 354. LT. 1. 2. 36. 471. 2057. 255. 1645. 1899. 2063. 2320. LH. 446. 855. JE. p. 386. 388. Cunæus Rep. I. 1. c. 12.

b. OL. 68. LH. 241. LT. 320. 553.

LIBER SECUNDUS

De

LOCIS SACRIS.

Cap. I. אהל מועד DE TABERNACULO. Dub. Vex. 496 ſ. LP. d. 38.

Cap. II. בית בחירה DE TEMPLO HIEROS. & ſeorſim de בית שני TEMPLO SECUNDO D V. 427. ſ. & magno numero citati p. 468. LH. 58. ſ. BL. T. 2397. OL. 637. LP. d. 38. Seld. J N. & G. l. 3. c. 6.

Cap.

Cap. III. שערי המקדש DE PORTIS TEMPLI Dub. Vex 474. OL. 472 LT. 856. 547.

Cap. IV. עזרות DE ATRIIS TEMPLI Dub. Vex. 477. OL. 55. 475. LT. 1594. 2298.

Cap. V. לשכות המקדש DE CONCLAVIBUS ET CELLIS TEMPLI. Dub. Vex. 479. OL. 125. LT. 713. 127. 768. 838.

Cap. VI. מזבח העולה DE ALTARI HOLOCAUSTORUM Dub. Vex. 482. OL. 26.

Cap. VII. אש מן השמים DE IGNE COELESTI SACRORUM Dub. Vex. 291. f. JE. p. 177. 192. Buxt. Exerc.

Cap. VIII. הקדש DE FANO SIVE SANCTO EOQUE CONTENTIS. Dub. Vexat. 484. OL. 584.

Cap. IX. קדש הקדשים DE ADYTO SIVE SANCTO SANCTORUM. Dub. Vexat. 486.

Cap. X. ארון הברית DE ARCA FOEDERIS. Dub. Vex. 487. Buxtorf. Exerc.

Cap. XI. כבוד המקדש DE NOTABILIBUS TEMPLI. Dub. V. 488. f. LT. 1048.

Cap. XII. בית שמרון וחוניו DE TEMPLIS ÆMULIS. Dub. Vexat. 491. f. LH. 104.

Cundisius Disp. Isag. 3. in Tom. 3. Gerh. p. 142. LT. 794.

Cap. XIII בתי כנסיות De Synagogis Dub. Vex. 492. OL. 623 LH. 70. 247. 775. BS. c. 10. HC. 283. s. Christ. Bornitius Disp. III. LT. 1055. 1056. 1094. 730. 295. 2093. s.

LIBER TERTIUS

De

PERSONIS SACRIS ET MINISTRIS SACRORUM.

Conf. Godofr. Cundisius *Disp. Isag. ad T. 3. Gerh. Disp. 6. p. 123.* de Personis Sacris.

Cap. I. כהן גדול De Pontifice LP. D. 27. Cunæus R. E. l. 2. c 1. s. Seld. de Success. in Pontificatum. LH. 744. 1115-1118. & de סגן s. Suffraganeo ejusdem Seld. Succ. l. 2. c. 1. *LT.* 1435. 1436. Coccejus Sanh. p. 22. *LT.* 1223. 1435. s. 2164.

Cap. II. אורים ותומים Urim Et Thummim. OL 674. *LT.* 45. Buxtorf. Exerc. M. Frid. Viccius & alii citati D. V. p. 279.

Cap.

Cap. III. כהנים הריוטות DE SACERDOTIBUS ECRUMQVE MINISTERIIS. OL. 134. f. 425. 533. LH. 708. JE. 126. HC. 277. f. Seldenus *de Succ. in Pontif.* Cundisius l. c. p. 132. Cunæus R. E. l. 2. c. 8. de Bened. Sacerdotali Buxtorf. *in calce Synag. Jud.* M. Häner, LT. 1017. 1622. 1623. 975. 1267.

Cap. IV. לוים ונתינים DE LEVITIS ET NETHINÆIS. *OL.* 325. Cunæus l. 2. c. 11. LT. 1409. 1443.

Cap. V. נזירים בני רכב חסידי DE NASIRÆIS, RECHABITIS, HASIDÆIS. *OL.* 397. Hott. Thes. Phil. LP. D. 22. *LT.* 1326. 799.

Cap. VI. נביאים DE PROPHETIS CL. Ant. Borremansius, *OL.* 489. D. Hülsem. *Præf. Com in Jerem.* D. Calovius *Bibl. Illustr. præf. in Proph. T. 1. p. 2. p. 647. seq.* Hott. *Thes. Phil.* Cunæus l. 3. c. 7.

LIBER QVARTUS

De

SACRIS ACTIBUS ET CEREMONIIS.

Conf. Cundisius *Isag. Disp. 6. p. 133. s.* de Rebus Sacris sc. Sacrificiis, Sacramentis & similibus.

Cap.

Cap. I. הלכות מעשה הקרבנות De Sacrificiis et Oblationibus, harumque differentiis et solennibus. OL. 549. LH. 661. 1121. Ursinus *Misc. l. 4.* Rob. Sheringham *in Joma.* Franzius *Schola Sacrif. præsertim Disp. 13.* H. Cloppenburg. JE. 120. 153. 158. 161. 182. 184. 185. 186. 196. 144. 166. 168. 171. HC. p. 320. s. LT. 1980. 124. Micrælius *Synt. Hist. Eccl. l. 1. p. 114. s.* Pokoken. *ad Portam Mosis p. 259. s.* Sigonius *de Rep. Ebr. l. 4.* Cundisius l. c.

Cap. II. הלכות פרה אדומה ועגלה ערופה De Vacca ruffa a. & juvenca decollata b.

a. Dub. Vex. 331. s. OL. 668. s. D. Carpzovius duabus doctissimis Diss. LT. 2040.

b. OL. 310.

Cap. III. עזאזל De Hirco emissario Dub. V. 297-301. Rob. Sheringham *in Joma c. 3-6.* Frischm. Diss. de hirco emissario, Buxt. LT. 504. 649. 2050.

Cap. IV. הלכות קטרת De Suffitu a. & de שמן המשחה s. Oleo b. unctionis.

a. OL. 617. LH. 715. Sig. l. 4. c. 13. Buxt. LT. 11. 12. 1785. 2608. 2023. JE. 130. 139.

b. SA. p. 77. OL. 429. 669. Seld. succ. in Pon-

Pontif.l.2.c.9.Balth.Scheidius pec.Diss. LT. 445.1267.LH.646.Schick.de J.R. c.1.Th.4. JE. p.136.138.139.

Cap.V. הלכות תרומות מעשרות בכורים ומתנות עניים De PENSIONE TRUMARUM, a. DECIMARUM, b. ET PRIMITIARUM, c. ET RELIQVIARUM PRO PAUPERIBUS. d.

a. OL.658. JE. p.98. LT. 555.2505.

b. SA.21.f. OL.151.155. LH. 431. Sixt. Amama de Decimis, Seld. J.N. & G. l.6.c.6.LT. 20. 110. 112. 3?9. 412. 5?0. 850. 914. 1258. 1542. 2099. 2100. 2324. 265?. f. JE. p.98.

c. OL.484. LH. 549. JE. p 89.

d. OL.19. 333. 500. JE. p.314. 317. 344. 345. LT. 1393. 1409. 1687.

Cap. VI. הלכות מילה De SOLENNIBUS a. CIRCUMCISIONIS, ubi & de משיכת ערלה sive EPISPASMO. b.

a. OL. 112. LH. II. 194. BS. c.4. JE. p.9. HC. p. 324. f. Seb. Schmidius pec. Tr. Cunæus l.3.c.5. LT. 1174. 1668. 119. 333.1833. Frischmuth de Circumcisione Zipporæ.

b. SA.76.f.D.Jerem.Lossius pec. Diss. LT. 1274-1277.

Cap.

Cap. VII. הלכת ספר תורה וקריאת פרשיות והפטרות DE LECTIONE LEGIS ET PROPHETARUM. S. A. p. 70-73. *OL.* 237. 320. *LH.* 761. *LH.* II. 271. vide & suprà *cap.* 1. *sect.* *aphorist.* & *problemat.*

Cap. VIII. הלכות ברכות DE BENEDICTIONIBUS SIVE CONSECRATIONIBUS RERUM *OL.* 81. *LH.* 474. 479. *LT.* 12. 256. 267. 419. 623. 702. 1427. 2163. 2098. BS. p. 197. f. 254. f.

Cap. IX. הלכות תפלה DE RITIBUS PRECANTIUM *OL.* 476. *LH.* 292-298. *LH.* II. 31. *LH.* II. 210. 238. HC. 255. f. *LT.* 1022. versus templum 259. preces mensæ 677. obserationis 1361. earum clausula 846. appendix Krubaz 2124. Amen OL. 30. Dub. Vex. 63. f.

Cap. X. הלכות תפלין וציצית וטלית DE PHYLACTERIIS ET ZIZIT. S. A. 29-34. Dub. Vex. 258-260. 326-329. OL. 656. Wagenseil in Sota 397. seqq. BS. c. 9. LT. 1743-1749. 2105. 2671. 1703. 1908. f. 869. 870. 196. 677. 2031.

Cap. XI. אבות הטומאות והלכות הטהרות DE VARIIS POLLUTIONUM GENERIBUS ET PURIFICATIONIBUS. *OL.* 273. 496. LH. 309. 365. f. 734. 761. 764. 807. f. BS. c. 5. 42. J E. p. 230. 234. f. 248-266. HC.

HC. p. 327. LT. 882. ubi non modò de טבילה f. IMMERSIONE CORPORIS sed & de נטילת ידים LOTIONE MANUUM *OL*. 334. 356. Buxt. Diss. VIII. p. 397. f. *LH*. 619. 807. Hott. *Primit. Heidelb. p. 81.* conf. *LT*. 853. 2594. 849. 1335. 815. 580. 2127.

Cap. XII. הלכות טומאת צרעת DE LEPRA CORPORUM, ÆDIUM ET VESTIUM. D. V. 295. f. *OL*. 323. *LH*. 861. 310. f. JE. p. 235. 246. 260. Buxt. in calce Cosri ex Abrav. *LT*. 1943. Aloys. Novarinus l. 1. Schediasm. c. 10.

Cap. XIII. הלכות תשובה DE RITIBUS POENITENTIUM. *OL*. 467. *LH*. 739. HC. p. 252. Hilpertus Tr. *LT*. 933. 2338.

Cap. XIV. הלכות נדרים DE VOTIS *OL*. 673. Seld. J. N. & G. l. 7. c. 2. *LH*. 368. Conf. citati *de voto Jephtæ* D. V. 396. *LT*. 827.

Cap. XV. הלכות תעניות DE JEJUNIIS *OL*. 256. Menoch. l. 3. de R. E. c. 12. q. 3. f. D. Geier de *Luctu* Ebr. c. 20. p. 348. Dallæus *de Jejuniis*, Sigonius l. 4. de Rep. Ebr. c. 18. Maim. Tr. de Jejuniis verso à D. Carpzovio, Comm. noster

noſter in Jon. p 48. LH. 317. 866. BS. c. 30.

Cap. XVI. נתינת מחצית השקל De Pensitatione hemisicli OL. 600. LH. 389. JE. p. 134.

Cap. XVII. הלכות צדקה De Eleemosynis OL. 163. Seld. J. N. & G. l. 6. c. 6. LH. 287. 289 ſ. 811. BS. c. 44. Hotting. *Primit. Heidelb. p.* 234. LT. 1891. 375. 2096. 2604.

Cap. XVIII. הלכות גרים De Receptione Proselytorum. S A. p. 1-4. OL. 65. 402. 491. LP. d. 21. Seld. *de J. N. & G. l. 2. c. 2. 3 & de Succeſſ. in bona c. 26. & de Synedr. l. 1, c. 3.* Slevogt Diſſ. LH. 217. HC. p. 268. LT. 407-411.

LIBER QVINTUS

De
FERIIS FESTISQVE DIEBUS.

Conf. OL. 194. JE. p. 87. Hotting. *κτίσει ἐξαnυ. p. 139. ſ.* HC. p. 329. Cundiſ. *l. c. p. 143. ſ.* de temporibus ſacris, Thummius, Dreſſerus, Jonſtonus & noſtra Diſſ. de Feſtis.

Cap. I.

Cap. I. הלכות שבת De Sabbato D. Qvenstedt Diss. JE. p. 45. OL. 523. LP. d. 34. 35. 36. Seld. J.N. & G. l. 3. c. 8. f. Sabbatinæ lucernæ LT. 33. 59. 86. 684. 1586. 1628. 1926. 2006. 2029. 2347. Sabbat. δευτερόπρ. Dub. Vex. P. 2. p. 38. f. LH. 319. 771. D. Schmidius & Frischm. Diss. BS. c. 15. 16.

Cap. II. הלכות קדוש החדש De Numenia OL. 407. LP. d. 37. Seld. de J. N. & G. l. 2. c. 6. & l. 3. c. 15. BS. c. 22. JE. p. 14. Hottingerus Hexaem. 156. Buxtorf. ad Cosri 431. Cundis. l. c. p. 143.

Cap. III. עצרות De Festis anniversariis in genere (conf. LT. 2165. 2166. 2204. 964.) & in specie הלכות פסח וחמץ ומצה De Paschate, Agno paschali et Azymis. OL. 440. LP. d. 37. 38. LH. 470. 640. 1121. Frischm. D. Strauch. & Cappell. de Pasch. συνεωσίνω BS. c. 17. 18. 10. JE. p. 23. f. Cundisius p. 144. LT. 2046. 2490. 2580. 2589. 2605. 193. f. Buxt. Diss. 6. & 7. p. 282. f. de agno paschali Excell. Dn. D. Georg Mœbius, Fautor & frater in C. venerandus pecul. diss.

Cap. IV. הלכות חג השבועות De Pentecoste. LP. d. 39. LH. II. p. 17. ſ. BS. c. 20.

Cap. V. הלכות סוכה ולולב De Scenopegiis. OL. 196. ſ. LP. d. 38. LH. 1021. 1031. ſ. BS. c. 21. LT. 1143. 992.

Cap. VI. הלכות שופר De Festo Tubarum ſ. *Novi anni*. BS. c. 24. & ſupra citati.

Cap. VII. הלכות יום הכפורים De Festo Expiationis OL. 183. LP. d. 40. BS. c. 26. JE. p. 267. LT. 605 480.

Cap. VIII. הלכות הנוכה De Festo Encoeniorum OL. 205. LP d. 40. LH. 1062. BS. c. 28. Seld. de Synedr. l. 3. p. 200.

Cap. IX. ה׳ פורים De Festo Purim. Dub. Vex. 553. ſ. OL. 207. LP. d. 40. BS. c. 29. Schickardus Tr. de Purim. LT. 324. 2355.

Cap. X. ה׳ שמיטה De Anno Sabbatico. Varenius Diſſ. Decad. Exod. p. 474. LP. d. 41. LT. 336. 2445.

Cap. XI. ה׳ היובל De Jubilæo Dub. Vex. 309-313. Varenius l. c. P. Slevogt, Scheidius, Hottingerus Anal. Diſſ. 3. OL. 294. LP. d. 41 Seld. Succ. in bona c. 24.

c. 24. Cundiſ. p. 145. Cunæus l. 1. c. 2. ſ. LT. 928. 2504.

LIBER SEXTUS

De

RE LITERARIA, DOCTORIBUS ET SECTARIIS EBRÆORUM.

Cap. I. בתי ישיבות ומדרש DE ACADEMIIS ET SCHOLIS EBRÆORUM. HC. p. 285. ſ. LT. 1452. 1189. 1752. 1313. 99.

Cap. II. ה' מלמדים ולומדים DE RITIBUS DOCENTIUM ET DISCENTIUM. SA. 57-60. OL. 476. Wagenſeil Sota 816. 823. 993. LH 742. LT. 704. 1773. 1004. 1026. 1740. 536 Altingius in Schilo l. 4. c. 5.

Cap. III. כבוד LE PROMOTIONE RABBINORUM & VARIIS TITULIS SCHOLASTICIS. SA. 60. Dub. Vex. P. 2. p. 35. & 51. Buxt. LT. 1498. 1246. 1248. 2176. 1498. epitheta varia 21. 61. 310. 338. 1512. 1559. 1653. 2096. 2321. conf. Hal. Olam. Tr. 1. c. 3. Seld. J.N. & G. l. 3. c. 9. p. 329. autoritas LT. 1031. 1651. 1887. jactantia 22. 617. 2042. 2130. diſſenſiones 22.7. recentiorum inſcitia præ antiquis 788. mali mores 2532. 2568. ſ. Ab-

brev.p.113 Gerſon Talm 194. LH.426. OL 106.271. 498. HC. 291. ſ.

Cap. IV. תנאים אמוראים סבוראים גאונים De Doctoribus Judaicis speciatim Talmudicis Faſc. noſter diſſ. 1. de Talmude §. 7. & Tr. de Luſu K. 2 ſeq. & infrà c 15. LT. 125. 374. 1428. 2510.

Cap. V. המתרגמים De Targumistis sive Paraphrastis Chaldæis Diſſ. noſtra de Targumim & infrà c. 8.

Cap. VI. בעלי המסורת De Masoretis sive Criticis Ebræorum. Diſſ. noſtra de Maſorâ & infrà c. 6.

Cap. VII. קבלנים De Kabbalistis sive D. D. Mysticis infrà c 7.

Cap. VIII. י״ג מדות De Tredecim modis legem explicandi Schick. Bech. Happ. p. 159. ſ. Hotting. Theſ. Phil. p. 245. Buxt. LT. 318. 1042. 1098. 2030. Glaſſ. Phil. S. Præf. lit. C. 3.

Cap. IX. מטעי היהודים De Pseudo-Messiis LH. II 46. HC. p. 263. LT. 2565. Comm. noſter in Obad. p. 32. Gerſon Talm. P. 2 c. 6. Müllerus Jud. l. 1. c. 6. Schick. de . R. inf. Vorſtius ad Zemach p. 292. ſ. Gentius Hiſt. Jud. p. 169. Hoornbecc de Conv. Jud. l 3. ſ. 1.

Cap. X.

Cap. X. כתות המינים DE SECTARIIS JUDÆORUM Serarius Trihær. Scaliger Elencho ejusdem, Drusius de 3. Sectis, Fasc. noster Diss 3. de Trihæresio Jud. LP. diss. 18. 19. 20. BS. c. 1. HC. p. 213. Cunæus l 2. c. 17.

Cap. XI. סופרים DE SCRIBIS & פרושים PHARISÆIS Fasc. p. 39. s. Dub. Vex. P. 2. p. 8. OL. 454. LP. diss. 23. LH. 205. 229. 789. 811 876. LH. II. 129. HC. 216. LT. 18[illegible]. s.

Cap. XII. צדוקים ביתוסי קראים DE SADDUCÆIS, BAITHOSÆIS ET KARRÆIS Fasc. noster p. 45. s. Dub. Vex. P. 2. p. 9. s. OL. 579. LH. 229. 1000. s. LH. II. p. 122 - 129. LT. 303. 2114. LT. 2111. s. 1200. s. 2114. 1890.

Cap. XIII. חשאי DE ESSENIS Fasc. p. 50 s.

Cap XIV ביתהלל ושמאי DE HILLELISTIS ET SCHAMMAITIS &c. Petit. Obs. l. 3. c. 3 Hotting. Thes. p. 42. LT 617. 2086. s.

Cap XV. כותיים DE SAMARITANIS Hotting Exerc. Anti-Morin. Thes. Phil. p. 46. Cunæus R. E. l. 2. c. 16. LT. 1369. s OL. 581. LH. 103. s. 327. 932. s. 994. 996. 999. HC. 215.

Cap. XVI. יונים De Hellenistis verò suprà c.3. q. 9. LH. II. 47. f. & 261. f. Salmas. Comm. de Hellenist. Præf. p. 10. & p. 176 f. Crojus Obſerv. p. 236. & c. 31. tot. & qui ab his diffident suprà citati, quibus addantur Dannhawer. *Herm. p. 181.* Glaſſ. *Phil. S. l. 1. tr. 4. p. 233.* Mayerus *Phil. S. P. 1. p. 250.* Heinſius *Exerc. N. T.* Coccejus *Præf. in Sanhedr.* &c.

Cap. XVII. עבדי הורידוס De Herodianis Heinſ. ad Matt. 22. 16. Luc. 20. 20. Spanhemius Dub. P. 2. p. 232. Buxt. LT. 6, 1. Hott. Th. Phil. p. 44. Dilherr. Elect. p. 81. OL. 241. LP. d. 23.

Cap. XVIII. רופאים De Medicis Judæorum Hotting. Theſ. Phil. l. 1. c. 1. ſ. 2. q. 4. Müllerus Jud. p. 1436. Lud. von Hornigk Tr. *Medicaſter Apella.* OL. 11. 364. 384. Faſc. noſter p. 9. f. LH. 614. HC. 290. LT. 120. 2278. 2279. *medicinalia* è Talmude v. LT. 36. 38. 167. 171. 232. 364. 440. 458. 545. 729. 757. 791. 804. 921. 1099. 986. 1600. 1652. 2170. 16 . . 1764. 2292. 2476. f.

Cap XIX. מלאכת שיר De Poesi Ebræorum veteri et moderna. Diatr. noſtra

noſtra de Poëſi Ebr. & D. V. p. 600. 632.

Cap. XX. חכמת הנגון וזני זמרא De Musica et Musurgia veterum Ebræorum D. V. p. 843. ſ. Kircherus *Muſurg. T. 1. l. 2. c. 4.* Andr. Sennertus *Diſſ. de Muſicâ Ebr. P. 2. p. 186. ſ.* Gataker *Cinno l. 1. c. 10. p. 125.* OL. 390. Buxt. *ad Coſri* 407. LT. 107. 483. 629. 851. 1288. 2193.

Cap. XXI. מנין איפטיא וסוד העיבור De Dimensionibus Temporum (v. SA. 22. ſ. OL. 368. 409. LT. 2667. ſ. 2003. 181. 1946.) Æris, Computo et Embolismo Ebræorum. OL. 277. LT. 2381. de Emboliſmo LT. 35. 1569. 1572. 1573. Noſter Tr. de Luſu. K. 4. ſ. Münſterus *Calend. Ebr.* Scalig. *l. 7. de Emend. Temp.* Seldenus *de Anno civ. & Calend. veteris Eccl. Jud.* Joh. Chriſtmannus *Calend. Palæſt. R. ori*, Nic. Müllerus *de Annô Jud. Lunæ-Solari*, D. Strauch. *de Computo Talm. Rabbin.*

LIBER SEPTIMUS

De

MAGISTRATIBUS ET REBUS POLITICIS.

Vid. qui de Rep. Ebræorum ex instituto scripsêre, *Sigonius*, *Cunæus*, *Bertramus*, *Menochius*, *Joh. Lud. Reimerus*, *H. Conringius*, H. C. c. 6. p. 296. f.

Cap. I. עם וארץ ישראל DE GENTE a. & TERRA ISRAELITICA & in specie ירושלים הקדושה DE PRÆSTANTIA HIEROSOLYMÆ. b.

a. OL. 267. 298. 495. HC. p. 266. & Primit. Heidelb. p. 232. *LT.* 689. 690. 1597. 2054. 1396. 1465. 1592. II, I. 739. Terminorum emensio per funes vimineos 189. 236-catalogus asservatus 2049. terminatio Chananææ per hederam 811.

b. *OL.* 263. f. *LH.* 42. f. 68. 542.

Cap. II. משפט המלך DE JURE REGIO *OL.* 513. *LP.* d. 24. 25. 26. Schickardus de jure Regio cum doctiss. notis D. Carpzovii HC. 299. f. Tadddelii Rex Israë-

Iſraël ad Dev.17. Cun.l.1.c.14.Friſchm. de Rege eligendo & deponendo.

Cap. III. הלכות סנהדרי DE SYNEDRIIS a. ubi & de מקום וה' המשפט LOCO ET PROCESSU JUDICIALI, b.

a. Seldenus de Syn. præſertim l.2. c.4. ſ. Vorſtius *de Synedriis* Ang. Caninius ad *L*. N. T. p.62. Phaletranus ad Gen 49. v. 4. *OL*. 627. *LP*. diſſ. 46. *LH*. 455. *LH*.II. 183. Schick. J. R. p. 9. ſ. HC. 301. ſ. Coccejus *ad Sanh*. Cunæus l. 1. c. 13. *LT*. 514. 1513. 793. 2513.

b. SA. 34. ſ. 41. ſ. Dub. Vex. P. 2. p. 50. Seldenus de Syn. l. 1. c.15.16. & l.2. c. 15. *LH*. 1124. ſ. JE. p. 107. 109. 112. 319. 362.

Cap. IV. דיני נפשות DE JUDICIIS CRIMINALIBUS ibique ארבע מאות DE QVATUOR SUPPLICIIS, DECOLLATIONE, LAPIDATIONE, USTULATIONE ET STRANGULATIONE. SA. p. 4-9 OL. 300. 318. 618. *LP*. d. 47. Seld. de Synedr. l. 2. c. 13 *LH*. 490. 1124. ſ. *LH*. II. Schick. J. R. c. 4. th. 14. Cocc. ad. Sanhedr. & Macc. H C. p. 305. *L'* Emp. ad Bava Kama. *Decollatio*. *LT*. 629. *Lapidatio* 1539. *Combuſtio*. *LT*. 1874. 2531. *Strangulatio* 797.

Cap. V מלקות ומכות מרדות De Flagellatione et Fustigatione. SA. p. 9. f. Dub. Vex. p. 357. f. OL. 211. Buxt. Præf. Abbr. LP. d. 48. Seld. Synedr. l. 2. c. 13. LT. 1791. 359. D. Strauchius *de Ritu flagellandi.* De modernis Judæorum pœnis conf. BS. c. 47.

Cap. VI. דיני קנסות De Causis & Mulctis pecuniariis. LP. d. 48. HC. & autores citati.

Cap. VII. נדוי וחרם ושמתא De Poenis Ecclesiasticis sive Excommunicationibus. SA. 61-68. Tr. de Lusu Qv. 2 f. Dub. Vex. P. 2 p. 61. OL. 178. LP. d. 50. Seld. J. N. & G. l. 4. c. 8. & de Synedr. l. 1. c. 7-11. LH. II. 167. f. 260. LT. 827. 1303. f. 2462. 2561. 1324. 861. 1324.

Cap. VIII. כרת De poena Excidii Dub. Vex. p. 134. f. OL. 121. Pokok. porta Mos. n. 158. q. 164 Seld. de Synedr. l. 1. c. 6. JE. p. 340. f. LT. 1100.

Cap. IX. ערי מקלט ח שמירת נפש De Asylis & גואל הדם Vindice Sanguinis. OL. 53. Seld. J. N. & G. l. 4. c. 2. LH. 94. Cun. l. 1. c. 7. D. Joh. Ad. Osiander de Asylis, Rittershusius de jure Asy-

Asylor. Mœbii Asylologia sacra, Coccejus Sanh. 110. 113. 431.

Cap. X. הלכות מלחמות De re Bellica. OL. 72. Seld. J. N. & G. l. 6. c. 12. s. Schick. J. R. c. 5. SA. 43. s. Cun. l. 2. c. 10. s.

Cap. XI. שטרות De Contractibus SA. 57. de ritu excalceandi in contractibus Joh. Clodius, Dub. Vex. p. 414. LT. 1443. 35. 41. 63. 117. 240. 626. 2659. Emtionis species 731. 775. 923. ritus 1443.

Cap. XII. ה'שבועות De juramentis SA. 68. s. OL. 305. LH. 279. BS. c. 48. JE. p. 42. s. 350. HC. 259. LT. 289. 626. 2314. s. 247. 348 1327. &c.

Cap. XIII. ה'עדות De Testibus OL. 653. LH. 484. JE. p. 106. 150. Cocc. Sanh. p. 49. 134. LT. 73. 674.

Cap. XIV. נשך ותרבית De Usuris Dub. Vex. p. 313. s. & istic citati. Seld. JN. & G. l. 6. c. 9. 10. p. 750. s. Salmasius Tr. pec. Müller. Jud. p. 2. c. 6. Hoornb. de Conv. Jud. l. 7. c. 7. LT. 217. 290. 16. 17. 2104.

Cap. XV. מוכסים וגבאין De Publicanis et exactoribus SA. 38-41. OL. 493. *LH.* 286. 871. *LT.* 1065.

LIB.

LIBER OCTAVUS

De

RE DOMESTICA ET RITIBUS CONVERSATIONIS.

Conf. Hotting. *Comp. Theol. Jud. c. 7. p. 307.* Cund. *p. 146.* de privatis quibusdam observantiis.

Cap. I. בנין De Domo ejusque partibus SA. p. 79. OL. 95. 664. D. Geier de Luct. c. 17. p. 317. BS. c. 31. LT. 108. 185. 208.

Cap. II. הלכות אישות De jure Connubiorum SA. 45. f. Seldeni uxor Ebræa, quam contraxit OL. 675. & J. N. & G. l. 5. c. 3. f. OL. 178. 158. 413. LH. 972. BS. c. 39. JE. 6. 282-306. Buxt. de Sponsalibus & Div. LT. 1978.

Cap. III. הלכות יבום וחליצה De Leviratu Dub Vex. p. 359. f. OL. 99. 327. Seld. Succ. in bona c 14. f. BS c. 41. LT. 928.

Cap. IV. הלכות גרושין וסוטה De Repudiis et Divortiis a. ut & Aquis amaris Zelotypiæ. b.

a, Ger-

a. Gerſon Talm. P. 1. c. 21. p. 138. LT. 422. 456. 559. Spizel. *de Iſr. Americ.* p. 107. OL. 9. 502. LH. 273. 399. BS. c. 40. & de Sp. & Div.

b. Dub. Vex p. 318. ſ. OL. 40. Doctiſſimus Wagenſeil *in ſuô Sota.*

Cap. V. גדול הבנים DE EDUCATIONE a. LIBERORUM & ſpeciatim שמירת בתולות DE CURA VIRGINUM SIVE FOEMELLARUM. b.

a. BS. c. 4. & 7. LT. 32.

b. LT. 270. 2538. 1871. 1884. Dub. Vex. 354. ſ. LH. II. 211 ſ. JE. p. 7. 277. pubertatis ſigna v. LT. 72. 258. 2.5. bis 1075. 1363. 1364 1652. 1717. 1922.

Cap. VI. ה' ירשה De SUCCESSIONE a. LIBERORUM, præſertim ה' בכורות DE REQVISITIS ET PRIVILEGIIS PRIMOGENITORUM. b.

a. Seld. de Succeſſ. in bona def.

b. OL. 487. Seld. Succeſſ. c 5. 6. 7. BS. c. 6. LT. 563. 596. 1698. 1699.

Cap. VII. ה' עבדים DE SERVIS ET SERVITUTE OL. 597 Seld. de J. N. & G. l. 6. c. 7. ſ. LH. II. 56. LT. 1879. de augaria LT. 131. 132. 2371. LH. 284.

Cap.

Cap. VIII. עבודת אדמה DE AGRICULTURA. OL. 17-242. 432. BS. c. 37. JE. p, 376. *LT.* 907. 714. 17. 647. 2554. ſ. 185. 693.

Cap. IX. נטיעת כרם DE VINI CULTURA OL. 35. 100, 470. 890. *OL.* 583. 665. ſ. *LT.* 118. 875. 740. 2098.

Cap. X. רישורחים DE TRITURA ET MOLENDI MODO. SA. p. 50. ſ. 48. ſ. *LT.* 567. 2046. 1158. 113. 162. 339. 480. 586. 2150. 572. 2260.

Cap XI. אכילה ושתייה DE RE CIBARIA. OL. 466. D. Geier *Luct.* 345. BS. c. 33. 34. de cibis vetitis SA. 26. ſ. *OL.* 104. 470. *LH.* 315. *LH.* II. 117. BS. c. 35. JE. p. 99. 140. 199. 200. 204. ſ. 210. 220. 230. Cundiſ. p. 146. ſ. *LT.* 4. pulmenta 369. 5?3. placentæ 762. ſ. bellaria 475. Potus Ebr. 138 694. 1440. 110?. propinandi formula *LT.* 787. de vino v. c. 9. prandii ritus quidam *LT.* 339. 1521. 2527.

Cap. XII. הלכות שחיטה DE RITIBUS MACTANDI BS. c. 36. JE. p 270. *LT.* 263. 270. 478. 580. 756. 853. 2363. 720. 2138.

Cap.

Cap. XIII. סעודה De apparatu Conviviorum SA. 46. f. *OL.* p. 129. D. Geier de veterum Ebræorum ratione cœnandi. BS. c. 12. *LT.* 107. 453. de agapis LH. II. 221.

Cap. XIV. מסבה De Accubitu Buxt. Diss. 6 p. 306. f. SA 78. OL. 5 f. D. Geier de *Luctu* 343. *LH.* 472 1005. *LT.* 1415. 1416. 2376. 506. de lectis dormitoriis conf. *LT.* 1670. 438. 1919. fortunæ 387.

Cap. XV. ארח De Itinere BS. c. 43. cursores J. vid. *LT.* 307. 1976. de itin. Sabbati SA. p. 74. f. Seld. '. N. & G. l. 3. c. 9. Frischmuth pecul. Dissert. *de Via Sabbat.* Dub. Vex. P. 2. p. 41. *LT.* 285. 11 7. 2582-258. de ארח הים. f. itinere maritimo conf. Navigatio Ophiritica Mart. Liperii.

Cap. XVI. נשיקה De Osculis et Salutandi modis SA. 19. f. OL. 435. *LH.* 787. *LT.* 1404. 350 744. 2424. 538.

Cap. XVII. לבושים ומני נעלים De re Vestiaria et Calceamentis *LT.* 98. 187. 396. 1244. f. 2313. 2678. OL. 358. 587. 663. Soprams *Digr. 1. Dav. de re vestiariâ Jud.* D. Geier de *Luctu* Ebr. c. 15. p. 291. f. 396. f. *LH.* 330. 780. f. BS. c. 52.

c.32. Dub. Vex. p.304. f. Ornamenta muliebria LT.1134.1356.1724.160. capitis urbs aurea 986.1046.1604.1829. frontis 1006. auriũ 2081. pedum.1006. Calceamentorum ſpecies LT. 1510. 2072. 187. 881. lignei 1949. juncei 604. 605. ferrei 1510. 1710. lanei 41?. 1710. 1761.2126.crepidæ 1482.1488.2064.2150. corrigiæ calc. 231.

Cap. XVIII. קריעת בגדים De Laceratione vestium SA. 12. f. OL. 316. Seld. J.N. & G. l.2. c.12. Geier Luct. p.412. f. LT. 2146. 2418. 57.

Cap. XIX. מדה ומשקל ומשורה De Mensuris a. et Ponderibus b. a. OL. 369. LH. 572-580. Matt. Hoſtus pec. Tr. LP. de menſuris *cubicis* d. 31. de menſuris *linearum* d. 32. de menſuris *temporum* d. 33.34. v. ſuprà *l.6. c.20.* menſurarum genera quære LT. 36.112.137.145.215.243.326.354. 391. 607. 621. 694. 1081. 1467. 1607. 1948. 2027. 2076. 2088. 2131. 2191. 2221. 2234. 2417. 2391. 2557. 2648. 2607. ter. 2666. 1413. 112. 301. b. LP. d. 28. f. Brerewoodus pec. Tr.

Cap. XX. מינים של מוניטון De Monetis Dub. Vex. 1875. A. 24. Tr. de Luſu L.2.b. & L.3. Schickardus, Waſerus,

ſerus, Brerewoodus, Hottingerus, Buntingius de monetis Ebr. Buxt. LT. 164. 175. 199. 354 473. 479. 559. 577. 654. 11,8. 1489. 1231. 1236. 1488. 2448. 2624 &c. OL. 157. 377. 600. LP. d. 28. 29. 30. Seld. Jur. N. & G. l. 2. 8. Margv. Freherus de Num. Cenſus. LH. 271. 636. Matth. Hoſtus pec. Tr.

Cap. XXI. ה׳ אבל De Luctu Ebræorum a. et Processu Funerum et gestibus atque ritibus illic usitatis ut & בתי קבורות Sepulchris b. Ebræorum.

a. SA. 32. ſ. 34. ſ. OL. 341. LH. 319. 1070. BS. c. 49. LT. 2354. 766. 1257.

b. SA. 16. Dub. Vex. p. 436. ſ. 858. ſ. OL. 598. LH. 170. Frid. Müllerus Tr. pecul. Hottingerus de Cippis HL. 272. LT. 971. 1040. 2140. 437. 565. 1962. 1180.

TANTUM EST.

SECTIO II.
PROBLEMATICA.
QVÆST. I.
An multiplex unius loci detur ſenſus literalis?

NEgatur, quia (1) Senſus eſt forma vocis interna, quæ non niſi una eſſe

 poteſt.

poteſt. (2) Aliàs Scriptura eſſet incerta, ambigua & admitteret amphibolias. (3) Scriptura eſſet obſcura totaliter.

Contrarium tamen placet *Judæis*, cumprimis *Cabbaliſtis*, nec non *Pontificiis*, qui nugaces quaſdam ratiunculas & exempla urgere ſolent, quæ ferè huc redeunt:

1. *Spiritum Sanctum unô verbô multas veritates docere poſſe.* Salmero *Prolegom. 8 in Evangelia.*

Reſp. (1) Concedi poſſet, unius ſc. loci ſenſu non multiplicatô ſed applicatô. (2) A poſſe ad VELLE & eſſe N. V. C.

2. *Propterea DEUM reliquiſſe locos obſcuros, ut plures ſenſus habere poſſemus.* Salmero *l. c.* Reſp. Negando conſequentiam. Locus obſcurus eſt, cujus ſenſus latet; E. loci obſcuri patens ſenſus eſt nullus, nedum plures.

3. *Aliàs perire plerosque Patrum Commentarios, cùm varios ſuppeditent ſenſus.* Reſp. Non ſemper diſſentiunt: ubi verò diſſentiunt, non poſſunt omnes ſimul verum ſenſum exhibere. Neque tamen ſic pereunt ipſorum labores, ſed retinentur ob alios uſus.

4. *Ve-*

4. *Verus ſenſus eſt, quem DEUS intendit. Sed multa intendit, cùm omnia ſimul ſuo intellectu comprehendat; E.* Reſp. Negando mino. Ratio addita eſt nulla: Sequeretur hoc modô, DEUM in omnibus locis omnia intendere, cùm ſemper omnia intelligat. Declarant etiam rem exemplis v. g. quod *Joh. XI. dictum Caiphæ habet duos ſenſus.* Reſp. Concedimus, verùm non ab uno autore intentos. Unus modò ſenſus eſt à Sp. Sancto intentus, qui ſimul indicat, Caipham alium intendiſſe ſenſum, à ſeſe non intentum. Conf. ulterius Glaſſ. *Phil. S. p. 265. ſeqq.* D. Dannhawerus *Idea Boni Interpr. p. 47. ſ.* Dn. D. Calovius *Syſt. Tom. 2. p. 656. ſeqv. & fuſiſſimè Proleg. in Gen. c. 8. p. 46. ſeqq.* Chamierus *Panſtr. Tom. I. l. 15. c. 2. & 3.* Rivetus *Iſagoge ad Scripturam c. 14.*

QVÆST. II.

An præter ſenſum Scripturæ Sacræ literalem etiam detur Myſticus?

Reſp. Senſûs *Literalis* & *Myſtici* Pontificii autores diverſas tradunt definitiones. Glaſſius *ſenſum Literalem* vocat, quem

quem Spiritus Sanctus proximè & immediatè per ipsa verba sive propria sive modificata intendit: *Mysticum* autem, qui non verbis Scripturæ proximè significatur, sed in ipsis rebus à Spiritu Sancto intenditur. Hic à Pontificiis plerisque subdividitur in *Allegoricum, Tropologicum* & *Anagogicum*. Cujus divisionis vanitatem ostendunt Gerh. *Loc. I. p. 66.* Glassius *Phil. S. Lib. II. Part. I. sect. 2. art. 1.* Dn. D. Calovius *Syst. T. 1. p. 663.* Sixt. Amama *in Antib. Bibl. l. 1. p. 162.* Sed Glassius & nostrates sensum *Mysticum* subdividunt in *Allegoricum, Typicum* & *Parabolicum*. Cœterùm Glassii sensum literalem in quibusdam locis à mystico distingventis rationes istæ sunt. p. 318. (1) Quod Spiritus S. intendit, id Scripturæ sensus est: At præter literam seu historiam sæpè intendit mysterium, E. (2) Quia dantur exempla id evincentia, ut historiæ serpentis ænei &c. Jonæ, (3) Si mystica & typica V. T. non sunt de sensu Scripturæ Sacræ, sequitur omnia, quæ in N. T. ad Christum applicantur, citari præter Spiritûs Sancti in V. T. intentionem. (4) Explicatio sensûs mystici non est accommoda-

modatio ad usum, E. enarratio veri sensûs.

Contrà è Pontificiis Alphonsus Tostatus Abulensis Episcopus *qv.57. in cap. 2. Matth. & ad cap. 15. qvæst. 28.* E Reformatis Wilh. Wittakerus *Controvers. de Scripturâ Sacrâ qv. 5. c. 2.* è nostratibus Dn. D. Calovius *Syst. T. 1. p. 664. seq. in Proleg. Gen. c. 8.* unius dicti unum tantùm sensum eumque solùm literalem esse censet. Quorum rationes istæ sunt:

1. Quia sensus resultat è verbis, non è rebus, E. non potest esse nisi literalis.

2. Simplicitati & perspicuitati Scripturæ Sacræ repugnat, si duplex unius loci statuatur sensus, utut literalis & mysticus.

Nos distingvendum putamus

(1) Inter Scripturæ Sacræ sensum & usum: Ille resultat immediatè è verbis, hic è rebus.

(2) Inter dicti sensum literalem hîc & nunc intentum, & ejusdem mysticam sive spiritualem accommodationem alibi factam.

(3) Inter vocabulum Sensus acceptum rigorosè pro formâ adæquatâ verborum; & latiùs pro omni eô, quod à Spi-

ritu S. in Scripturâ Sacrâ intenditur, sive per verba sive per res, sive immediatè sive mediatè. Posteriori modô sensus mysticus literali contradistinctus concedi quodammodo potest, priori verò nequit, uti fusiùs l. c. ostendit Dn. D. Calovius. Conf. præter citatos autores de hâc controversiâ Rivetus *Isag. c. 15. n. 5.* & Amama *Antib. l. 1. Error. q. 7.*

Quæst. III.

An Lexica Biblica hodiè extantia ad intelligentiam λέξεω sacræ sufficiant?

Resp. Quid in hodiernis Lexicis præsertim Ebræo-Chaldaicis desideremus & quâ ratione suppleri posse videantur, in *consultatione nostra epistolicâ* nuper exposuimus. Incidimus verò postmodum in Viri Clarissimi nobisque amicissimi Dn. Andreæ Mülleri *Ichnographiam scrutinii fatorum Gogi*, vidimusque eum jam ante hos septendecim annos idem in animo habuisse, de quô nos nunc cogitamus. Promittit enim p. 31. *Lexicon*, quod tamen *in affectu se potius quàm in effectu habere* ait, neque enim *hoc unius hominis esse* censet. Addit verò:

rò: *Interim concinnavi 1. Lexicographiam, in quâ citra ſugillandi ſtudium defectus & errores extantium Lexicorum indicavi & modum contrà Lexici & indicis longè perfectioris monſtravi. 2. Specimina quædam hujusmodi Lexici. 3.* ἑρμηνείαν γλωσσῶν *ſive expoſitionem vocum & phraſium peregrinarum, dubiarum & aliàs difficiliorum, quæ in Textu V.T. & ex parte apud ſeculares ſcriptores extant, ab interpretibus verò non ſatis dextrè expoſitæ ſunt & hîc ex originariis LL. Græca, Syro Chaldæa, Arab. Perſ. Æth. & Ægypt. derivantur.* Cœterùm non licuit mihi hucusque *Lexicographiam* iſtam videre, quam tamen ad eundem mecum collimare ſcopum ſuſpicor. Unde ne iſta, quæ mihi illic inciderunt, in paucis paginis citò forſan diſpergendis, pereant, lubet potiora hîc ita repetere, ut ſimul lectorem moneam, unde defectus à nobis indicatos utcunque ſupplere queat, donec Lexicon plenius vel à noſtrâ vel ab aliâ manu, quod potiùs optamus, videat.

I. Notum eſt, dari in Sacro Codice quædam vocabula peregrina, *Ægyptiaca*, puta in Libris Moſaicis, *Perſica*, in

P 4 Libris

Libris ſub Monarchia Perſica ſcriptis, aliave, quorum ſolidam explicationem fruſtrà requiſiveris ab omnibus iſtis Lexicographis ſive Judæis ſive Chriſtianis, qui iſtarum Lingvarum nullam habuêre notitiam: Quales verò (quod ex verô & citra inſectationem cujusquam uti dictum ita acceptum velim) fuerunt omnes, qui ante Hottingerum & Caſtellum ad Lexica texenda animum applicuerunt. Fruſtrà proinde illorum pulſabis fores genuinam interpretationem vocum origine Exoticarum v. c. Perſicarum אגרטל, נשתון, אחשדרפנים, פתבג, נבזבה, פרתמים, אחשתרנים & ſimilium petiturus: nil ſc. audies præter diverſas Rabbinorum, quin & ipſorum autorum hariolationes & conjecturas, in quibus plerumque vel οὐδὲν ὑγιὲς vel certè πολλὰ μὲν ἐσθλὰ πλεῖστα δὲ λυγρά. Huic defectui utcunque ſuccurrit Clariſſ. Hottingerus *in Smegm. Orient. l. 1. c. 5. p. 67.* & conferri queunt, ſi lubet, Dubia noſtra Biblica *P. I. p. 211. 555. 894. & P. II. p. 56. ſ.*

II. Non paucæ reperiuntur in textu Ebræo voces, Ebraicæ quidem, ſed ἅπαξ λεγόμεναι ſive ſemel tantùm vel iterùm

rùm in totâ Scripturâ uſurpatæ, ſine patre & fratre, ſine pari imò & ſine ſimili ſive voce conjugatâ e. g. אבחת, אגוז, אטון, אלץ, ארשת, אגלי, התאבך &c. ut adeò ex parallelismo exemplorum de verô ſenſu judicare neutiquam ſit integrum. Unde in ſimilibus Lexicographi recipere ſeſe fermè ſolent vel ad placita Rabbinorum (uti videre eſt in Theſauro *Pagnini*, Lexico *Buxtorfiano* & aliis) vel in ſpecie ad Targumim ſive Paraphraſes Chaldaicas (quod cumprimis in more poſitum eſt *Schindlero*, qui forſan illud Lyrani ad *cap. 8. Eſ.* in animo habuit, *quod translatio Chaldaica in paſſibus obſcuris ſit declarativa Ebraicæ veritatis*) vel ad radices & voces cognatas ſive unâ alterâve literâ ad controverſam accedentes (quod ferè faciunt *Forſterus* & *Avenarius*) vel ad proprios ſimul στοχασμȣ̀ς (uti *Marinus* aliive) quæ tamen omnia etiam ſimul ſumta ita ſunt comparata, ut non reperturus ſit Phil-Ebræus, ubi tutò pedem figat. Nam inter Rabbinos in tali caſu ea utplurimum ſolet eſſe harmonia, quæ in malè conſtitutâ Republ. inter horologia, ut uſurpare ſæpiùs queas Terentianum illud: *Fe-*

cistis probè: incertior sum multo, quam dudum. Ita & Targumistæ suos hinc inde ostentant nævos, uti e. g. de Onkeloso ostendimus *Diss. de Targum. cap. 4. §. 9.* Allusio denique ad voces ratione unius alteriusve literæ confines nimis fallax est, ut adeò solidiori hîc opus sit fundamento. Sic etiam cui volupè fuerit Lexicographos de rarioribus animantibus, plantis, gemmis Biblicis & similibus conferre, me nil præter verum dixisse largietur. Cui verò malo eadem convenit medicina, quæ statim sequenti. Animantium nomina in specie *Bochartus*, plantarum *Ursinus*, gemmarum *Lud. de Dieu* aliique excussêre.

III. Aliæ dantur voces, quarum usus in derivatis sic satis frequens est, sed radix deficit e. g. אֱלֹהַּ, אֶרֶץ, בֹּהוּ, בְּהֵמֹת, בְּתוּלָה, בֶּטֶן. Imò in frontispicio statim Scripturæ Sacræ primô commate Geneseos, si à voce ברא discedas, cœteræ in Ebraismo radicem non agnoscunt. Cum verò radix suis derivatis sive conjugatis non modò *materiale* sive literas, sed & *formale* sive significatum ordinariè communicet, facilè patet, deficiente sive ignoratâ radice non satis dextrè judicari

dicari posse de verâ vocis emphasi, adeoque licet ex parallelis constare queat de significatione ipsâ, e. g. quod אֱלֹהַּ sit *DEUS* אֶרֶץ *terra* & sic porrò, tamen rationem istius appellationis sive quare *DEUS* dicatur אֱלֹהַּ, *terra* אֶרֶץ &c. adhuc latere in abdito. Egregiè verò Ebraismo tùm in expositione ἅπαξ λεγομένων tum in restitutione radicum desvetarum suppetiantur non modò lingvæ *Chaldaica* & *Syriaca*, sed & *Samaritana*, *Arabica* & *Æthiopica* seriùs coli cœptæ, quarum nimirum omnium tanta cum matre Ebræâ consensio atque conspiratio est, tùm quod ad analogiam, tùm quod ad λέξιν & εἴφερσιν, ut meritò docti ambigant, utrum in γλωττοσυγχύσει ortæ sint, an verò postea ex Ebraicâ ita propullulârint, uti ex Latinâ Italica & Hispanica? Ab iis ergò Lingva Ebræa eas radices, quas injuriâ temporum & incuriâ hominum amisit, felicissimè repetit, id quod apud eruditos nullâ ampliùs probatione eget. Nam unde v. c. lingva Chaldaica accepit suum קשתא *arcus*, Syriaca suum בטנא *venter*, *uterus*, Arabica suum אלאה *DEUS*, Æthiopica suum מלאך *Angelus*, inde etiam acce-

accepit quæque themata sivè radicem in Ebraismo non ampliùs superstitem, sc, Chaldaica suum קשר ejaculatus est, Syriaca suum בטן concepit, Arabica suum אֱלַה coluit, veneratus est, adoravit, Æthiopica suum לְאַב legavit, misit. Atqui lingvæ istæ derivata sua extra omnem controversiam acceperunt ex lingvâ Ebraicâ; E. ex eâdem quoque acceperunt themata. Quæ proinde Ebræa mater hodiè ad paupertatem redacta ab iisdem non *mutuò petit, ceu aliena*, sed *suô jure repetit, ut sua*. Sic e.g. è lingva CHALDAICA restitui possunt radices vocum גּוּמָץ *fossa*, Chald. גמץ *fodit*; נֶגֶב *auster*, Ch. נגב *siccavit*; סָרָב *refractarius* Ch. סְרַב *abnuit, pervertit*; צֹהַר *fenestra*, Ch. צהר *luxit*; שָׁרָב *aridus locus*, Ch. שרב *combussit* &c. E lingva SYRIACA: אֶשֶׁר *effusio*, Syr. אשר *effudit*; תַּכְרִיךְ *stola*, Syr. כרך *involvit*; עָגֹל *rotundus* & עגולה *plaustrum*, Syr. עגל *volvit* &c. E SAMARITANA זַרְזִיר *accinctus*, Sam. זרז *festinavit*; נָמֵר *pardus*, Sam. נמר *maculosus, variegatus fuit*; סוֹד *secretum*, Sam. סוד & סער *considerayit*; מְסָרֵף *vespillo, pollinctor*, Sam. סרף *unxit*; רִשְׁיוֹן *facultas*, Sam. רשי *potuit* &c. Ex ARABICA: בֹּהוּ Ar. בהי *vacua*

cua & supellectile destituta fuit domus; בתולה *virgo*, Arab. בתל *segregavit se;* לילה *nox*, Ar. אלאל *pernoctavit, per noctem quievit;* מנחה Arab. מנח *donavit* &c. Ex ÆTHIOPICA בהמה *bestia*, Æth. בהם *mutus fuit;* חדר *cubiculum*, Æth. הדר *habitavit;* שכם *humerus*, Æth. סכם *portavit*, משפחה *familia*, Æth. ספח *expandit, dilatavit*, ut משפחה sit quasi prima è viro & muliere generis extensio. Ita Nobiliss. Ludolfus in hac literaturâ sine pari, quem non ita dudum Dresdæ compellare præsentem licuit, in familiari colloquio, quô pro suâ humanitate nos dignatus est, monebat אדמה *terra* incongruè deduci à radicis אדם materiali significatu *rubedinis*, & satiùs è lingvâ Abyssinorum repeti significatum formalem *jucunditatis* vel *pulchritudinis*, cùm אדם sit *jucundus fuit, delectavit*, quâ ratione non multùm abluderet Gr. κόσμος & *Lat. mundus*. E TALMUDICO-RABBINICA dialecto: בזק *fulgur* Rabb. Talm. בזק, *dissipavit;* גלד *pellis*, Talm. גלד *decorticavit;* חרוזים Rabb. חרז *perforavit;* נשמה *anima*, Talm. נשם *spiravit* &c. Rectè igitur Clariss. Castellus *Præf. ad Regem Angl.* mo-

monet: *De Ave quadam, cujus nomen apud Syros Hiſtoricos* אֶפִּיפַּקְיבּ, *ap. Græcos & Latinos* Epimachus, *ferunt, harum in parentes ſenio confectos tantum eſſe amorem, ut eos benignè foveant nutriantque, nec non cæcutientibus ipſorum oculis, ac tantùm non cæcis, quibusdam applicationibus viſum denuò reſtituant clarum: Idem officium præſtant filiæ iſtæ ſex primogenitæ Chaldæa, Syra, Samaritana, Æthiopica, Arabica, Perſica, in gratiam matris Æbrææ, cujus caligini, in quamplurimis vocibus auxilio ſunt atque illuſtrationi, ſæpè ſupra quod dici poteſt, ſingulari.* Huic verò ut & præcedenti defectui medicam manum adhibere cœpit Clariſſ. Hotting. *in Lex. Heptagl.* ubi claſſis ſive columnula prima exhibet Radicem Inuſitatam ex aliis lingvis reſtituendam, ita & *in Smegm. Or. c. 7. à p. 116. ad 291.* ſatis prolixum texuit Catalogum radicum & vocum, quæ ex Arabicâ lingvâ reſtitui vel illuſtrari poſſunt, quibus addi poteſt Clariſſ. Caſtelli *Lexicon Hexaglotton.* Cœterum Avenarius *in Lexico* & Plantavitius *in Theſauro* non infeliciter quandoque voces Ebræas cum Europæis quoque conten

tenderunt, cum fieri utique possit, ut ex lingvâ primigeniâ quædam manserint ἱερεῖα quæ ipsi matri ad incitas redactæ non sint negligendæ.

IV. Non satis solliciti sunt Lexicographi in illis radicibus, quæ in Sacrô Codice creberrimè recurrunt, de eruendo *formali, proprio, fundamentali & abstracto significatu:* Quod magno conatu egit Samuel Bohlius editis Dispp. *de Formali significationis eruendo in explicatione Scripturæ*, at non semper eodem successu. In quamplurimis quippe τῇ ὑποθέσει δουλεύων (ut cùm v.c. omnes ἀνθρωποπαθείας amoliri conatur) planè precaria idque nimis imperiosè obtrudit formalia. Formale illud significatum radicis cum judicio è collatione locorum, conjugatorum & lingvarum cognatarum præsertim Chaldaicæ, Syræ, Arabicæ, & Æthiopicæ erutum, deinceps esset digerendum in certas classes *significatuum materialium, modificatorum, secundariorum*, quos sc. usus Biblicus suggerit, seu exponendum, quibus personis, rebus vel actionibus radix sive vox derivata potissimùm applicetur, id quod mirum in modum faceret ad sen-

sum

ſum Scripturæ Sacræ intimiùs perſpiciendum, vocisque emphaſin, ἐνέργειαν & pondus pernoſcendum. Multum hic præ aliis præſtitit *Forſterus*, qui forſan omne punctum tuliſſet, niſi à ſubſidio lingvæ Arabicæ imparatus fuiſſet. Plura verò hîc ſupplere poteſt Magnif. Dn. D. Geierus, è cujus ſc. vel ſolis in Pſalmos Prælectionibus (quibus & Comm. in Prov. Eccl. & Danielem addi poterunt) index radicum & vocum expoſitarum inſtar Lexici Emphatici avido Philebræo eſſe queat.

V. Deeſſe & hoc plerisque Lexicis videtur, quod vel prorſus annotare negligunt, vel minùs accuratè exponunt Differentiam vocabulorum, quæ ſimilis quidem, non tamen ejusdem planè ſignificationis ſunt, ſive κατά τι non verò merè ſynonyma, e. g. quid interſit inter verba ישן, הזה, נום & נרדם, quæ quidem omnia dormiendi notionem inferunt, ſed non eodem modô, nam ישן eſt propriè *ſomnum capere*, natürlich ſchlaffen הזה *ſomnolentum eſſe* ſchläfrig ſeyn / נום *leviter dormire*, ſchlummern נרדם *addormiſcere, gravi ſomno opprimi*, feſte ſchlaffen und ſchnarchen. Deſtinatus

tus verò huc est præ aliis Plantavitii Thesaurus Synonymorum, quanquam autor veram vocum differentiam neque semper sit assecutus, neque satis feliciter expresserit, unde judiciosum requirit lectorem.

VI. Negligunt Lexicographi *Nomina propria* tàm personarum quàm locorum, quorum tamen dextra declaratio non parùm momenti esset allatura tum ad *Prosopographiam*, tum ad *Geographiam sacram*. Marinus quidem Propria Lexico suo inseruit, sed sine discrimine omnia idque exiguô Ebraizantium commodo: nam radices nudas easque sæpè parùm congruas quasi indice digito monstrasse contentus, de sensu sollicitus non est. Seorsim quidem hanc provinciam non pauci occuparunt, è quibus Marius de Calasiô L. Sanctæ Prof. Rom. *Tom. IV. Concordantiarum Ebraicarum* subjunxit interpretationem nominum propriorum; verùm in obscuriusculis ita absonam & ineptam, ut vel redivivum Heraclitum ad risum invitare queat. Majorem laudem meretur Greg Gregorl Francus Th. D. *Lexico suo Sancto* sive Onomatoscepsia Biblica

ed. in Octavo Hanoviæ 1634. Quoniam verò præter apparatum Lingvæ Ebrææ atque Græcæ nil attulit, non potuit non sæpiùs à januâ aberrare, cùm certum sit, non omnia nomina propria Sacri Codicis ex lingvâ Ebræâ esse oriunda. Quid ergò v.c. ineptius quàm quod vocem ארתחששתא Marius de Calasio *l.c. Col. 966.* exponit *Lumen silentium ponens* ex איר & חשה & שתא; vel *maledictio festinationem ponens* ex ארר & אחש & שתא; aut *maledictio silentium ponens* ex ארר & חשה & שתא; aut *fervor lætitiæ* ex רתח & שוש Greg. Francus verò *p.606.* cum Fungerô deducit ex רתח *effervescere* & שחת *corrumpere*, cùm tamen facili conjecturâ assequi utrique licuisset, vocem esse Persicam adeoque è nullâ aliâ lingvâ declarandam. Cœterùm Franco addi potest Index Propriorum Bibliis Vinariensibus præfixus à B. Glassio recognitus, nec non Clariss. Leusdenii *Onomasticon Sacrum*. Peregrina extantiora e.g. Samaritana *Nergal*, *Asima*, *Nibhas*, *Tartak*; Arabica *Kiun*, *Gad*, *Meni*, *Elymas*; Persica *Ahasverus*, *Ester*, *Hatirsata*, *Cores*, *Darius*; Ægyptiaca *Pharao*, *Potiphar*, *Jannes*, *Jam-*

Jambres, *Remphan*; Æthiop. *Candace*; Armen. *Ararat* aliaque attigimus in *Dubiis* noſtris, ubi conſuli poſſunt indices II. III. IV. Aliàs in locorum nominibus *Geographia Sacra* Bocharti conferri omninò meretur.

VII. Deficit quoque in Lexicis ferè *Phraſiologia* ſive annotatio potiorum & elegantiorum Ebraiſmorum, quos radix vel vox data efficit, cùm aliis vocibus jungitur. Annotavit quidem ſatis ſtudiosè modos loquendi Marinus; verùm non eos modò, in quibus genius lingvæ Ebraicæ ab aliis abludit, ſed promiſcuè quosvis, etiam Ebraiſmo cum aliis lingvis communes, de quorum ſenſu nemo, qui voces modò ſeparatas intelligit, dubitare queat, idque tædiosè & ſine κρίσει, ut parum inde commodi ad Philebræos redundare queat. Præſentius autem remedium ab illis autoribus, quos ſuprà *ſect. aphor.* §. 12. laudavimus, peti poterit.

VIII. Nimis parci Lexicographi, quos vidimus, ſunt in annotandis & digerendis ſignificatis *particularum* tàm ſimplicium quàm compoſitarum, tàm abſolutarum quàm redditivarum ſeu re-

 ſpecti-

ſpectivarum, cum tamen notum ſit, particulas apud Ebræos eſſe ſenſibus perquam fœcundas & in expoſitione Scripturæ Sacræ ſæpè plus negotii faceſſere, quàm vel nomina vel verba. Hoc autem inde eſſe videtur, quod concordantiæ in particulis olim defuère. Et cogitârat quidem de defectu iſto ſupplendo B. Troſtius atque voces indeclinabiles ordine digeſſerat, (uti memorat Buxtorfius *Præf. Concord. p. 9. col. 2.*) cujus labor, at imperfectus (bonâ parte muribus in prædam cedente, uti referebat B. Joh. Ericus Oſtermannus Troſtii diſcipulus, & noſter, dum viveret, Fautor inſignis) ideoque forſan hucusque ἀνέκδοτος deveniſſe dicitur in manus D. Th. Bangii, (qui inde forſan *in Cœlo Orient. p. 140.* inter alia vocem את in Scripturâ Sacrâ 8130. vicibus uſurpari didicit.) Impendit deinde vocibus indeclinabilibus Scripturæ Sacræ in Concordantias digerendis integrum ſeptennium M. Simon Bartſchius Cuſtrinenſis, at opere abſolutô editionem mors intercepit. Verùm hunc defectum abundè ſupplevit Dn. D. Chriſtianus Noldius editis præteritô annô *Concordantiis particula-*

ticularum Ebræo-Chaldaicarum & ſic Philebræos mirum in modum ſublevavit.

IX. Laudandus quidem eſt in Lexicis plerisque ordo ex Alphabetico & naturali mixtus, ut ſc. radices quidem ſerie Alphabeticâ diſponantur, derivata autem ad ſuas origines referantur, conqueruntur tamen Ebraicæ lingvæ tyrones, nimis ſæpè anfractuosè tendi ad vocum ex imperfectis oriundarum thema ſive radicem. Cui incommodo ut obviaretur, non opus quidem foret cum Marino omnia omninò verba & nomina, etiam è verbis perfectis derivata, (utpote quorum thema delibatis ſaltem primis lingvæ rudimentis nullo negotio inveniri poteſt) à ſuis radicibus diſtrahere & v.c. verba omnia *Hiphil*, *Hophal* & *Hitpaël* ad literam ה, *Niphal* ad נ, nomina *Heemantica* ad literam initialem מ & alias referre: proficuum tamen omninò eſſet, ſi nomina ut & verba, quorum thema planè ambiguum eſt (v.c. ſciri nequit, num forma הופל ſit ex פול, an ex פלל an ex יפל?) unà cum omnibus anomalis peculiari indice merè Alphabetico ſubjungerentur, remiſsô le-

ctore ad locum, ubi vox in Lexico reperitur. Succurrere verò hic indices subjuncti Nomenclatori Hülsiano, Thesauro Buxtorfiano vel Dilherri Peristylio similesvè facilè possunt.

X. Proficuum quoque videtur, si Ritus veterum Ebræorum, quorum prægustus ad quarundam vocum explicationem & sacrarum literarum intimiorem intelligentiam necessarius est, à Lexicographis suis locis attingerentur, amandato simul lectore ad eos scriptores, qui eosdem fusiùs exposuere, verùm iis nos nonnihil esse gratificatos catalogo rituum antè exhibitô confidimus.

CAPUT VI.

De MASORA.

SECTIO I. APHORISTICA.

§. I.

MAsora à מסר sive *tradendo* dicta, est *doctrina Critica sapientum Ebræorum circa Textum sacrum ejusque versus, voces & elementa, ad conservandam genuinam ejus lectionem.* Ubi *genus* est

est *doctrina* non quævis, sed critica, cùm Masora non versetur circa explicationem ipsarum rerum Sacræ Scripturæ, sed tantùm circa vocum considerationem externam. *Differentia* à *causis* desumitur. *Efficientes* nimirum causæ Masoræ sunt prisci Ebræorum sapientes. *Materia circa quam* Scripturæ Sacræ versus, voces, literæ. *Forma* ingeniosa dispositio, licet alia olim, quàm hodiè. *Finis* textûs sacri à corruptione præservatio, unde סייג לתורה *Sepes legis* in Pirke Avot & alibi dicitur.

§. 2.

Circa versus (jam præexistentes, uti dicunt Talmudici *in Megilla* citante Elia: *Quemcunque versum non distinxit Moses & sic quilibet* θεόπνευστος *autor, eum nec nos distingvimus*) versati fuerunt (1) *Eosdem enumerando*: sic in calce *Geneseos* notarunt, eandem continere versus 1534. quorum medius c. 27. 40. & suis locis *Exodum* habere 1209. quorum medius c. 22. 28. *Leviticum* 859. quorum medius c. 15. 7. *Numeros* 1288. quorum medius c. 17. 20. *Deuteronomion* 955. quorum medius c. 17. 10. ut adeò totus Pentateuchus constet versiculis 5845.

pro quâ ſummá impreſſi codices malè habent 5245. ut Buxtorfius in caſtigationibus monuit. Ita & ſuis locis monuerunt *Joſuam* conſtare verſibus 656. quorum medius c.13, 26. librum *Judicum* 618. quorum medius c.10. 8. *utrumque Samuelis* 1506. ubi medius 1. Sam. 28. 24. *utrumque Regum* 1534. quorum medius 1. Reg. 22. v. 6. *Eſaiam* 1295. quorum medius c.33. 21. *Jeremiam* 1365. quorum medius c. 28. 11. *Ezechielem* 1273. quorum medius c. 26. 1. Δώδεκα πρόφητον 1050. Pſalmos 2527. quorum medius Pſ. 78. 36. *Proverb.* 915. quorum medius c.16. 18. *Jobum* 1070. quorum medius c. 22. 16. *Canticum Cantic.* 117. quorum medius c. 4. 14. *Ruth.* 85. med. c. 2. 21. *Threnos* 154. med. c.3. v. 34. *Eccleſiaſten* 222. med. c.6. 10. *Eſther* 166. med. c. 5. 7. *Danielem* 357. med. c. 5. 30. *Esdram & Nehemiam* ſimul 688. med. Neh. 3. 32. *Paralipom. utrumque librum* 1763. med. 1. Chr. 27. 25. adeo ut verſus totius V. T. in unam ſubducti ſummam faciant 23206. quem verſuum computum pleriq; Esdræ ejusq; collegis acceptum ferre ſolent. (2) *Eos juxta varias affectiones & χίσεις conſiderando.* Sic obſervarunt *unum* verſum in Scripturâ

Sacrâ

Sacrá constantem 42. vocibus & 160. literis Jer. 21. 7. *duos* tantum in lege incipere à Samech Exod. 32. 8. Num. c. 14. 19. *duos* versus in lege habere omnés voces in ם exeuntes Gen. 22. 14. Num. 29. 33. *duos* esse versus, in quibus quater adhibetur ויאמר Gen. 22. 7. 1. Reg. 20. 14. *tres* esse versus, quorum singuli habent 80. literas, quos vide in Mas. Num. 36. 8. *tres* in quibus semel extat לא & quater ולא v. Num. 11. 19. *tres*, in quibus ter legitur את & ter ואת vid. Exod. 29. 5. *tres* incipientes à ש & desinentes in שׁ, vid. Exod. 29. 30. *tres*, in quibus primò occurrit אל, deinde quater ואל & iterum אל, vid. Jer. 27. v. 3. *tres*, quos incipit & finit nomen יהוה, vid. Deút. 31. 3. *quatuor* dari versus, in quibus semel est על & ter אל, quos vid. in Masorâ Ezech. 10. 2. *quatuor*, in quorum singulis vocibus est litera ש, v. Num. 26. 24. *quinque* occurrere versus, in quibus singulis sunt quinque voces continuæ ex duabus literis constantes, quos vide in Mas. 1. Reg. 3. 26. & *sex* continentes aliquot voces similes sed diversimodè adhibentes copulam Vau, quos vide Num. 26. 33. *septem* constantes quindecim vocibus,

quarum media semper habet diversum Keri & Ketib, quos vide 1.Sam.13.19. *octo*, in quibus nomen חטאת constituitur cum עשה, v. Ezech. 18. 21. *novem*, in quibus junguntur duo Synonyma, 1. Sam. 12. 2. *decem* in lege, quos eadem vox inchoat & finit, vid. *Lev* 7. 19. *undecim*, quos litera נ inchoat & claudit, vid. *Lev.* 13. 9. *quatuordecim* constantes tribus duntaxat vocibus, vid. Exod. 28. 13. *viginti duos*, in quibus nec Vau nec Jod occurrit, vid. Num. 7. 14. *viginti sex* complectentes omnes literas Alphabeticas, quos vid. Ezech. 38. v. 13. quos inter insignis unus Zeph. 3. v. 8. Conf. Buxtorfius *Tib. c. 12.* (3) *Eorum Ellipticum sensum considerando.* Annotârunt sc. Ellipsin quorundam versuum *in sensu*, ne aliquis suspicaretur defectum vel hiatum *in contextu.* Huc referri debent Masoretarum

1. פסקא *Pausa* sive finis versûs *in medio versu* sc. Φαινομένως; *non lacuna vera in textu*, sed *Ellipsis lacunæ similis in sensu.* Loca vid. ap. Buxtorf. *Tiber. P. 2. c. 11.*

2. עטור סופרים sive *Ablatio scribarum* i. e. rejectio Vau suppositititii & ad

Tex-

Textum non ſpectantis, à vulgò tamen in quinque locis majoris perſpicuitatis gratia adjecti.

3. תקון סופרים *Correctio* vel potiùs *ordinatio ſcribarum* i. e. admonitio de XVIII. locis (quæ videri poſſunt apud Glaſſium *Phil. S. l. 1. Tr. 1. p. 33.*) non aliter legendis, quàm hodiè leguntur, quamvis aliquis ſciolus è connexione aliter legendos ſuſpicari queat. Verùm de hiſce ſuprà dictum eſt *c. 4. qv. 4.*

§. 3.

Circa voces verſatur Maſora notando earum (1) *Numerum.* Quamvis enim hodie non habeamus plenum omnium vocum computum in Maſorâ, tamen nullū eſt dubium, Maſoretas, cùm numerârint omnes literas & annotârint, quoties ſingulæ occurrerent, etiam ſupputaſſe, quoties vox quælibet in Scripturâ Sacrâ uſurpetur. Hinc extant adhuc obſervationes Maſoreticæ de multis vocibus, quoties occurrant. Sic *Jon. 2. 6.* Maſora magna notat vocem לראשׁ in univerſâ Scripturâ Sacrâ quater tantummodò inveniri &c. (2) *Locum:* Sic ad והארץ *Gen. I. 2.* notant Maſoretæ, vocem eam octies eſſe initium verſûs: & *v. 30.* vocem

cem ולכ dicunt verſum quater inchoare. Sic minutas particulas diligenter ſupputârunt, monueruntve, quoties primæ in verſu eſſent, ut de verſuum initiis hâc ratione indubitatò conſtaret. (3) *Syntaxin & χέσιν ad alias voces.* Sic obſervârunt verbum אמר *dicere* cum אל אלהים *ad DEUM* novies conſtructum reperiri; verbum ירא *timere* cum את אלהים *DEUM* ſepties; verbum נשבע *jurare* cum באלהים *per DEUM* quater: verbum עלה *aſcendere* cum אל אלהים *ad DEUM* ter &c. Loca vide in Maſora finali Alphabetica v. אלהים (4) *Significationes:* ubi ſcil. ambiguitas quædam oriri poſſit: Sic *Gen. XXVI. 12.* notat Maſora nomen שערים aliàs quidem *portas*, at in hoc unico loco notare *menſuras*, nec ampliùs in tali ſignificatu in Scripturâ Sacrâ occurrere. Sic *Pſ. XXII. 17.* ad כארי notat Maſora: *duo eſſe cum Kamez, ſed in diverſa ſignificatione.* Unde cum vox iſta in altero loco *Eſ. XXXVIII. 13.* ſine dubio denotet *leonem*, in Pſalmo iſto eam ſignificationem ſuſtinere non poteſt, ſed potiùs vertenda eſt: *fôderunt*, uti Græci interpretati ſunt ὤρυξαν. Cujusmodi plura

plura obſervatu utiliſſima in Maſorâ paſſim obvia ſunt. Ita etiam סבירין *opinione ambiguâ*, quæ primo intuitu aliquis exiſtimaret aliter legenda vi συνεπείας eſſe, ſuis locis autores Maſoræ diligenter annotârunt. Sic *Gen. XIX. 23.* ſcribitur השמש יצא *ſol prodibat*, ubi juxta ſyntacticas regulas ſcribendum fuiſſet יצאה vel יָצְאָ cum שמש aliàs ſit Fœminini generis; Sed Maſora parva addit, ג׳ סבירין יצאה. Tria putantur legi debere יצאה, quò ſc. lectorem moneret, licet conſtructio iſta communes regulas violare videatur, tamen lectionem iſtam veram nec à quoquàm mutandam eſſe; qua de re adeundus Buxtorfius *Anticrit. P. 2. c. 13. p. 951. ſ.* (5) *Defectus & Exceſſus literarum:* Sic annotârunt, quot ſint מלאים loca plenè cum literis quieſcentibus ſcripta, & quot חסרים defectiva ſive literis quieſcentibus deſtituta. Sic *Gen. II. v. 7.* notatur ſemel ſcribi plenè וַיִּיצֶר cum Jod quieſcente, cùm aliàs ſemper ſcribatur וַיִּצֶר. Sic *Joſ. I. 7.* obſervatur verbum וַיִּפְלוּ non ampliùs occurrere ſine י quieſcente. Idem cenſendum de quieſcentibus א & ה. Sic e.g. *Lev. XI. 11.* ad verbum מצתי in margine notatur ſcri-

ſcribi cum defectu Aleph pro מצאתי &c. (6) *Varietates lectionis*, unde decantatiſſimum illud קרי וכתיב *Keri & Ketibh*, ubi alia lectio annotatur *in margine* ab eâ, quæ habetur *in textu*. Hujusmodi *variæ lectiones* numerantur ab Elia Levita aliisque 848. incluſæ ſymbolo mnemonevtico קריין וכתבן, quæ in vulgaribus editionibus adſcribi ſolent, vocibus intra contextum circello notatis. Plures tamen dari voces aliter in textu & in margine ſcriptas, teſtis eſt Buxtorfius & accuratè codices impreſſos (præſertim editionem Cl. Clodii, qui varias lectiones ſtudiosè collegit) inſpicienti, facilè patet. Sunt tamen plerumque leviculæ, uti facilè teſtantur ſequentes Buxtorfii *Tib. c. 13.* obſervationes: ד *tredecim locis deficit ab initio, tribus in medio, 29. à fine, ſic aliæ literæ plures:* א *duodecies ſcribitur in fine vocum abundanter:* ב *quater redundat ab initio:* ה *ſepties redundat ab initio:* י *43. locis redundat in fine:* ב *undecies ab initio ſcribitur & legitur pro eô* כ*: 22. voces ſunt, quæ ſcribuntur cum* י *ab initio & leguntur cum* ו*: 76. voces ſcriptæ ſunt in medio cum* ו *& lectæ per* י*: 56. voces ſcriptæ ab initio cum* ו *& lectæ*

lectæ per ׳ *26. voces sunt, in quibus litera* ׳ *transposita est: 10. voces non sunt scriptæ in textu & tamen leguntur: 8. voces scriptæ sunt, sed non leguntur, & hujusmodi varia, quæ singula in Masora sunt observata & suis locis annotata.*

§. 4.

Circa Elementa & quidem circa *Literas* occupata est Masora observanda 1. *earum Numerum*, quâ de re *sect. problem.* 2. *Figuram*, notando quasdam ratione figuræ variè affectas sc. *majusculas*, *minusculas*, *inversas*, *suspensas*, *punctatas* & *transformatas*, de quibus infrà. De annotationibus circa *Vocales* & *Accentus* consulatur Buxtorfius *Tiber. P. 1. c. 9.* ubi omnia fusissime persecutus est. Impræsens notamus tantummodo loca, in quibus vocales ponuntur sine consonis, nim. *Rut. III. 5. & 17. Thren. I. 18. II. 2. V. 3. & 5. Jud. XX. 13. I. Sam. XIV. 32. 2. Sam. XVI. 23. VIII. 3. XVIII. 20. XX. 23. 1. Reg. IV. 7. VII. 20. XV. 18. 2. Reg. XI. 20. XV. 25. XIX. 13. XX. 13. Es. XXVIII. 15. Jer. X. 13. XVII. 19. XVIII. 23. XXXI 38. L. 29. LII. 32. Ezech. XVIII. 20.* quæ loca ex editione Menasse ben Israel collegimus.

§. 5.

§. 5.

Idioma & *vocabula* Masoræ fermè sunt; *Chaldaica*, ipse *stylus* difficillimus & intricatissimus. Unde Elias in libro suo *Masoret hammasoret* incepit plerosque Masoræ terminos ut & phrases explicare atque declarare. Cùm verò ille & obscurior & alicubi æquô brevior esset, denuò rem aggressus est Buxtorfius & *in Clave Masoræ P. 2 Tiberiadis* completam & dilucidam vocum, phraseon & abbreviationum Masoreticarum exhibuit expositionem, ad quem lectorem amandamus.

§. 6.

Masoræ dispositio externa olim alia fuit, atque hodiè est. Non quippe adscribebatur margini, sed in separatis exhibebatur chartis & schedis, quæ propter amplissimam tàm fertilis materiæ ubertatem progressu temporis in tantam molem excrevere, ut justum volumen, imò plura constituerent, & vel ipsum textum quantitate excederent. E variis Masoræ codicibus extractus olim erat liber quidam à frontispicio suo ACHLA denominatus, qui conjunctim exhibebat id, quod alibi per multas schedas di-

sper-

ſperſum tradebat, qui nunquam impreſ-ſus, Eliæ tamen viſus & uſurpatus eſt, qui eum commendat *Octern.* ב *p. 2. 6.* Temporis verò progreſſu excerpta quædam Maſoræ Sacro Codici compendiosè per literas numerales & ſymbolicas vocibus, ad quas breviculæ iſtæ notæ referendæ ſunt, circello notatis adſcribi; poſtmodum etiam cœtera adjici in MSS. cœperunt, donec à Dan. Bombergo excuſa ſimul Maſora & Bibliis Venetis, & pòſt à Buxtorfio Baſilienſibus adjuncta eſt.

§. 7.

Maſora iſta hodiè in Bibliis editis conſpicua à R. Jac. ben. Chajim Afro Tunetano ita eſt diſpoſita, ut tripliciter lectori exhibeatur & tùm pro diverſo ſitu, tùm ratione ſtyli in *Parvam, Mediocrem* & *Maximam* diſtingvi poſſit.

§. 8.

Maſora Parva dicitur (קצור מסורת) compendiaria illa, qvæ duabus columnis, Ebræo ſcilicet & Chaldaico textui interjacet, unde *intercolumnaris* dici poſſet: hæc meris conſtat abbreviationibus, literis numericis & ſymbolicis, non omni lectori intelligibilibus. Vox textus, ad

R quam

quam nota Maſoretica pertinet, circello ſupernè notatur: Hinc ſi ad unam lineam plures exſtent notulæ, totidem iis circelli in textu reſpondent. Loca Biblica parallela hîc nulla adducuntur, niſi fortè vox quædam bis tantummodò occurrat. Si vox aliqua quater, quinquies aut ſæpiùs reperiatur, pro ſymbolo locorum Biblicorum adhibetur ſententia quædam Chaldaica, rariùs Ebraica: Conf. Buxtorfii *Comm. Maſ. c. 1.*

§. 9.

Mediocris, quæ & *magna textualis* dicitur, ad textum cujusque folii adſcripta eſt, occupat autem ſpatium ſupra & infra textum & quandoque ad latus, ubi gloſſa Rabbinica deficit. In eâ ponitur primò vox textus, deinde numerus quoties reperiatur, tum ſubjiciuntur loca Biblica, licet quandoque non adducantur, ſed in alium locum vel ad Maſoram finalem remittantur. Ad eam quoque pertinet *Maſora præliminaris*, quæ paſſim in veſtibulis librorum Biblicorum ornatûs causâ inſtar magnificæ alicujus portæ majuſculis literis deſcribitur, & lineis in quadratum diſpoſitis exhibetur: Sic e.g. circa primam vocem Geneſeos בראשית habe-

habetur Maſora pertinens ad iſtam vocem, in quâ antiquitùs litera ב fuit majuſcula & ejus occaſione affertur integrum Alphabetum talium literarum majuſcularum, quæ paſſim per totam Scripturam inveniuntur. Plura vide ap. Buxtorfium *Clav. Maſ. c. 15.*

§. 10.

Maſora Maxima, quæ & *magna finalis* vocatur, Bibliorum calcem occupat, continens illa ferè, quæ in mediocri ob ſpatii anguſtiam omiſſa erant, eaque ut faciliùs inveniantur, Alphabetico ordine omnia ſunt diſpoſita. Loca Biblica ad eum ſcopum parallela vel ſtatim adducuntur, vel ad Maſoram textualem relegantur: locorum autem citatorum nec libri nec capita nec verſus allegantur, ſed ea ex Ebraicis Concordantiis inveſtiganda ſunt. Poſt ſeriem Alphabeticam Maſoræ finalis addita ſunt quædam Miſcellanea à collectore primitùs omiſſa, *p. 60.* Deinde ſequitur Catalogus vocum, in quarum lectione diſſentiebant duo Academiarum judaicarum Rectores *Ben Aſcher* & *Ben Naphtali*, *f. 63.* Tum ſeqvuntur voces, in quarum lectione differebant מדנחאי *Orientales*

Judæi h.e. Babylonii & מערבאי *Occidentales* i.e. Palæstini. Judæa enim Babyloniæ erat occidua *f.63.fac.2* Et tandem adjicitur שער הנגינות *Porta Accentuum* i.e. brevis introductio in universam doctrinam Accentuum *fol.65.fac.2.*

De Masorâ fusiùs & ex professô scripserunt Elias Levita German. *lib. Massoreth Hammasoreth.* Buxtorf. *Tiberiade sive Comment. Masoret.* Glass. *Phil. Sacr. L.1.Tr.1.p.26.s.* Müllerus *Judaism. Prol.7. p.59.s.* Hacksp. *ad Nizach. c.2. sect. 1. p.297.s.* Schick. *in Bechin. Happer. p.45. seq.* Hotting. *Thes. Phil. l.1. c.3. sect.4. p.398.s.* Brian. Walton. *Prol 8. ad Bibl. Anglic.* Joh. Leusdenius *integrâ Diss.3. præliminari ad Jonam & Phil. Ebr. Dissert. 22, 23, 24. & 25. p. 218.s.* Dn. L. Joh. Bened. Carpzovius *Dissert. 2. Collegii Biblici in libellum Ruth. §.9.seq.* Joh. Terentius *Triade alterâ Meditatione Phil. p.108.s.* Kipping. *de Scripturâ Sacrâ Exerc. 52.*

SECTIO II.
PROBLEMATICA.
QUÆST. I.
Quinam fuerint Autores Masoræ?

Resp. Peccant *in excessu*, qui è Talmudistis

diftis Maforam ad Mofis tempora referunt. Nam vivis facris autoribus & vigente dono Prophetiæ, & libero patente acceffu tum ad αὐτόγραφα tum ad vivam DEI vocem, Textum tàm follicitè munire non opus erat. Aft *in defectu* peccant, qui primam Maforæ confignationem adfcribunt Magiftris quibusdam Ebræis fextô fermè poft Chrifti nativitatem feculô Tiberiade congregatis; ita fenfit Elias Levita, quem plures feqvuntur & defendunt, cumprimis Ludov. Cappellus, quibus omnibus hoc argumentum opponimus: *Cujuscunque mentionem faciunt Talmudiftæ, illius primi Autores non fuerunt Tiberienfes, qui circa fextum feculum Chriftianum floruerunt. Sed Maforæ meminerunt Talmudiftæ, E. Major* probatur, qùia Talmudiftæ vixerunt diu ante illos Tiberienfes, totumque Talmud obfignatum eft ante annum Chrifti quingentefimum. *Minor* probatur ex Talmud Babylonico *Tr. Nedarim c. 4. f. 37. & Megilla c. 1. f. 3. & Kiddufchim c. 1. f. 30.* & Talmud. Hierofol. *Megilla c. 4.* Cœterùm autores Maforæ fuerunt diverfi.. Primitias procul dubio dedit *Esdras* cum fuô collegio fa-

cro. Succesſêre indies alii, usque dum tradente Elia Anno poſt templi everſionem 436. circiter ſapientes quidam Ebræi Tiberiade in Moeſiâ minoris Aſiæ in iſtas curas præprimis incumberent. Eos excepere duo celebres Sapientes Ebræorum *Ben Aſcher* & *Ben Naphtali* circiter annum Chriſti 1034. & ante ſesqui ſeculum fermè R. Jacob Ben Chajim ſchedas Maſoræ diſperſas collegit & Bibliis Venetis addidit, ad id à Bombergo adductus, quibus omnibus ſupervenit Joh. Buxtorfius & labores verè Herculeos Maſoræ impendit. Conf. *Diſſ. noſtra de Maſora ſ. Crit. Sacrâ Ebr. cap. 2.*

Quæst. II.

Num Autoritas Maſoræ ſit divina an humana?

Reſp. diſtingvendi primùm ſunt autores Quæ ab Esdrâ ſociisve profecta, procul dubio ſunt divinæ autoritatis: Cœtera autem ſunt humanæ fidei. Deinde diſtinctio adhibenda inter Maſoram *formaliter* & *materialiter* ſpectatam ſ. inter id, *quod eſt Maſora* & id, *quod eſt Maſoræ*: prior modô humanam, poſteriori divinam autoritatem agnoſcimus. Materia enim

enim Masoræ cum inter alia sit *Keri* in margine additum, quod certâ ratione quandoque præferendum τῷ *Ketibh* & exhibet particulam quandam integrantem, quantulamcunque licet, Scripturæ à Masoretis, etiam posterioribus, ex emendatioribus codicibus restitutam, non possumus iterum diffiteri aliquid Masoræ esse divinæ autoritatis. Quod verò ad Masoretarum supputationes, computationes &c. breviter notamus, rem numeratam esse divinæ autoritatis, formam & modum supputandi humanæ.

QVÆST. III.

An Masora, uti hodiè prostat, insignem aliquam habeat utilitatem?

Resp. Laudatur ab his, culpatur ab illis. Ex Pontificiis Genebrardi *Præf. Comm. in Psalm.* tale est judicium: *Hebræi sunt sancti, sunt Theologi, sine punctis & motionibus scripserunt, sua puris & simplicibus literis expresserunt.* Masoretæ *sunt eorum profani interpretes, puri Grammatici, distinctionibus, accentibus, motionibus, punctis illos partim illustrârunt,*

runt, partim obſcurârunt; ut ſolent interdum interpretes ſuis imaginationibus & ſenſis addictiores vel gloriæ cupidiores, ut aliquid non dictum dicere & veterum, etiamſi illi Sp. S. illuminatione claruerunt, ſugillatione ſibi famam comparare videantur. Imò *Comm. in Pſalmum 78. 47.* manifeſtam iis impingit impietatem. Nec mitiores egerunt cenſores Delrio, Marſennus & alii. E Reformatis *Ludov.* Cappellus *Defenſ. Crit. Sacr.* cenſet Maſoretas illud ſtudium totum ſine detrimento potuiſſe omittere, & *in Arcano Punct. rev. l. 1. c. 17.* alibique iis *incuriam, incogitantiam* & ἀβλεψίαν tribuit. Sic & exquiſito Maſoretarum labori plures alii eam rependunt gratiam, ut eum tanquam inutilem circulatorum περιεργίαν traducant & rideant. Conqueſtus eſt de talibus cenſoribus Ephodæus citante Commentatore libri Coſri Or. 3. ſect. 31. *Multi ſapientes, quos vidi & audivi, traducunt, diſpiciunt & contemnunt ſtudium hoc ſcribarum. Quin & ſapiens Aben Eſra aſſimilat* (ex aliorum ſc. ſententiâ, ipſum enim aliter ſenſiſſe certò conſtat) *eos numeranti folia & paginas librorum medicinalium, unde nullum*

nullum sanatur vulnus. Benigniùs tamen judicârunt, qui optimam Masoretarum intentionem & mirandos labores aliquantò impensiùs considerárunt. Sic non nisi honorificè commemorant & gratâ mente agnoscunt Masoretarum studia Joh. Reuchlinus *in Speculo Oculari*, Marcus Marinus *Brixiensis Præf. in Thes. Lingvæ S. cui titulus Arca Noæ*, B. Ar. Montanus *Bibl. Reg. Præf. in Pentateuchum*, Nic. Serarius *Proleg. Bibl.* Simeon de Muys *de Edit. Ebr. c.7.* Petrus Cunæus *de Repub. p.m. 161.* Conzenus *lib.5. Polit. c.24.* Fullerus *Miscell. Theol. l 3. c.13.* Buxtorf. *Tiber. l. 1. c. ult.* Glassius *Phil. Sacr. l.1. p 19.* Hotting. *Thes. Phil. p.m. 138. 410. seq.* Hackspan. *ad Nizz. p. 297. s.* Dilherrus *l.1. Elect. c.22. p. 131.* & alii doctissimi viri. Facit sanè labor eorum non parùm ad Sacri Codicis integritatem sartam atque tectam conservandam. Et licet Masoretarum præcipuè posteriorum crisis quandoque fuerit curiosior vel etiam superstitiosa, utilis tamen nobis per accidens fuit eorum curiositas & superstitio, adeoque Deus, qui Judæis τὰ λόγια sua concredide-rat, finem suum vel per ignaros & aliud

agentes ſapientiſſimè eſt conſecutus. Neque obſtat, *Maſoreticam criſin ſæpè fallere* e. g. in computo literarum, nam Elias *Oθern. Vau pag.* 2. *a.* ait legem conſtare literis 6000045. ששים רבוא וארבעים וחמשה, quod tamen falſum eſſe vdieatur. Reſp. Diſtingvendum inter computum *Elianum* & γνησίως *Maſoreticum*. Elianus ille numerus procul dubio minùs accuratè ſubductus eſt. Pentateuchus enim 1. eſt quarta pars, omiſſis quibusdam minutiis, totius V. T. quod ſi ergò Eliæ calculus admittendus foret, provenirent non *1236. millia* (uti Schickardus pingvi Minerva inſtitutâ computatione ſe comperiſſe ait, quem tamen numerum nos juſtô majorem putamus) ſed ultra *2400. millia* literarum in toto Codice V. T. 2. Media litera totius Pentateuchi eſt ו vocis גחון *Lev. XI. v. 42.* uti teſtantur Maſoretæ ad eum locum & Talmudiſtæ *in Kidduſchim c. 1. f. 30.* & eandem, ut ut non ſit exactè media, ab illa tamen ſtatione non procul abeſſe, παχυλῶς oſtendi poteſt *tùm* ex proportione *paginarum*: Sic e. g. in editione Bibliorum Menaſſeh ben Iſraëlis Pentateuchus 128. abſolvitur

vitur foliis, vox autem illa גחון extat *fol.* 66. *tùm* ex proportione *versuum*, nam medius versus extat Lev. 13. 33. & abest versibus tantum 46. ab eo, qui continet vocem גחון: *tum* ex proportione *vocum*, nam vox media Pentateuchi extat Lev. X. 16. & sic non procul abest á nostrâ voce. Jam usque ad literam ו vocis גחון á principio Geneseos, uti, quantâ fieri potuit diligentiâ, subduximus calculum, continentur 158946. literæ, quæ duplicatæ producunt 317892. (vel additâ media 317893.) literas totius Pentateuchi: ad quas literæ reliquæ Scripturæ Sacræ fermè triplam habent proportionem. Ut quidem exactè tripla esset, requirerentur 953676. cùm tamen apud Buxtorf. *Tib. P. 1. c. 18.* tantummodo 815280. Sacri Codicis (excluso sc. Pentateucho, uti Schickardus probavit) literæ recenseantur. Sed huic excessui opponatur, quod Pentateuchus etiam non sit exactè quarta pars Scripturæ 3. Præterea Eliæ non insolens est in supputatione cespitare. Nam cùm istum literarum Pentateuchi numerum proposuisset, subdit sectionis primæ Bereschit literas esse 1915. ubi tamen Buxtorfius putat

putat plures esse, quàm quinquies mille, & nos accuratè subducto calculo 7233. reperimus. 4. Masoræ denique calculum, ubi ipsi eum, quantum per otium licuit, recognovimus, deprehendimus in plerisque non procul aberrare à scopo. Ad ultimam quidem sectionem Geneseos notat ejus literas esse 4305. nobis provenerunt in subitariâ numeratione 4418. & sic superant 53. sive jam Masoretæ quendam versum non computârint, sive alteruter nostrûm in computatione erraverit, factô denuò periculô judicent alii. Sufficit nobis, quod calculus Eliæ ex his νοθείας convincatur.

Qvæst. IV.

Quid sibi velint Literæ in textu majusculæ, minusculæ, inversæ, suspensæ, punctatæ & aliter affectæ?

Resp. Notarunt Masoretæ (1) triginta Literas cœteris MAJORES nim. א 1. Chron. I. 1. ב Gen. I. 1. ג Lev. XIII. v. 33. ד Devt. VI. 4. ה Devt. XXXII. 6. ו Lev. XI. 42. Est. IX. 9. ז Mal. III. 22. ח Est. I. 6. ט Job. IX. 34. Eccles. VII. 1. י Num. XIV. 7. כ Ps. LXXX. 16. ל Deut. XXIX. 28. Lev. XI. 30. מ Pro. I. 1. נ Exod. XXXIV. 7.

Rut.

Rut. III. 13. ן Num. XXVII. 5. ס Ecclef. XII. 14. Num. XIII. 30. ע Deut. VI. 4. פ Dan. VI. 20. ף Gen. XXX. 42. צ Ef. LVI. 10. ק Pf. LXXXIV. 4. ר Exod. XXXIV. 14. שׁ Cant. I. 1. ת Deut. XVIII. 13 Eft. IX. 29. Hujusmodi literæ majufculæ non fuerunt fortè fortuna natæ, vel faltem non omnes, neque tamen ad ea defignanda myfteria adhibitæ, ad quæ à Judæaftris trahuntur. Aliquando funt *emphaticæ*, ad rei tractatæ altiorem confiderationem, majorem admirationem, diligentiorem attentionem excitandam adhibitæ: ut Dev. VI. 4. c. XXXII. 6. Mal. III. 22 Exod. XXXIV. 7. Eccl. XII. 14. Deut. XVIII. 13. &c. aliquando *myfticæ*, ut Pf. LXXX. 16. aliquando *fymbolicæ* & *criticæ*, fic ו Lev. XI. 42. eft media litera totius Pentateuchi. Secundò triginta tres literas cœteris minores, nim. א Lev. I. 1. ב Prov. XXX. 15. ג Job. VII. 5. ד Prov. XXVIII. 17. ה Gen. II. 4. ו Num. XXV. 12. Pf. XLII. 4. ז Eft. IX. 9. ח Job. XXXIII. 9. ט Thr. II. 9. י Devt. XXXII. 18. כ Gen. XXIII. 2. ל Thren. I. 12. מ Deut. XXXI. 27. Lev. VI. 2. ם Neh. XIII. 30. נ Thren. IV. 14. ן Ef. XLIV. 14. Jer. XXXIX. 13. Prov.

Prov. XVI. 28. כ Nah. I. 3. Psal. XXVII. 5. ע Thren. III. 36. פ Dan. VI. 20. צ Jer. XIV. 2. ק Job. XVI. 14. ק Exod. XXXII. 25. Gen. XXVII. 46. ר Ex. XXIII. 19. c. XXXIV. 26. Est. IX. 9. ש Est. IX. 7. ת Est. IX. 9. De hisce literis minusculis idem esto judicium, quod de majusculis. Inter alia quædam adhibitæ videntur ad indicandum *contemtum* personæ, de quá agitur, ut Est. IX. v. 7. 9. ubi sermo de filiis Hamanis. Sic Deut. XXXI. 27. de Israëlitis rebellibus. Ita Prov. XVI. 28. Exod. XXXII. 25. &c. Tertiò observarunt literas quasdam INVERSAS & CONTORTAS: ut Num. X. 35. Num. XI. 1 &c. Quartò quatuor supra reliquas SUSPENSAS seu quasi pendulas, nim. נ Jud. XVIII. 30. ע, quæ media litera in Psalmis, Psalm. LXXX. 14. eadem Job. XXXVIII. 13. & v. 15. Conf. de hisce Buxtorfius *Tib. c. 14. 15. & 16.* Quintò annotarunt literas PUNCTIS quibusdam insolentibus INSIGNES, quales observarunt in quindecim vocibus ובינך Gen. XVI. 5. אליו Gen. XVIII. 9. ובקומה Gen. XIX. 33. וישקהו Gen. *XXXIII.* 4. את Gen. *XXXVII.* 12. ואהרן Num. *III.* 39. רחקה Num. *IX.* 10. אשר Num. *XXI.* 30. ועשרון

Num.

Num. *XXIX.* 15. לנו ולבנינו Dev. *XXIX.* 29. יצא 2. Sam. *XIX.* 20. המסם Ef. *XLIV.* 9. ההיכל Ez. *XLI.* 20. מהקעות Ez. *XLVI.* 22. לולא Pf. *XXVII.* 13. De talibus punctatis vocibus cenfura Leusdenii *l. c. fect.* 5. eft: Vel *cafu intextum irrepfiffe, inter tempora Esdræ & confectum Talmud, vel certo confilio à quibusdam Judæis iisdem temporibus effe addita, & quidem ut efficta quædam myfteria ex textu elicerent.* Verùm nimis angufta videtur hæc cenfura: nam non fatis cogitaffe videtur Cl. Leusdenius de autoribus iftorum punctorum, quos quidem ante Talmudianos fuiffe certum eft *ex Berachot c. 1. f. 4.* eorum tempus tamen certò definiri non poteft: neque etiam loca omnia ejusdem funt generis. Nobis videntur ifta puncta inter alia adhibita fuiffe ad excitandam *admirationem*, ut Gen. XIX. 33. ad quem locum notat Hieronymus *Quæft. in Gen. Appungunt defuper, quafi incredibile & quod rerum natura non capiat, coire quempiam nefcientem:* Sic Gen. XXXIII. 4. ofculandi verbum punctis notatum, quod mirum, hominem tam efferum ita placatum & mitem factum, ut Jacobum ofcularetur &c. aliquando

do ad notandam *emphasin*, Gen. XVI. 5. &c. quandoque fortè puncta talia sunt mystica, licet nobis non omnia in tanta Masoræ confusione & defectu pateant. Ficta Judæorum mysteria neq; nos curamus. Conf. Buxt. *Tib. c.* 17. Sextò denique notârunt literas planè INSOLITÆ FIGURÆ. Sic Es. *IX.* 7. in voce לםרבה occurrit *Mem finale* in medio, uti videtur, mysticum. Contrà *Neh. II* 13 המ Mem medianum pro finali adhibetur: Sic Job. *XXXVIII.* 1. in voce מנ est Nun medium pro finali, quod casu fieri potuit. Conf. *Dubia nostra p.* 782. *s.* 545. *s.*

QVÆST. V.

Num Keri *seu lectio marginalis semper melior sit quàm* כתיב Ketibh *seu lectio textualis?*

Resp. Excell. Dn D. Wasmuthus *Gram. Ebr. Reg.* 31. *p.* 116. *s.* censet *Katban* à Masoretis notata meras Anomalias Grammaticas &, quomodocunque habeant, ex linguæ ὀρθοεπείᾳ & ὀρθογραφίᾳ esse. Adeoque Vir Clarissimus τὸ כתיב nunquam in mendo cubare censet Contrà alii τὸ כתיב semper censent corruptum, & corrigendum è Keri, cum tamen

men Keri non sit *correctio*, sed *varia lectio* ex aliis codicibus minùs vulgatis annotata. Broughtonus utrumque retinendum putat. Idem forte in animo habens Junius lectionem utramque in sua versione sæpè conjungit. Quin & Clarissimus Wasmuthus כתיב & קרי miscenda quandoque vult: Nam *pag 122.* יד 1. Sam. IV. ait simul esse pro יד & pro יד. Sic Jos. XXII. מִעֵבֶר pro מֵעֵבֶר & בְּעֵבֶר &c. *conf. & ejusdem Disputatio Inauguralis controv 6.* Sed judicent eruditi, annon sic *διττότης* quædam sensûs inferatur? Nec satis videmus, ut hoc monere liceat, quæ lingvæ Ebraicæ ὀρθογραφί & ὀρθοέπεια sit, cum e. c. כתיב habet גָּבוֹל pro גָּדוֹל / בְּאָדָם pro מֵאָנְכֶם / מִדְבָּר pro מִלְבּוֹ / אֱלֹהֶיךָ pro אֱלֹהֵיכֶם / מֵעֵבֶר pro בְּעֵבֶר / שׁוֹמֵעַ pro שְׁמוּעַ / אִישׁ־מָרָה pro אֵשֶׁת־מִרְמָה: sic cum integrarum desunt vocum literæ, cum integræ voces abundant &c. Et si animus fuisset anomalias Grammaticas notare, quidni longe plura קרין fecissent, cum plura sint anomala? Nos proinde citra cujusquam præjudicium censemus, nec semper τὸ *Keri* τῷ *Ketibh*, nec semper hoc illi præferendum esse, cùm autores Ma-

S sotæ

foræ præcipuè posterioris textum non emendârint, sed ejus tantùm variantes lectiones (è minùs tritis sive vulgatis præcipuè exemplaribus) annotare voluerint. Existimamus proinde 1. Veram lectionem nunquam in omnibus exemplaribus periisse, adeoque vel in τῷ *Ketibh* vel in τῷ *Keri* exhiberi. 2. Τὸ Ketibh nunquam facilè deserendum esse, nisi vel forma Grammatica plane sit aliena, vel vox aliqua superflua vel parùm commoda evidenter deprehendatur. Tunc enim forma Grammatica genuina in τῷ Keri marginali ex emendatiori codice restituta sequenda, vel vox commodior ex aliô itidem codice petita præferenda videtur e. g. 1. Sam. IV. 13. pro יַךְ יד Jos XV. 47. pro הגבול, הגדול &c. Unde etiam B. Lutherus noster, quanquam rariùs, τὸ Keri secutus est. Verùm plura in rem præsentem videantur ap. D. Glassium *Phil. Sacr. P.* 1. *p.* 4. *s.* Magnif. Dn. D. Calovium *Crit. Sacr. p.* 373. *seqq.* Fabritium *Partit. Cod. Ebr. p.* 13. *seq.* Buxtorfium *Anticrit. P.* 2. *c.* 4. Joh. Ern. Gerhardum *ad Schick. p.* 26. *&c.*

Qv.

Qvæst. VI.

Quisnam in Sacro Codice voces honeſtiores pro obſcœnis ſubſtituerit?

Reſp. Pro vocibus quibusdam obſcœnis non *per ſe* & *primâ ſuâ origine*, ſed ſucceſſu temporis *ex opinione hominum* talibus, ne vulgo ſcandalum præberetur vel vileſceret Sacrarum Literarum autoritas, ſubſtitutæ ſunt honeſtiores pro iſtâ temporis ratione, ſc. pro שגל legendum monetur שכב Deut. XXVIII. 30. Eſ. XIII. 16. Zach. XIV. 2. non, ut rectè notat Maimonides, quod שגל quoad primam ſui originem ipſum actum venereum exprimat, ſed quod ſucceſſu temporis inter homines talis ejus ortus ſit uſus. Sic pro מוחראות *latrinæ* 2. Reg. X. 27. legendum מוצאות loca egeſtionis. Sic pro חריונים *ſtercus columbinum* 2. Reg. VI. 25. רביונים *fluxus columbarum*: pro עפלים, quod eſt cognomen obſcœnum *partium naturalium* 1. Sam. VI. 17. טחרים: pro שיניהם *urinæ eorum* 2. Reg. XVIII. 27. מימי רגליהם *aquæ pedum*

dum eorum. Perinde, ait Schickardus Bech. Happ. p. 54. *ac si quis hodiè Paulinum illud* Phil. III. v. 8. Jch achte es für Dreck / *verecundiæ gratia neve juniores offendat, in solenni Ecclesiæ conventu offerret*, ich achte es für Koth / *& sic publice semper legendum esse margini annotaret; retentis nihil ominus (ob proprietatis emphasin) in scripto textu formalibus Lutheri verbis.* (Ubi obiter monendi nobis vocabula usu vulgari obscœna, quæ B. Lutheri ætate talia non fuerunt.) Ejus verò εὐλαβείας autores si quis Esdram cum Synedrio statuere velit, cum posteriores Masoretæ tale quid ordinandi vocalibusque ab Esdra additis expunctis alias literis Sacri Codicis substernendi licentiam sibi vix sumsisse videantur, nos non habebit contradicentes. Cœterùm cùm hodiè, ubi lingva Ebræa Judæis vernacula esse deiiit, eædem voces, quæ aliàs per se & suâ naturâ nil fœdum important, ne usu quidem obscœnæ esse queant, perinde erit sive quis *Keri* sive *Ketibh* pronunciare velit.

CAP.

CAPUT VII.

De
KABBALA.

SECTIO I.
APHORISTICA.

§. 1.

KAbbala קבלה i. e. *acceptio* (ut adeò מסורה *traditio* & קבלה *acceptio* sint correlata, quæ etiam nonnunquam permutantur, discrimen tamen exponit D. Carpzovius *Disp. 3. Prælim. in Ruth. p. 31.*) hîc est *abstrusior modus Judæorum Scripturam per Symbola præsertim explicandi & applicandi.*

§. 2.

Dividitur in *Theoreticam* & *Practicam*: illa in *explicandâ*, hæc in *applicandâ* Scripturâ Sacrâ occupata est.

§. 3.

Ut autem à *Practicâ* ordiamur, tota illa impia, superstitiosa & magica est. Censent enim Judæi per artes Kabbalisticas è Scripturâ petendas averti mala, pelli morbos, fundi hostes, quin & mundum everti posse. Huc pertinet li-

ber שִׁמּוּשׁ תִּילִים, qui totum Pſalterium ad magicas ſuperſtitiones depravat. Conf. de eô Buxt. *Bibl. Rabb. p. 415.* huc & referendus eſt horrendus nominum divinorum abuſus & שם המפורש tantoperè decantatum.

§. 4.

Theoretica Kabbala vel *artificialis* eſt vel *inartificialis*.

§. 5.

Artificialis eſt triplex, *Gamatria*, *Notaricon* & *Temura*.

§. 6.

Gamatria eſt (1. *Arithmetica* ſc. explicatio vocis è numeris, quos juxta valorem literarum ſuarum arithmeticum continet, vel per aliam vocem, quæ in numeris totidem continet. Sic Zach. III. 8. צמח explicatur per מְנַחֵם, quia utraque vox quoad valorem literarum arithmeticum continet 138. h. m.

צ	90.	מ	40.
מ	40.	נ	50.
ח	8	ח	8.
		ם	40.
	138.		138.

Sic

Sic Gen. XLIX. 10. יָבֹא שִׁילֹה facit tantundem atque מָשִׁיחַ sc. 358. sic Gen. XXI. 9. vox מְצַחֵק exponitur לַחֲרֹג quia utrumque in numeris continet 238. qualium affatim est ap. R. Jacob Baal Turim. II. (2. צוריית sive *Figurativa*, quæ ex quantitate & diversâ affectione literarum mysteria eruit, quò pertinet consideratio literarum majuscularum, minuscularum, suspensarum &c. (3. *Architectonica*, quæ è dimensione mathematica ædificiorum & structurarum mysteria captat. Sic ad imitationem Ebræorum exemplum Christianum nonnulli suppeditant. Gen. VI. arca Noæ 300. cubitos longa, 50. lata & 30. alta fuisse scribitur. Si igitur (1) longitudo dividatur per altitudinem, prodibunt 10. quot valet litera י, eidemque (2) adjungatur longitudo ipsa 300. quibus respondet litera ש & tandem (3) eadem dividatur per latitudinem, emergent 6. quot valet litera ו; quæ tres literæ junctim sistunt nomen ישו *JESU* structurâ Noachicâ adumbratum. Verùm cùm nomen sit decurtatum, parum huic subtilitati tribuendum est. Referri denique ad hanc Kabbalæ speciem & cum-

primis primum ejusdem modum Arithmeticum possunt varia artificia mnemonica è numerali expositione vocum petita, qualia recenset Excell. Dn. D. Scherzerus in calce *Trif. Orient. p. 169.* quæ huc transferre placuit: (α) בראשית legi potest בראש ירת in primo sc. Templo sunt anni *CCCCX.* junge Jod alterum, habebis durationem Templi alterius *CCCCXX.* annos. (β) Adamus mortuus ann. *CMXXX.* כיבן sive memoriale est ex Ps. *XC. 40. Mille anni sunt dies DEI unicus.* Horum dierum unum largitus erat DEUS Adamo. Viderat autem Adam prophetico Spiritu, Davidem in utero matris moriturum. Ergò de millenario suo ipsi largitus est *LXX.* annos. Unde hic *LXX.* ille vero *CMXXX.* vixit. (γ) *Enoch* cursum annis *CCCLXV.* quot diebus Sol suum, absolvit. Noach נח cum moreretur, fuit Abraham alter qs. נח i. e. annos *LIIX.* natus (δ) *Gen. XLII. 2.* רדו *descendite in Ægyptum* manentes sc. ibi רדו i. e. annos *CCX.* vel juxta alios רטו *divertit* manentes annos רט i. e. *CCXV.* (ε) Gen. *XXI. 7.* quis מי לל *dixisset*: certò lactabit filios Sara sc. anno Abrahami מי'ל i. e. *C.* (ζ) *Jer. XXIX. 25.* שרח *misit nos*

Babel

Babel Anno sc. של״ח i.e. CCCXXXIIX. Millenarii IV quô contigit Templi primi excidium. ( ) Si quæras כמה *quantum* differat supputatio Revolutionum R. Adæ F. Ahaba accuratior a reliquis? responde ד i. e. *D.* scrupula & מ״ה *XLV.* momenta. (ϑ) Ps. *LXVIII.* 17. אבינא לאחריהם i. e. *Abina* (intelligam) *finem ipsorum*, est סימן sive memoriale quòd R. Abina fuerit ultimus Gemaricorum. (ι) *Jesa. LXI.* 9. omnes ראיהם *videntes illos* יכירום *cognoscent eos* est סימן, quod Millen. *VI.* Anno *CCLVI.* Judæi à Venetis jussi sint gestare pileum croceum sive flavum. Nam vox ראוהם valet *CCLVI.* יכירום verò Gematricè est כרכום *crocus.* (κ) *Gen. XLVII.* 28. ויחי & vixit Jacobus sc annos ויחי *XXXIV.* à nativitate Josephi: quantum autem doloris sustinuit ob venditum filium annis *XVII.* tantum gaudiorum DEUS concessit cum filio in Ægypto annis itidem *XVII.* (λ) 1. *Reg. XX.* 31. מלכי Reges justi sunt i. e. Saul, David, Salomo, qui regnârunt annis מלכי i. e. *C.* (μ) *Prov. XV.* 3. oculi Domini aspicient רעים וטובים i. e. *malos & bonos.* סימן est: Reges Judæ *XIX.* quorum quidam mali

quidam boni erant, regnâsse רעים וטובים i.e. annos *CCCXCIII.* (*v*) A Rehabeam ad Captivitatem Oseæ similiter fuerunt *XIX* Reges, omnes nequam, & regnârunt annis אמר i. e. *CCXLI.* signum est Pf. *L.* 16. *Impio* אמר *dixit DEUS.* Diutiùs vixerunt pii, quia Prov. *X* 27. *timor Domini auget dies.* (*ξ*) *Gen. XVII.* 19. Vocabis nomen ejus יצחק Isaac, י notat *X.* tentationes Abrahami, צ *XC.* annos Saræ, cùm Isaac nasceretur, ח *IIX.* diem circumcisionis, ק *C.* annum Abrahami, cùm Isaac nasceretur, (*o*) *Gen. VI.* 3. non contendet Spiritus meus בשגם. Hæc vox valet idem ac משה Gematricè: nam vixit Moses *CXX.* annos istis concessos ad pœnitentiam. (*π*) Vox בתורה *in Lege* notat *DCXIII.* tot sc. ipsi præcepta numerant. (*ρ*) *Ex. XII.* 13. Erit sangvis לאת *in signum*: Est סימן interstitii temporis à circumcisione Isaaci ad noctem exitûs ex Ægypto, annorum sc. *CCCCXXXI. tantundem enim vox* לאת valet, quam Judæi propterea defectivè scriptam pro לאות dicunt.

§. 7.

Notaricon à *notando* consistit vel in extractione vocis alicujus, è pluribus, vel

vel expositione unius vocis per plures à literis iisdem inchoandas. Prius fit *primo* per ראשי תיבות sive *literas initiales* v. g. Gen. *XLIX.* 10. ex literis initialibus vocum יבא שילה ולו elicitur nomen ישו: ita & ex Ps. LXXII. 9. ינון שמו ויתברכו בו. Sic Ps. XCVI. 12. ex ישמחו השמים ותגל הארץ fit nomen יהוה. Sic Ex. XV. 11. è primis literis vocum מי כמוך באלים יהוה exprimitur nomen מכבי sive *Maccabæorum*, quia inde tesseram militarem eorum desumptam esse existimant. *Deinde* per סופי תיבות sive *literas finales*: Sic Ex. III. 13. è literis vocum לי מה שמו מה finalibus exsculpitur nomen יהוה *Gen. II.* 2. Ex ברא אלהים לעשות elicitur אמת. Posterioris generis (quod Acrostichis Lat. & Græc. affine est) exempla passim obvia sunt: Sic Ps. III. 2. רבים exponitur per רומיים *Romanos*, בבלים *Babylonios*, יונים *Græcos* & מדי *Medos*. Sic ex vocabulo יקהת Gen. XLIX. 10. Judæus quidam elicuit sequentia: Jüden/ Christen/ Heyden/ Türcken. Huc referri potest & illa Kabbalæ species, cùm vox divellitur in duas pluresve & ita exponitur: E. g. בראשית à quibusdam expli-

explicatur per ברא שית *creavit fundamentum* vel בר אשית *Filium ponam* sive constituam sc. creatorem cœli & terræ.

§. 8.

Temura, i.e. *permutatio*, consistit in literarum permutatione, idque fieri dicitur (1. cùm literæ permutantur anagrammaticè v. g. Ex. XIII. 23. מַלְאָכִי *Angelus meus*, juxta hanc Kabbalam est מִיכָאֵל (2. per *Ziruph* sive combinationem, cùm una litera pro altera ipsi certô modô parallela sumitur. Modi ejus insigniores sunt tres: *Alban*, *Athbasch* & *Atbach*. Juxta *Albam* Alphabetum ita ordinatur:

אבגדהוזחטיכ
למנסעפצקרשת

Hinc Es. VII. 6. nomen טָבְאַל exponitur רְמַלְיָא ita sc. ut pro prima litera ט accipiatur litera ר ipsi in *Albam* substrata, sic pro ב subordinatum מ &c. Juxta *Athbasch* ita locatur Alphabetum:

אבגדהוזחטיכ
תשרקצפעסנמל

Sic Jer. LI. 1. לב קמי *cor insurgentium contra me*, exponitur per כשדים *Chaldæos*. Sic ibid. v. 41. & c. XXV. 26. nomen ignotum ששך per בבל redditur. Conf.

Dubi-

Dubia nostra P.1.p.853.&903. *Atbach* autem est combinatio duarum diversarum literarum, quæ exactè conficiunt vel *denarium* vel *centenarium*, vel *millenarium*, (ubi literæ finales pro centenariis capiendæ sc. ם pro 600. ן 700. ף 800. ץ 900.) quarum deinceps una accipitur pro alterâ h. m.

דו	גז	בח	אט
10	10	10	10
מס	לע	כפ	יצ
100	100	100	100
תם	שן	רף	קץ
1000	1000	1000	1000

Sic Ezech. XLVII. 13. גֵּרָה exponitur per זֵרָה: ita Ezech XXVIII, 17. לְבַצ ad prædam exponitur לְבַז.

§. 9.

Aliàs Men. ben. Israel *Concil. in Exod. qv.50. p.170.* tredecim constituit modos, quibus Kabbalistæ eruant arcanos & mysticos sensus Scripturæ Sacræ (ut aliàs Talmudici in casibus civilibus habeant tredecim regulas sive canones dialecticos legem interpretandi, de quibus conf. suprà *c.5. Sciagr. Antiqv. l.6. c.8.*) *Primus* ipsi dicitur נוטריקון *Notaricon*, cùm

cùm ex singulis cujusque vocabuli literis totidem formantur voces Ut cùm è sex literis vocis בראשית conficiuntur sex voces ab iis literis inchoatæ בראשינה ראה אלהים שיקבלו ישראל תורה *In principio vidit DEUS suscepturos esse Israëlitas legem:* (aliud exemplum vide in *Dubiis nostris p. 196.*) vel cùm unum vocabulum in bina dissolvitur e. g. בראשית in ברא שית *creavit sex* sc. opera Hexaemeri &c.

II. *Regula* ipsi vocatur צירוף *Ziruf.* i.e. combinatio, cùm literæ ejusdem vocis variis modis transpositæ nova & diversa formant vocabula: Sic נֹחַ *Noa* per transpositionem notat חן *gratiam* Gen. VI. עֵר *Her. c. XXXVIII.* notat רָע *malum.* Ita ex בראשית conficitur בא׳ תשרי *primo die Tisri* scil. mundus est creatus: vel ברית אש *fœdus ignis* Deut. XXIII. 2.

III. גמטריא *Gamatria*, quæ in numeris occupatur e. g. הריון *conceptio* valet in numeris 271. unde conjectant tot diebus naturali ratione fœtum in utero esse. Notandum est sæpè ad numerum, quem verbi alicujus literæ faciunt, adjici unitatem, quam vocant כולל quia pro totâ voce ponitur. Sic ברית *fœdus* valet

valet 612. adjecto *colel* ſive voce ipſa 613. quot ſunt præcepta legis. Verùm hîc videtur *ἀποϱία ψάλτȣ βήξ.* v. *Dub. noſtra pag. 23.*

IV. צורה *Figura* ſive *forma*, quæ conſiſtit in conſideratione formæ characterum. Ita volunt legem à ב incepiſſe, quia hæc litera tribus conſtet lineis i.e. tribus ו *Vavim*, quæ ſi ſcribas expansè literis ſuis h. m. ואו, ואו ואו, valent ter 13. i. e. 39. quem numerum quoque facit יהוה אחד *DEUS unus.*

V. ראשי תיבות וסופי תיבות *Literæ initiales & finales.* Sic Deut. *XXX. 12.* מי יעלה לנו השמימה *quis aſcendet nobis in cœlum?* quatuor literæ initiales faciunt מילה *circumciſio*, extremæ quatuor nomen יהוה, quod ſc. DEUS per circumciſionem nos evehat in cœlum: Rariùs habetur ratio תוכי תיבות ſive *literarum è medio deſumtarum.*

VI. תמורה *permutatio*, ſic per Atbaſch ששך Jer. XXV. eſt בבל.

VII. חסר ומלא *defectiva* & *plena*, cùm vel omittuntur vel etiam integrè vel ſuperfluè in textu ponuntur literæ quieſcentes, unde grandia eliciuntur myſteria. Sic Num. VII. 1. cenſent כְּלֹּת

ſine

fine ו scriptum, quod innuatur simul vox כַּלַּת *sponsa.*

VIII. סתומות ופתוחו׳ *Paraschæ clausæ & apertæ.* Mystério non carere censent distinctionem legis per diversas literas פ & ס: Ita etiam פסקא sive *pausam in medio versu*: Ita quod Parascha ויחי, quæ ultima Geneseos est, in libro legis nullâ distinctione separatur, quam tamen reliquæ omnes habent. Huc refert quoque literas finales pro medianis & contrà adhibitas.

IX. קרי ולא כתיב כתיב ולא קרי. *Quod legitur & non scribitur, vel scribitur & non legitur* i.e. variæ lectiones, quas non sine mysterio factas censent: Sic Ps. XXIV. 4. pro נפשו Kabbalistæ monent legendum נפשי ob latens mysterium.

X. קטנות וגדולות *literæ minusculæ & majusculæ*, quas non fortè sed consultò factas ob latens mysterium existimant. Conf. suprà *c. V. qu. 4.*

XI. חילוף *Chilluph* Variatio, cum una litera pro altera ponitur, ut Gen. *XIII.* 2. in אהלה est ה pro י affixo: quod non nudæ Enallage literarum Grammaticæ,

maticæ, ſed occultiori cauſæ Kabbaliſticæ adſcribendum putant.

XII. נקודות *Puncta* ſc. vocalia irregulariter adhibita, ut cùm ſcribitur יְהֹוָה pro יְהוָה vel etiam extraordinariè vocibus ſuperaddita ut Devt. XXIX. ult. לנו ולבנינו *nobis & filiis noſtris*, ubi aliquid abditi latere volunt.

XIII. טעמים *Accentus* ſc. extraordinariè Regii pro Miniſtris adhibiti, vel etiam duplices in uno textu uti in decalogo & *Gen. XXXV. 22.*

§. 10.

Kabbala *Inartificialis* non conſiſtit in certis regulis, ſed ſolâ nititur traditione, atque ex Ebræorum mente multa tremenda myſteria, præſertim de DEO ejusque attributis, ſed ſub involucris obſcuris, complectitur, & tam ſuperſtitiosè à Judæis occultatur, ut etiam pauciſſimis ipſorum innoteſcat. Huc pertinet *Arbor Kabbaliſtica* (de quâ infrà) *Opus Mercabha* ſeu Quadrigæ, quod non Phyſicas uti *Opus Bereſchit* ſive creationis, ſed Metaphyſicas ſive Pnevmaticas ſpeculationes complectitur de quo conf. D.D. Scherzerus *Trif. Orient. p. 109. ſeqq.*) Arcanum שם המפורש (de quo Buxt. *Lex.*

T *Bib.*

Bibl. v. הוה) & alia. At de *Kabbalâ* plura dabunt præter Ebræos è Bibliotheca Buxtorfiana petendos Joh. Reuchlin. *Trib. Libris de Arte Kabbal.* Joh. Picus Mirandulanus *Apologet.* Paulus Elchanon converſus Judæus *de Myſterio Novo*, Galatin. *l. 1. de Arcan. Cathol. Verit. c. 6. & alibi*, Chriſtianus Gerſon. *Talmud. Part. 1. c. 31.* Theod. Hackſpan. *peculiari Diſſert. Miſcellan. ſubjuncta*, Menaſſe ben Iſraël *Conciliat. Legis quæſt. 50.* Jacob. Gaffarell. *Apologia pro Myſt. Kabb.* D. Joh. Müller *Prol. 6. Judaiſm.* Glaſſius *Phil. S. L. 2. P. 1. Tr. 2. Sect. 3. art. 7. p. 302. ſ.* Waltherus *Offic. Bibl. p. 545. ſ. & edit. poſt. 523. ſ.* Ath. Kircherus *Oedip. T. 2. Cl. 4.* Schick. *Bechin. Happ. Diſſ. 4. 15. 6.* Hotting. *Theſ. Phil. l. 1. c. 3. ſect. 5.* Joh. Hoornbeck *de convertend. Jud. l. 1. p. 90. ſeq.* Joſeph. Voiſin. *Notis ad R. Iſraël Filii Moſis Diſput. Cabbaliſt.* Brian. Waltonus *ad Bibl. Angl. Prol. 8.* Dn. Andr. Sennertus *Diſſ. pecul.* Joh. Steph. Rittangel. *Notis ad Jezira pag. 27. ſeq.* Leusden. *Phil. Ebr. Diſp. 26.* Voëtius *Diſp. P. 3. p. 226.*

SEC-

SECTIO II.
PROBLEMATICA.

QVÆST. I.
Quam originem agnoſcat Kabbala?

Reſp. Judæi in Paradiſo ortam volunt & *Adamo* ab ipſius Præceptore Raſiele revelatam eſſe. Alii *Moſi* adſcribunt. Cœterùm *Esdram* primum exiſtimant, qui Kabbalam literis commiſerit. Nos diſtingvimus inter Kabbalam ſumtam pro orali propagatione divinorum myſteriorum,quomodo patimur ut Adamo accepta feratur; & pro Alphabetaria illâ Scripturam explicandi ratione, quam tùm ortam certi ſumus, cùm poſt captivitatem præſertim Babylonicam deſertô Scripturæ Sacræ ἀητᾶ quiete ſuâ abutentes & faſtu Phariſaico inflati ad fabulas & pueriles nugas delaberentur Judæi.

QVÆST. II.
Cujus autoritatis ſit Kabbala?

Reſp. Autoritas *Kabbalæ theoreticæ artificialis* à nobis expoſitæ ap. cordatos nulla eſſe poteſt, nam 1. in Scripturâ nullum habet fundamentum, 2. ſana ratio

tale medium hermenevticum non ſuppeditat, 3. tali nititur fundamentô, ex quô non difficile eſſet è falsô verum & è Diabolo DEUM facere, cùm quilibet nôrit, quid è literarum permutatione, trajectione, enumeratione &c. fingi queat Interim poteſt Kabbala illa contra Judæos uſui eſſe, cùm κατ' ἄνθρωπον liceat adverſarium è principio ipſi conceſſo, ut ut in ſe falſo, oppugnare. Unde cautè ſibi loquendum exiſtimavit Menaſſe ben Iſraël *Concil. pag.* 174. *Quodſi conceſſeris à DEO profectam eſſe, ſequitur penitùs ſpiritualem eſſe, nec modò talia, ac diximus, myſteria, ſed & infinita alia incognita nobis eam complecti. Certè Iſraëlitas in deſertô agitantes, quibus panis cœlitùs demittebatur, & cibaria, cunctaque ad victum & vitam neceſſaria, ſponte obveniebant, veriſimile eſt cùm nullis curis diſtinerentur, tantummodò hujusmodi myſteriis incubuiſſe; quippe quibus Moſes maximus magiſter eſſet, quem conſulere de cunctis poſſent.* Scilicet! Nec *inartificialis Kabbala* plura myſteria continere dicenda eſt, quàm verbô DEI ſcriptô nobis ſunt revelata. Denique *Practica* ad orcum cum autoribus ſuis releganda.

Qv.

QVÆST. III.
An detur Kabbala aliqua Christiana?

Resp. Dari nonnulli volunt & vocant ſenſum myſticum oraliter traditum, plebe corticem literæ admirante potiùs quàm capiente. De eâ conf. Fagius *in Deut. c.5.27.* Garzon *Theatr. Univ. pag.* 292. Sixt. Senenſis *Bibl. Sanct. p.* 60. Cuneus *de Republ. Ebr. p.* 466. Præ aliis autem hîc magnas nugas egit Wilhelmus Alabaſtrus *Appar. in Revelationem J. C.* Sed talis *Chriſtiana Kabbala* non ſatis tutò aſſeritur. Myſteria divina ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis ſatis lucu-lenter ſunt comprehenſa, & quidem eô fine, ut ab omnibus legantur & credantur.


QVÆST. IV.
Quid ſibi velit Judæorum אילן הקבלה *Arbor Kabbaliſtica?*

Resp. Eſt ſchema ſive diſpoſitio nominum & attributorum divinorum, quæ ſolent vocitare ספירות *numerationes* à ספר vel *ſplendores* à ספיר, de quibus tàm ſubtiliter philoſophari ſolent, qui ex ipſis μέγα τι eſſe volunt, ut ſeipſos non capiant.

 Sic

Sic prima *Sephira* Illuminatio five Numeratio dicitur *Corona fumma*, cui junctum confpicitur nomen DEI אהיה: fecunda *Sephira* eft *Sapientia* cum nomine DEI יה & fic porrò, uti numeri in fubjecto fchemate oftendunt, ubi infra *Sephiram* fecundam & tertiam, quæ חכמה *fapientia* & בינה *intelligentia* vocitantur, veluti conciliatrix interferitur דעת *cognitio* vel *fcientia*, quam tamen aliàs pro peculiari Sephirâ non habere folent. Ut verò aliquid faltem de myfteriis, quæ hic ab ipfis teguntur, in medium proferamus (præeunte hîc Dn. D. Carpzovio) *Sephira* quinta, cui *Fortitudo* tribuitur, diciturinterdum פחד *Pachad, timor* aut *feveritas* & applicatur ei מדת הדין *attributum juftitiæ*, five proprietas rigoris & gravitatis, lex item oralis & *brachium finiftrum cum triginta quinque finiftris potentiis*, hoc eft Angelis à feveritate originem ducentibus. E regione illi refpondet גדולה *Magnificentia*, quæ & חסד *Clementia* five *mifericordia* appellatur, utpote cui מדת החסד *attributum mifericordiæ* & *brachium dextrum cum 35. potentiis dextris* h. e. Angelis à mifericordiâ ortum du-

AA.


אין סוף
כתר עליון
אהיה
1.
חכמה
יה
2.
Sapientia
בינה
יהוה
3.
דעת
אלוה
4.
אלהים
5.
יהוה
6.
יהוה צבאות
7.
אלהים צבאות
8.
Gloria
אל חי
9.
Fundamentum
מלכות
אדני
10.
Regnum

c
h
n
b
n
ic
m
ti
to
fu
m
ti
&
m
ve
ha
di
te
vi
gr
ta
fa
ec
lâ
at
Se
gr
fti

ducentibus, competunt. Ex *middath haddin* h. e. *attributo Justitiæ*, omnis immunditia, ex *middat hacheſed* h. e. *attributo miſericordiæ* omnis munditia emanat. Atque utrumque hoc attributum ideò invicem copulatum dicunt, quia *middath haddin* h. e. *attributum Juſtitiæ* absque *middat hacheſed* h. e. *attributo miſericordiæ*, mundum flammis conſumeret: DEUM igitur miſericordiâ motum ſic temperaſſe *attributum Juſtitiæ*, ut cùm cœteroquin ſit קשה *durum* & *ſtrictum*, iſtâ copulatione רפה *remiſſum* fieret, & hoc myſterium latere in verbo ויעקד Gen. XXII. v. 9. de Abrahamo, cui *cheſed* ſive *miſericordia* hæreditario jure competat, enunciato. Cœterùm certas tabernaculi ac cultûs Levitici partes ſingulis *Sephiroth* aſſignant, prout ad ipſam hanc *geburah* altare aureum referunt: Sic vaccam rufam huc trahunt, legis oralis ſymbolum, eoque nomine perfectam absque maculâ, rufam tamen ad denotandum juſtitiæ attributum, uti & injugem ut ordinem Sephiræ ſuæ ſignificet; quæ enim infra *geburah* & *gedullah* in arbore Kabbaliſtica collocantur, paſſæ ſunt ſervitutis

 jugum,

jugum, nempè quæ proximè sequitur תפארת *tiphereth* in servitutem Babylonicam detrusa est, quod sic infertur: *tipheret* est sanctuarium, quippe quod Es. LXIV. 10. *domus* תפארתנו *pulchritudinis nostræ* dicitur. Sanctuarium autem in captivitatem abductum esse probatur ex Ps. LXXVIII. v. 61. similiter infra *tiphereth*, sunt *nezach* & *hod*, duæ aliæ *Sephiroth*, quæ Cherubinos sibi assignatos habent; Cherubini autem inter spolia Babylonem deducti jugum servitutis passi sunt. At quæ Sephiroth his superiores sunt, v. g. *geburah* & *gedullah*, illæ à servitutis jugo reperiuntur immunes, & instar eorum habentur. quæ tempore captivitatis Babylonicæ in terra sancta abscondebantur, & hinc est, quod ista attributa R. Bechaï בתי גנזי *gazophylacia* & *thesauros absconditos* vocari scripsit.

Cœterùm de istis Sephiroth earumque repræsentatione (quæ ad intelligentiam libri Sohar & aliorum Kabbalisticorum librorum faciunt) conferri possunt Buxtorfius *Lex Talm. p. 1535. s.* Hacksp. *Miscell. Diss. de Kabbala p. 453.* Joh. Stephan Rittangel. *in libro Jezira P. 1. sect. 10.* Athan. Kirch. *T. 2. Oedib. P. 1. class. 4. c. 8.*

c. 8. p. 289. Steudnerus *de Myst. DEI Triunius* §. 166. p. 294. & illustris autor *Kabbalæ denudatæ* in apparatu libri Sohar *P. 2. p 6. s.* quem citat Dn. D. Carpzovius *de Vacca Rufâ Diss. 2. p. 56.*

CAPUT VIII.

De VERSIONIBUS SCRIPTURÆ IN GENERE, *ET DE* TARGUMIM IN SPECIE.

SECTIO I. APHORISTICA.

§. 1.

UT Critica S. primariò *circa ipsum Textum*; ita secundariò *circa Versiones ejusdem* est occupata.

§. 2.

Versiones Sacræ sunt literales expositiones Textûs per aliquod notius idioma.

§. 3.

Versiones Sacræ vel sunt factæ in Lingvas *Orientales*, vel *Europæas*.

§. 4.

Verſiones *Orientales* vel ſunt *V. T. peculiares* ſc. *Chaldaicæ* & *Samaritanæ*, vel *N. T.* ſc. *Ebraica*, vel *utrique communes*, quales ſunt *Syriacæ*, *Arabicæ*, *Perſicæ*, *Æthiopicæ* &c.

§. 5.

Verſiones *Chaldaicæ* V. T. dicuntur ab Ebræis *Targumim* à rad. תרגם *tranſtulit ex unâ linguâ in aliam.* (Unde id nominis in ſuâ latitudine cuilibet verſioni convenire poteſt, à Judæis verò ſoli Chaldaicæ tribuitur, quin & Chaldaica lingva *Targumica* vocatur.) Earumque conſideranda 1. *occaſio* & *differentia*. 2. *autores* 3 *materia* 4. *ſtylus* 5. *dotes* & *vitia* 6 *uſus* & *autoritas* tùm apud Judæos, tùm Chriſtianos.

§. 6.

Occaſio fuit inſecuta poſt ſolutam captivitatem Babylonicam in gente Judaicâ Ebraicæ lingvæ oblivio, de quâ ſuprà.

§. 7.

Differentia verò Paraphraſeon Chaldaicarum non una notari poſſet. Ex *differentia ſtyli* oritur diſtinctio inter Targum *Hieroſolymitanum* & *Babyloni-*

cum

cum. Sic Serarius *Rabb. pr. c. 14. & 16.* citante Helvico *de P. C. p. 14.* ex nomine Targum Hierosolymitani colligit Onkeli Targum Babylonicum esse, & hôc sensu ab altero distingvi, quo Talmud Hierosolymitanum & Babylonicum differunt, styli scil. diversitate & charactere sermonis. Et Rev. Dn. D. Müllerus *Judaism. p. 38.* notat: Man disputiret viel/ welches das Jerosolymitanische oder Babylonische Targum sey. Das Targum Jonathans / die Dolmetschung der Propheten / nennen etliche Babylonisch; Das Targum aber / welches Jonathan wird zugeschrieben über Mosen / nennen sie Hierosolymitanisch. Andere nennen das Targum Onckelos über Mosen Babylonisch/und das letzte über die Psalmen/Sprüchwörter und Hiob Hierosolymitanisch. Verùm quocunque tandem nomine quodque Targum ab hoc vel illo vocatum sit, quid ex parte rei & ratione styli Babylonicum vel Hierosolymitanum vocari possit §. 12. patebit. Conf. Mayerus *Phil. S. P. II p. 58.* Quin & ratione *sinceritatis puritatisque styli* Targumim à quibusdam in tres dispescuntur classes. *Prima* est eorum, quæ ad puriorem Chaldaismum Biblicum

cum proximè accedunt, ut Targum Onkelosi in legem & Jonathanis in Prophetas. *Media* eorum, quæ præcipuè ob Syriasmi contagium à Chaldaismo Biblico longiusculè recedunt, ut Targum Hagiographorum & cumprimis Proverbiorum, quod Syriasmis scatet. Unde in ejus explicatione Rabbini Syriacæ dialecti plerumque rudes sæpiùs se exhibent ridiculos. Sic Elias *in Meturg.* scribit, *se ignorare, quid sit* שוח *Targ. in Prov. XXVII. v. 25.* & meritò incurrit censuram Cl. Buxtorf. *L. T. p. 2344. Hæc meritò Elias semper scribit se ignorare, quid sint, cùm Syriacam lingvam non intellexerit.* *Ultima* deniq; classis est eorum, quorum stylus variâ squalet μιξιβαρβαρία, ut Targum Hierosolymitani, Pseudo-Jonathanis & quinque libellorum. Distingvi porrò possent Targumim ratione *generis paraphrastici*, sic enim alii textum κατὰ πόδα seqvuntur, ut ante omnes Onkelos, alii liberiùs agunt, uti autor Targum quinque libellorum aliquando unam vocem Ebraicam triginta & pluribus Chaldaicis reddit, ut & infrà monebimus. Distingvi etiam possunt ex χρονοτάξει, & sic antiquissimum Targum,

gum, ſaltem quod hodiè ſuperat eſt Jonathanis in Prophetas, huic proximum Onkeloſi in Legem, recentius Targum in Hagiographa, recentiſſimum in quinque libellos. Diſtingvi itidem poſſent *juxta ſeriem Biblicam* Judæis uſitatam in Targum Legis, Prophetarum & Hagiographorum. Et quidem ſi Targumim juxta ſeriem librorum V. T. Judæis uſitatam diſponere velimus, ita omnia enumerare poſſemus. *In Pentateuchum* hodiè extant tria Targumim: duo perfecta, unum lacerum & imperfectum: Perfecta ſunt Onkeloſi & ſuppoſititii Jonathanis; Imperfectum Hieroſolymitanum. *In quinque libellos Canticum, Ruth, Threnos, Eccleſiaſten & Ester* extat Targum ſatis prolixum, imò *in Eſteram* duplex. *In Prophetas* tàm *priores* quàm *poſteriores* habemus Targum Jonathanis Uzielidis. In *Hagiographa* pleraque Targum, quod vulgò R. Joſeph Luſco tribuitur.

§. 8.

Autores varii fuerunt: *Primus* eorum ratione temporis, qui nobis innotuit, eſt *Jonathan*, filius *Uziel*, Hillelis diſcipulus & Simeonis juſti, qui Chriſtum

ftum infantulum ulnis fufcepiffe memoratur, condifcipulus. Tranftulit Prophetas priores & pofteriores.

§. 9.

Onkelos profelytus, Salvatori noftro σύγχρονος, tranftulit Pentateuchum univerfum maximè literaliter.

§. 10.

Reliquarum παραφράσεων autores incerti funt: Nam quod Jonathani in Pentateuchum tribuitur, ejus non eft. Hierofolymitanæ παραφράσεως fragmentum in eundem, ἀδέσποτον eft five nullum habet adfcriptum autorem. Paraphrafeos in Hagiographa autorne fit *R. Arilas*, an *R. Jofeph Lufcus*, dubitatur.

§. 11.

Materia translationis eft totum V.T. exceptis libris *Danielis*, *Esdræ*, *Nehemiæ* & *Paralip:*

§. 12.

Stylus eft Chaldaicus, isque vel *Babylonicus* vel *purior* in Onkelofo & Jonathane, vel *impurior* in cœteris, vel *Hierofolymitanus* in fragmento Pentateuchi. Conf. fuprà c. 3. q. 7.

§. 13.

§. 13.

Vitia Paraphraftarum præcipua funt 1. Lubido fabulandi, ubi tamen parcior eft Jonathan verus, planè autem hîc eximendus Onkelos. Fabulas quasdam Jofephi Lufci vide *Pf. L. v. 10. 11. Job. I. 15. c. XXV. v. 2. c. XXXVIII. v. 23, 24.* 2. Quædam παρερμηνείαι, rariores tamen in Onkelofo & Jonathane.

Dotes funt iftæ 1. quod Loca claffica de Meffia agentia expreffis verbis ad Meffiam determinant. 2. quod Jonathan præfertim & Onkelos ῥητὰ Scripturæ feqvuntur & fenfum fic fatis dextrè exprimunt. 3. quod in exprimendis ἀνθρωποπαθείας, quæ imperitioribus fcrupulum injicere poffent, cauti & prudentes funt. Onkelon hoc nomine commendat Majemonides *in More Nevoch P. 1. c. 27. Onkelos Profelytus vir perfectiffimus in lingva Ebræa & Chaldaica, diligentiam & induftriam fuam inter cætera quoque in removenda corporeitate à DEO graviter admodum comprobavit. Omnia enim attributa vel nomina in Scripturâ Sacrâ DEO attributa, quæ corporeitatem inducere videntur, ipfi fecundum verum & genuinum eorum fenfum expofuit.*

fuit. Exempla habes apud eundem *P. 1. c. 48.* & ap. Lipmannum *in Nizzachon pag. 43.*

Ab omnibus tamen nævis immunis *Onkelos* non eſt. Παρεμυθείας quasdam ex *Exod. XIII. 2. (potius c. XXXIII. v. 3.) & Num. XXIV. v. 1.* Gerſon *Talm. p. 222.* & ex *Gen. III. v. 15.* produxit Hottingerus *T. P. p. 258.* quibus addi poſſunt ſequentia loca, ubi partim à ῥητῷ diſcedit *Gen. III. 21. c. XLVIII. ult. Num. X. 31. Deut. VII. 10. &c.* partim nomina propria vel in appellativa transformat, vel commutat *Gen. XIV. v. 5. & 10.* partim ad fabellas quandoque dilabitur, ut ex illis capitibus, in quibus ſolito prolixior eſt *Gen. XLIX. Num. XXIII. & XXIV. Deut. XXXIII.* demonſtrari poſſet. Ea verò vitia, quæ Bellarminus *de V. D. l. 2. c. 3. p. 21.* Onkeloſo affricare conatus eſt, ex præpoſtera fermè cenſura prognata eſſe oſtendunt Helvicus *L. C. p. 24.* & B. D. Waltherus *Offic. Bibl. p. 262. ſ.* ad quos lectorem remittimus. De *Jonathane* idem dicendum, quanquam Onkeloſo paria non faciat.

§. 14.

Autoritas Paraphraſtarum penes Judæos irrefragabilis & quaſi divina eſt; ſed

ſed nobis Chriſtianis humana; præcipua tamen eſt 1. quia antiquas Ebræorum conſvetudines & ceremonias declarant. 2. quia Textum ſæpiſſimè exprimunt feliciter & circumſtantiis magnam lucem afferunt. 3. quia vocum difficilium ſignificationes & emphaſes ſatis dextrè exprimunt. 4. quia in locis inter nos & Judæos controverſis aliquando Judæos expreſsè refutant.

§. 15.

Editiones τῶν Targumim variæ ſunt: Et primo quidem loco ſe nobis offerunt illuſtria opera Biblica præter alia etiam Targumim continentia. Et Biblia quidem *Complutenſia* Franciſci Ximenii de Cineros Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani ſtudiô & ſumptibus A. C. 1515. edita nonniſi Targum Onkeloſi in Pentateuchum cum verſione Latinâ habent, quod Chaldaicam Onkeloſi verſionem ſolam ſinceram ac fidelem, reliquas in cœteris Scripturæ voluminibus nugaces eſſe cenſeret, ut referunt Sixtus Senenſis *Bibl. Sanct. l. 4. p. m. 393. 6. ſ.* Ant. Poſſevinus *Apparat. Sacr. Tom. 2. p. 276.* reliquos tamen libros Biblicos è Chaldæo in Latinum ſermonem transferri

curavit & in rei memoriam Complutensi Bibliothecæ addidit. Biblia porrò Ebraica cum Targum & Rabbinis *Venetiis* à *Bombergo* A.C. 1515. inchoata & Anno 1517. finita, iteratâ verò editione ibidem ab eodem A. 1528. auctiora exhibita corruptissimam paraphraseon Chaldaicarum continent punctationem. Sed A.C. 1571. prodiit opus Biblicum magnificis *Philippi II. Hispaniæ Regis* sumptibus à Christ. Plantino adornatum, cui præfuit Ben. Ar. Montanus illique Chaldaicam Paraphrasin correctiorem in omnes libros Biblicos (exceptis iis, de quibus suprà diximus) unà cum Latinâ versione inseruit. Eandem Chaldaicam Paraphrasin sed correctissimam Buxtorfius in editione Bibliorum *Basiliensi* A. 1618. verùm sine versione exhibuit. Textum Chaldaicum deinde ex Basileensi & versionem ex Regio Hispanico opere Mich. de Jay *Heptaplis Parisiensibus* & *Angli Bibliis Polyglottis* nuper inseri curârunt. Extant & particulares quædam editiones τῶν Targumim: Sine versione Targum Onkelosi, Jonathanis & Hierosolym. in Pentateuchum cum Comm. Raschi & Targum in quinque

que libellos prodiit primùm Venetiis A. 1590. & deinde Hanoviæ. Targumi Onkelosi in Pentateuchum versionem Latinam cum notis publicavit P. Fagius. Translationem Latinam Targum Hierosolymitani *in Pentateuchum* Anno 1649. & A. 1655. utriusque Targum *in Ester* edidit *Franc. Taylerus Anglus*, sed jam ante eum Targum omnium quinque libellorum Germanicè transtulerat R. יעקב בר בונם cognomento *R. Cappelmann.* Targum in Jobum cum versione & notis nuperrimè seorsim edidit *Joh. Terentius* Ling. Ebr. in Ac. Franeckerana Professor; ut de aliis jam nihil dicamus.

Conf. porrò de Targumim sequentes AUTORES: P. Galatinus *de Arcanis Cath. Veritatis l. 1. c. 3. tot.* P. Fagius *præf. in Targum Pentateuchi*, Nicherarius *Rabb. prior. c. 16.* Schindl. *Pentagl. pag. 1695.* Sixtus Senensis *Biblioth. S. l. 4.* Anton. Possevinus *App. Sacr. p. 268. s.* B. Martini *de Versionibus Scripturæ Sacræ Disp. 13.* Christ. Helvicus *Tract. pec. de Paraphras. Chald.* Christ. Gerson *Comp. Talm. P. 1. c. 30. tot.* Gerhardus Veltvicus *Itineribus deserti p. 50. s.* Schickard.

Bech. Happ. Disp. 1. & 2. Hott. *Th. ess. Phil. l. 1. c. 3. sect. 1. tot.* B. Walth. *Offic. Bibl. p. 255. s.* Gerh. *Meth. Stud. Theol. p. 57. s.* D. Müll. *Judaismo Prol. p. 28. s.* Mich. Havemannus in der Wegeleuchte *App. c. 5. tot.* Barth. Mayerus *Phil S. P. 2. c. 2. p. 42. s.* Buxt. *Abbrev. Rabb. p. 107. & 250. & Lex. Talm. Colum. 2644. alibique*, Andr. Rivetus *Isag. Scripturæ Sacræ c. 9.* Christ. Cartwrightus *Præf. Annot. in Gen. de Targum*, Franc. Taylerus Anglus *Præf. in Targum Hierosol.* Brian. Walton. *Bibl. Angl. Prol. 12. tot. & Dissert. de Ling. Orient. p. 48. s.* Joh. Hoornbeck *de convinc. Jud. Prol. p. 42. s.* Joh. Leusdenius *Phil. Hebræo-mixto Dispp. 5, 6, 7. tot.* D. Kortholt *de variis Scripturæ Sacræ Editionibus c. 3*,

SECTIO II.
PROBLEMATICA.

QVÆST. I.

Num Targum extiterit ante nativitatem Christi?

Resp. De origine & antiquitate Targumim non pauca deprehendimus ap. autores sententiarum divortia. Ex Judæis quidam non reverentur ultimam iis

iis tribuere antiquitatem & accensere illis rebus, quas Moses accepit in monte Sinai, uti referunt Christ. Gerson *Talm. P. 1. c. 30. p. 221.* & Helvicus *de P. C. Præf. A 3. & pag. 17.* quæ sententia suâ futilitate concidit, cùm lingvæ adeoq; Paraphraseos Chaldaicæ inter Judæos saltem usque ad captivitatem Babylonicam nullus planè usus fuerit: Loca verò in hunc sensum ex Talmude à Gersone allegata idem satis evidenter dicere non putamus & lectori æquo judicium committimus.

Id autem indubitatum apud Ebræos, Jonathanem Prophetarum Paraphrasten accepisse suam versionem ab Haggæo, Zacharia & Malachia, uti disertis verbis traditur *in Megilla c. 1. f. 3 a. Dixit R. Jeremias, vel juxta alios R. Chaja bar Abba, quod Targum suum in Legem Onkelos Proselytus acceperit à R. Eliesér & R. Josua; Targum in Prophetas Jonathan Uzielides ab Haggæo, Zacharia & Malachia* Relationi Talmudicæ aures substringit Cl. Schindlerus *l. c.* dum ait: *Jonathan filius Uzielis in Babylonia inter Hillelis discipulos præcipuus & juvenis doctrinam accepit ab Haggæo, Zacharia &*

 Mala-

Malachia. Verùm cùm idem Jonathan tempora Salvatoris manifeſtati vel planè vel proximè attigerit, quis eum illorum Prophetarum σύγχρονον fuiſſe credat?

Quicquid tamen ejus ſit, communi Ebræorum calculo Targumim ad Esdræ & captivitatis Babylonicæ tempora referuntur, ubi in gratiam plebis facta, deinde variis modis depravata, denique à Jonathane, Onkeloſo aliisque in lucem protracta & reſtituta ſint. In hanc ſententiam ſatis luculenter ſcribit R. Afarias *in Meor Enajim c 9. Notiſſimum eſt, quod Lex tempore Esdræ jam extiterit in vulgô linguâ Chaldaicâ, ſicut exponunt hoc Rabbini noſtri* in Nedarim c. 4. *dicentes:* Et legerunt in libro Legis DEI: *hæc erat Scriptura ſive Textus;* explicatè: *hoc erat Targum. Lingua enim ipſorum tum temporis erat Chaldaica, uſitata in ex captivitate Babylonicâ.* Poſt pauca: *Sic ergo obſervabatur inter vulgus modus interpretandi Legem Chaldaicè toto tempore templi ſecundi, manſitque iſta lingua ſemper inter eos* (Ebræos) *usque ad captivitatem Hieroſolymitanam. Neque eſt dubium, cùm fuerit iſta translatio eorum, inſtar*

instar urbis dirutæ sine Masora, quæ sepes est Legis, quin cœperit post Esdram corrumpi. Et sic ab una generatione ad aliam & ab ore ad os ulterius exemplar illud Chaldaicum abiit & deflexit à Sacro contextu: usque dum veniret Onkelos Proselytus & inveniens multiplicem istam depravationem transferret Legem denuo cum consensu duorum Magnorum virorum R. Eliesleris & R. Josuæ, sicut exponitur in Megilla c. 1. *Onkelos proinde non incepit primus Legem in Chaldaicam lingvam transferre, sed excussit & emendavit id, quod antea confusum erat. Et hinc l. c. dicunt Talmudici, Targum esse ex numero illarum rerum, quæ in oblivionem venerunt, sed postea restitutæ sunt.* Locus, quem ex Nedarim citat R. Asarias, extat quoque *in Megilla c. 1. f. 3. a. Quid est, quod scriptum extat,* (Neh. VIII. 8.) Et legerunt in libro illo DEI explanatè & apposuerunt intellectum, ut intelligerent Scripturam. *Verbis* Et legerunt in libro isto in lege DEI *innuitur Textus Ebræus: voce* explanatè *Targum sive Paraphrasis Chaldaica.* Ex Christianis quoque præter alios Cl. Hottingerus *Thes. Phil. l. 1. c. 3. p. 282.* non abhorret ab ista sententia

quòd durante adhuc captivitate Babylonicâ Scriptura in lingvam Chaldaicam translata fit. Nos autem perfvafiffimi fumus, durante captivitate Babylonica nullum Targum Judæis vifum vel lectum fuiffe, cum lingva Ebraica Scripturæ originalis iis non tantùm durante captivitate, fed etiam ultra Nehemiæ & Alexandri M. tempora vernacula manferit & fic nullâ verfione opus fuerit. Quam hypothefin noftram fruftrâ negant & ex Judæis plerique & ex Chriftianis non pauci. Ex Judæis nominamus Eliam Germanum, qui *Præfat. in Meturgeman* ait: *Poftquam migrarunt* (Ebræi) *è terra fuâ in Babylonicam captivitatem, obliti funt in totum lingvæ fuæ, uti fcriptum extàt ap. Nehemiam, adeo ut etiam fapientes & periti legis fundamentum doctrinæ fuæ ponerent in lingvâ Babylonicâ.* Ex Chriftianis verò recentioribus eandem cumprimis convellere fatagit Cl. Brianus Waltonus *Proleg. 3.* ut jam nihil dicamus de Bellarmino *l. 2. d. V. D. c. 15.* Sixto Senenfi *Bibl. Sanct. l. 4. p. m. 393. b.* Bernhardo Aldreto, Hifpano, *de Origine lingvæ Hifpanicæ l. 1. c. 22. p. m. 138. & de Antiqv. Hifp. l. 2. c. 19. p. 87. f.* No-

Noſtram verò hypotheſin, ne longiùs hîc evagemur, facili negotiô corroboramus ex conſcriptis in uſum vulgi poſt captivitatem Ebraico idiomate vaticiniis, uti ſuprà monuimus *c. 3.* Neque Talmudiſtarum teſtimonium in totum probat id, in cujus gratiam adducitur, nim. Targum quoddam durante captivitate conſignatum eſſe literis, cùm Talmudici non de Targum ſcripto, ſed de Paraphraſi Chaldaicâ à conducto interprete oretenus recitata loqui videantur, de quali interprete ſcribit Maimonides *Hilch. Tephill. c. 12. Inde à tempore Esdræ ſoliti ſunt illic habere interpretem, qui populo id interpretaretur, quod lector ex lege prælegebat, ut ſenſum verborum intelligerent.* Quicquid tamen ſit, nihilominus ſub ferulam revocandi Seraphici iſti Magiſtri, quod majoribus ſuis tàm ſubitam patriæ lingvæ oblivionem impingant.

Atque ſic ſatis manifeſtum eſt, durante captivitate Babylonicâ nullam Paraphraſin Chaldaicam ſaltem in Judæorum uſum conſcriptam eſſe. Quod enim Reuchlinus meminit verſionis cujusdam Chaldaicæ antiquiſſimæ in Chaldæorum uſum factæ, in eo ut cum ipſo

 ſen-

ſentiamus, ægrè impetramus à nobis. Ita ille *l.3. de Verbo Mirif. c.13. Antiquorum* inquit, *Philoſophorum tempore cœpit Sacra Ebræorum Scriptura tanto in honore inque tanta & tam frequenti veneratione apud Babylonios haberi, usque adeò, ut illam ex propria in Chaldaicam lingvam traduci curarent, idque circa LVI. Olympiadem ſive ætate Thaletis, qui tempore Eſaiæ vixiſſe creditur.* Quæ verba cùm recenſuiſſet D. Waltherus *in Offic. Bibl. p. 256.* ſubjicit: *Hoc ſi verum eſſet, oporteret aliam extitiſſe verſionem Chaldaicam omnibus dictis antiquiorem:* meritò ſc. dubitat de illa relatione, quam etiam circumſtantiæ non unô nomine ſuſpectam faciunt. Nam ut alia mittamus, falsò hîc videtur Thales Eſaiæ σύγχρονος pronunciari, quod Thales Mileſius natus ſit A. I. Olympiad. XXXIV. cùm Joſias jam annis tribus regno Judaico præfuiſſet, cujus tempora Eſaias non attigit. Hoc igitur evictô, durante captivitate nullum Targum extitiſſe, fatemur nos adeò certè definire non poſſe, quando poſt captivitatem ſolutam Scriptura primùm in lingvam Chaldaicam translata ſit: cùm lis adhuc ſub judice

dice esse videatur, an non ante illud Targum quod hodiè possidemus, extiterit aliud antiquius, quod jam perierit, id quod absolutè asserit Leusdenius *Phil. Ebræo-mixt. Diss. 5. p. 34. & alibi*: neque nos præfractiùs contra ullum negamus. Videmus quoque non adeò expeditam fore illius controversiæ decisionem, an Targum extiterit ante LXX. viralem versionem, quam aliàs omnium primam Baronius *Annal. Eccl. T. 2. ad A. C. 231. §. 17. 18.* & alii pronunciant, imò & Chaldæos paraphrastas ex versione LXX. virali nonnulla mutâsse asserunt. Conf. Sixtus Senensis *Bibl. S. l. 4. p. 305.* Alii autem, ut R. Asarias *in Meor Enaim c. 5.* istos LXX. inter vertendum exemplari Chaldaico usos esse contendunt. Aliquâ tamen ratione ad incunabula Targumim nos ducit *occasio scriptionis*: ubi vix videtur operæ precium, hîc recensere ridiculum commentum Judæorum quorundam, quod ex *Schalsch. Hakkabb f. 28.* refert Gerson *p. 220.* propterea nim. Scripturam in lingvam Chaldaicam esse translatam, ne ab Angelis vel legeretur vel intelligeretur: hos enim, utut reliquarum lingvarum gnaros, Chal-

daicæ

daicæ tamen rudes eſſe, Ebræorum eſt hypotheſis. Ita in *Schabbat f. 12. 2.* ait R. Jochanan: *Quicunque petit neceſſitates ſuas à DEO lingvâ Chaldæo-Syrâ, illi Angeli miniſteriales non adjunguntur* (ut ſc. preces ad DEUM deferant) *nam Angeli miniſteriales non intelligunt lingvam Chaldæo-Syram.* Poſtilla tamen ejus loci excipiunt Gabrielem Cancellarium cœleſtem, quippe quem LXX. lingvarum peritum fuiſſe easdemque Joſephum docuiſſe legimus *in Sota f. 33. 1.* Sed miſſis nugis, Ebraicæ lingvæ, quæ ſequiora tempora excepit, oblivionem, Targumim progenuiſſe pronunciamus. Cùm enim uſitatum eſſet, Legem Moſaicam ἐκ γενεῶν ἀρχαίων prædicari in Synagogis & κατὰ πᾶν σάββατον à Judæis legi Act. XV. 21. cui inſtituto hodienum Judæi conſtanter inhærent, ſapientiores verò tum temporis viderent, lingvæ originalis notitiam in populo decreſcere & paulatim ad oblivionem vergere, lectiones ſabbathicas tum Moſaicas, quas *Paraſchas* vocant, tum iis coordinatas Propheticas, quas *Haftaras* dicunt, in lingvâ ignota peragendas eſſe, non cenſuerunt. Quare tandem in eam itum eſt ſen-

ſententiam, ut Lex in lingvam populo vernaculam transferretur. Inde originem traxit conſvetudo, Legem in Synagogis ſimul Ebraicè & Chaldaicè legendi, ad quam digitum intendit Elias Levita *Præf. in Methurg. Targum Onkeloſi ſemper repertum eſt affatim, & hoc quidem propterea, quia nos obligati ſumus, ut legamus quavis ſeptimana Paraſcham bis, ſemel quidem ex Textu & ſemel ex Targum.* Quin & de eô more dubitare nos non ſinunt diverſa exemplaria Biblica huic uſui deſtinata, de quibus lubet referre verba Waltoni *Apparat. Proleg. 12. n. 6. Exemplaria etiam adhuc extant antiqua, in quibus alternatim ſcribuntur Textus Ebraicus & Paraphraſis Chaldaica, ita ut ſingulis verſibus Ebraicis ſtatim Paraphraſis Chaldaica ſubjuncta ſit. Tale exemplar Bibliorum ſe vidiſſe Argentinæ teſtatur Cl. Buxtorfius Epiſt. ad Hottingerum & addit: Sic puto moris fuiſſe, ut poſt captivitatem Babylonicam Lex Chaldaicè fuerit explicata. Ipſe etiam tale MSS. Pentateuchi exemplar habui ex Bibliotheca Weſtmonaſterienſi, pulchrè deſcriptum in magno folio, in pergameno, quod ex Ormo in ſinu Perſico nuper direpto*

repto huc attulit mercator quidam Londinensis unà cum alio volumine eodem modo exarato, quod in manus Doctiss. viri Thomæ Gatakeri pervenit. Eadem habet *in Dissert. de Ling. Orient. th. 29. p. 48.* ubi addit: *In hisce MSS. scriptus est Textus Ebraicus cum Paraphrasi Chaldaica non per distinctas columnas, nec per lineas à se invicem separatas; sed post unum versiculum Ebraicum continuo sine ullâ lineæ abruptione repetitur idem Chaldaicè, adeo ut lingvarum ignaris pro uno eodemque continuo orationis contextu in una eademque lingva videri possint.* Hæc ille.

Quando verò iste ritus observari cœptus vel quamdiu ante tempora Christi manifestati observatus sit, exactè definire nobis non est integrum. Tempore tamen Christi, ubi lingva Ebraica nuspiam amplius terrarum vernacula erat, obtinuisse hunc ritum, adeoque tùm temporis extitisse Targum persvasissimi sumus, & suo loco evidenter probabimus, Jonathanis versionem, quæ hodienum extat, ante Christi incarnationem conscriptam esse. Adeoque non possumus, quin modestè dissentiamus à Viro

Rev.

Rev. & Cl. Havemanno, qui in libello ſuo, cui titulum fecit Wegeleuchte wieder die Jüdische Finsterniß *in Append. pag. 595.* aſſerit, Targumim nec tempore *Chriſti* vel *Apoſtolorum*; nec tempore *Flav. Joſephi;* imò nec *Origenis* & *Hieronymi* extitiſſe: cùm nulli horum ullam eorundem injiciant mentionem. Verùm quod ad *Chriſtum* N. V. C. nec opus comminiſci Targumicas ejusdem citationes. Difficilior forſan foret ſcrupulus de alto ſilentio *Fl. Joſephi* curioſiſſimi antiquitatum ſuæ gentis ſcrutatoris, niſi ſciremus, eum Græcis magis, quàm Ebraicis innutritum in Ebraiſmo & fortè etiam Chaldaiſmo hoſpitem fuiſſe. Ebraica enim ſi vel mediocriter delibâſſet, nunquam הבל *Habel* ſignificare πένθος *lib. 1.* Ἀρχαιολ. *c. 3.* ſcripſiſſet; neque Chaldaiſmi ipſi cogniti evidentia deprehendimus veſtigia. Ignoti ergò nulla cupido. Quid quod incertum ſit, num omnia ejus ſcripta ad noſtras pervenerint manus, adeò ut minimè ſtringat hoc ab autoritate negativâ petitum argumentum. Patres denique plerique ob lingvæ ignorantiam Paraphraſeos Chaldaicæ notitiam habere vix potuerunt.

runt. Liticula moveri possetde *Origene* præcipuè & *Hieronymo*, Ebraismi & Chaldaismi minimè rudibus, nec non de *Epiphanio*, quem πεντάγλωττον dicunt. Id ipsum cumprimis urget Vir Cl. Havemannus *l. c. p. 594.* his verbis: Es ist nicht so sehre zuverwundern / daß die Väter oder alte Kirchen-Lehrer unter uns Christen nichts von diesen Dolmetzschungen gedencken / denn dieselben hatten weder die Ebraische noch andere Orientalische Sprachen studiret. Was aber unbekant ist / dazu hat man wenig Lust. Allein die zween herrliche Lichter und Leute / die in der H. Sprache wohl geübet waren / nehmlich Origenes und Hieronymus, wie die Hexapla und Octopla Origenis und auch Hieronymi höchst-nützlichste Arbeiten genugsam bezeuget haben / dieselbigen gedencken von offtgemeldeten Targumim das geringste nicht. Giebt also eine Anzeige / daß solche Targumische Bücher zu ihren Zeiten nicht gewesen seyn / denn sonst würden sie dieselbige bekant gemacht haben den Christen / denen diese Bücher trefflich wohl genützet hätten im disputiren wieder die Jüden. Hucusque ille. Et sanè pertinax omnium silentium in admirationem quoque rapuit Cl. Helvicum, qui tamen huic dubio solidè occur-

rit

rit *Præf. aurei tractatus de P.C.* Non defuerunt, qui existimarent, Patres per Syram versionem V. T. cujus mentionem præter alios Ambrosius *Hexaëm. l. 2. c. 8.* & Augustinus *l. 15. de C. D. c. 13.* faciunt, innuere voluisse Chaldaicum Targum. Eam fuisse nonnullorum persvasionem testatur Sixtus Senensis *Biblioth. Sanct. l. 4. p. m. 380.* a. his verbis: *Syra editio, quam sæpè Græci Patres una cum cæteris Græcis ac Latinis editionibus edisserunt, à quibusdam creditur esse Chaldaica translatio à Judæis Targum, h. e. paraphrasis vocata.* Sed hanc sententiam laudatus Helvicus ex allegatorum Ambrosii & Augustini ab hodierno Targum discrepantiâ falsitatis arguit. Ipse verò Ebraismi ignorantiam & Græcæ versionis insignem autoritatem inter principes ponit causas, quibus nos imprimis addimus magnam Targumi ante inventam Typographiam inter Judæos ipsos quoque raritatem & insolentiam, nedum inter Christianos. Hinc ait Elias Levitâ *Præf. in Meturg. Antequam inveniretur ars Typographica, non extabat Targum Prophetarum & Hagiographorum, nisi vel unum in tota quadam*

provincia, vel ad summum duo exemplaria in uno climate. Propterea nec quisquam erat, qui ea curaret. Ibidem tamen, ne hoc dissimulemus, à communi Paraphraseon fato eximit Targum Onkelosi. Objicere verò hîc nobis aliquis ulteriùs posset familiarem illam Hieronymi cum Judæis *Barrabano, Tyberiensi, Lyddæo* aliisque conversationem, quam ipse in scriptis suis, ut *Tom. 3. p. 86. Tom. 4. p. 8, 9, 10. & alibi* haud dissimulare solet: Mirum certè, si neque hi unquam mentionem Targumim apud eum fecissent. Verùm hos ex merâ invidiâ Targumim secum pressisse existimamus, cùm ex iisdem non pauca neque imbellia contra seipsos arma desumi ab Hieronymo posse, facilè præviderent. Ergò hæc omnia isti assertioni, quod post Hieronymi & Origenis demum tempora quærenda sint incunabula τῶν Targumim, probandæ non sufficiunt. Et quo fine vel consilio demum confecta essent, cùm populus Judaicus in quatuor Mundi angulos dispersus neque Ebraicâ neque Chaldaicâ amplius lingvâ, ut familiari, uteretur? Neque eludi vel convelli possunt liquidissima Pandectarum Talmudica-

dicarum de tempore Paraphraſtarum teſtimonia.

QVÆST. II.

An Chriſtus & Apoſtoli Targumim ſive Paraphraſes Chaldaicas uſpiam allegaverint?

Reſp. Ita ſentiunt Chamierus *Panſtrat. Tom. 1. lib. 11. c. 7. n. 13. p. 197.* Wilhelm. Schickardus *in Bechin. Happ. Diſp. 1. p. 21.* Hotting. *Theſ. Phil. l. 1. c. 3. p. 255.* Leusdenius *Philol. Ebræo-Mixt. Diſp. 25. &* alii, ſc. Salvatorem in cruce pendentem verba illa: ἠλὶ ἠλὶ λαμὰ σαβαχθανί ex Paraphraſi Chaldaica allegaſſe. Sed in horum caſtra nos concedere nondum poſſumus; Si enim dicas, verba hæc citata eſſe ex Paraphraſi Chaldaica hodiè extante, quæ vulgò *R. Joſeph cæco* ſc. *luſco* adſcribitur, novimus in ejus verſione pro *λαμα* eſſe מטול מה: quod ſi afferas ex paraphraſi quadam deperditâ verba iſta petita eſſe, incumbet tibi in re tàm dubiâ probandi onus. Sic etiam non pauci exiſtimant, Chriſtum verba Eſaiæ *c. LXI. 1, 2.* quæ citantur *Luc. IV. 17, 18.* ex paraphraſi aliqua Chaldaica legiſſe. Ita certè Schickardus *l. c.* & Leus-

 deni-

denius similiter loquitur in hunc sensum l. c. *Verba, quæ ibi citantur, nec cum versione Græca conveniunt: ergò verisimile est Christum tum temporis ea legisse ex paraphrasi aliqua tum extante: nam Judæi Hebraistæ propterea non videntur alia versione, nisi Chaldaicâ, usi in Synagogis suis, quia omnes lingvam Chaldaicam intelligebant, sed lingva Græca, imo etiam Hebraica, multis ignorata fuit.* Verùm Leusdenius itidem provocat ad Paraphrasin, quæ non amplius extat: ea autē licet aliqua fuerit, quis certiores nos faciet, quod cum Salvatoris allegatione in omnibus consenserit? Tutissimum verò putamus esse, ut Salvatorem in cruce verba avthentica expressisse lingvâ Hierosolymitana Judæis tum temporis vernacula, in Synagoga autem textum Ebraicum prælegisse & exposuisse dicamus. Unde tamen non sequitur, Judæorum vulgus illâ ætate Ebraicam lingvam adhuc intellexisse, id quod Virum Cl. Helvicum *p. 3.* inde colligere videmus, cujus quoque verba adscribere non gravabimur: *Judæos sanè constat ex patrio instituto, cui pertinacissimè inhærere consveverunt, ab antiquis temporibus*

Mosen

Mosen Hebraicè legere singulis Sabbatis Act. XV. v. 21. *id quod etiamnum observant. Ridiculum autem esset, prælegi ipsis Mosen & Prophetas, ut ex iisdem divinam voluntatem cognoscerent, si non intellexissent. Neque est ut excipiant, additam fuisse interpretationem. Nam primùm absurdum est nostrates Judæos jam plus intelligere in lingva Ebræa, quàm olim prisci Judæi ante dispersionem in quatuor regiones mundi. Deinde clarè hîc nobis prælucet* Lucas c. IV. v. 21. *referens, Christum lecto Esaiæ loco complicâsse librum & dixisse:* Hodiè impleta est hæc Scriptura Sacra in auribus vestris &c. *Ecquænam Scriptura? utique quàm audiverant & intellexerant: atque ideo postea comprobant & collaudant ejus expositionem, quod non potuissent facere, si non intellexissent explicationem cum Textu congruere.* Hucusque Vir Doctiss. Ad cujus rationes modestè respondemus: (1. Nostros Judæos non intelligere plus in lingva Ebraica, quàm illos, cùm neutris lingva vernacula, sed in scholis addiscenda veniat. Iis ergò, qui Ebraicè hodiè nesciunt inter Judæos, non minùs vernaculâ versione opus est,

 quàm

quàm illis quondam Chaldaicâ Paraphrasi. (2. Licet Salvator verba exponenda, sive pro more sive emphaseos causa sive propter quosdam intelligentes, ex Textu Ebraico prælegerit, explicationem tamen eundem & applicationem quandam adjecisse lingvâ Hierosolymitana populo intelligibili dubium non est.

Sic & W. Schickardus *Præfat. Bech. Happ.* conjicit, Apostolum Paulum, *2. Tim. III, 8.* nomina Magorum *Jannes* & *Jambres* mutuatum esse ex Targum Jonathanis *Exod. VII. 11.* Verùm illud Targum Jonathanis illô nomine multò recentius, adeoque ὑποβολιμαῖον esse infrà ostendemus. Proinde illa nomina Paulum non existimamus desumsisse ex Targum, quin nec ex Talmude, quæ est intentio Drusii *in libello Henoch. c. 19. p. 25. Similiter*, inquit, *Apostolus è Talmud habet nomina principum magorum Pharaonis:* neq; ex libro Apocrypho, qui Jannes & Jambres vocetur, ut sese *l. c.* in margine Drusius corrigere videtur; Verùm illa nomina Paulo ex certâ παραδόσει nota esse poterant, vel, si neque hoc placeat, in Spiritus S. dictamine,

ne nobis eſt acquieſcendum. Eadem autem nomina in Scriptis Talmudicis non ſemel occurrunt procul dubio oraliter propagata: Conf. Buxtorf. *Lex Talm. p. 945.* Dubitamus igitur, num ſatis luculenta allegati à Chriſto vel Apoſtolis Targum exempla produci queant.

QVÆST. III.

Quare libri Danielis, Esdræ, Nehemiæ & Paralipomenon non ſint Chaldaicè translati?

Reſp. De libris quidem Danielis & Esdræ non eſt, ut valdè laboremus, cùm ii jam antè originaliter ſemi-Chaldaici ſint. De libris potiùs Nehemiæ & Paralipomenon admiratio cuipiam ſuboriri queat, cur nullum habeant Targum. Salva res eſſet de libris Chronicorum, ſi verum, quod Chriſtianus Ravius *Diſſ. alterâ part. 1. Alc. Arabico-Lat. S. 36.* citante Hottingero *Theſ. Philol. pag. 255.* monet, *repertam nuper in Codice quodam MSC. Erpeniano in Anglia Paraphraſin Chaldaicam in illos, quæ edita hactenus non ſit.* Idem Hottingerus Bibliothecæ ſuæ Orientali annexuit recenſionem Bibliothecæ Erpenianæ, in quâ *p. 29.* men-

tio fit 3. *Volum. Biblicorum MSC. in pergameno cum Masora & alicubi Targum & Perusch:* num v. in iis Targum in Chronica latuerit, dies docebit. Leusdenius Philol. *Ebraeo-mixto Disp. 5. p. 36.* de editione benè nos sperare jubet his verbis: *In Chronica Targum in Anglia latitare, ajunt, unde propediem ejus editionem videre speramus.* Et nuper eadem promissa est à Bibliopolis in Catalogo. Maneat sanè fides penes referentes ἕως τῆς αὐτοψίας, ubi & divinare licebit, num γνήσιον an ὑποβολιμαῖον sit. Aliàs Helvicus *p. 9.* Schickardus *l. c. p. 10.* Hotting. *p. 255.* nec non Dn. D. Müllerus *Jud. p. 27.* cur in Chronica nullum extet Targum, caussam reddunt, quod pleraque illic tractata in libris Regum jam occurrerint. In Nehemiam num extiterit unquam Targum & sic quoque num deperditum sit, non facilè definire licet: Intereà æquô animô feremus defectum, quem mutare non licet.

QVÆST. IV.

An sine Punctis Targum exaratum sit & quis ista adjecerit?

Resp. Primitus Targum, ut alia Rabbinorum Scripta, sine Punctis exaratum fuit,

fuit, uti testis est Elias Levita *Præf. in Methurg.* scribens: *Procul dubio Targumistæ exararunt Paraphrasin suam absque Punctis.* Paulò post: *Ostendunt idipsum exemplaria pervetusta: longo demum tempore post punctata sunt sive per unum, sive per plures, sed anonymos, quorum quisque egit pro lubitu, quapropter etiam perversum fuit judicium eorum.* Aliquandiu Punctorum defectum suppleverunt tres literæ אוי, quæ aliàs אמות הקריאה sive *matres lectionis* appellari & in Scriptis Rabbinicis ut plurimùm loco vocalium adhiberi solent, ubi lectio ambigua futura esset. Hujusmodi matres lectionis antiquitùs in ipso etiam sacro Textu vocalium loco adhibitas fuisse existimat & Punctorum novitatem inde probare conatur Petrus Martinius *Technol. Gramm. Ebr. p.53. seqq. 64. seqq.* Cùm verò Vir Doctissimus nullum producat argumentum, quare vel quando vel à quibus matres istæ lectionis è Textu Ebraico sublatæ sint, ex hodiernâ matrum lectionis absentiâ Punctorum antiquitatem meliori jure stabilire videtur Vir Cl. Buxtorfius *de Antiqv. Punct. P. 2. c. 8. p. 356. s.* Progres-

greſſu verò temporis ab incertis autoribus Paraphraſibus Chaldaicis Puncta vocalia addita ſunt, ſed valdè ἀνωμάλως & ἀνορθογράφως: relictæ enim ſunt in Textu literæ iſtæ, vocalium antea indices, unde imperita, confuſa & inordinata plerumque punctatio prognata eſt, quam retinuerunt Venetæ aliæque Bibliorum editiones. Huic malo doctorum ope medica manus adhiberi cœpta eſt tum in opere *Complutenſi* Ximenii, tum *Antwerpienſi* Plantiniano, neque tamen omnia ſatis caſtigari & emendari potuerunt. Acceſſit igitur tandem Herculeus labor Joh. Buxtorfii Patris, qui hoc Augiæ ſtabulum penitùs perpurgavit & in editione Bibliorum *Baſilienſi* Paraphraſes Chaldaicas ad analogiam Danielis & Esdræ correctas exhibuit, quam ipſam punctationem Vir Clariſſimus Waltonus in opere quoque Polyglotto *Anglico* ceu emendatiſſimam præ omnibus ſibi ſectandam eſſe duxit. Laboris verò iſtius & moleſtiam & utilitatem multò meliùs omnes deprehenſuri eſſent, ſi tandem à tenebris & ſqvalore vindicaretur ejusdem Buxtorfii *Babylonia* ſive Commentaria Critica in Targum,

gum,quæ Vir Doctiſſimus,dum viveret, aliquoties præmiſit & ad quæ in Lex. ſuo Talmudico lectorem ſuum non ſemel remittit. Spem nuper fecit Waltonus *Diſſ. de Lingv. Orient. p. 53.* brevi editionem ſecuturam eſſe, quam tamen adhuc præſtolamur.

Denique notandum eſt, nulli è Targumim *Accentus* ſubjectos eſſe, præterquam Onkeloſi, quod ceu maximè ad verbum eosdem planè habet ſubſcriptos Accentus, quos Textus Ebræus, ita ut, notante Schickardo, *ſub iisdem Accentibus inſtar ipſius authenticæ legis decantari poſſit; niſi ubi interdum plura liberioris paraphraſeos verba, vinculis Maccaph unita longioris melodiæ ambitu ſonanda ſunt & eâdem quaſi chordâ aliquandiu oberrandum*, Bech. Happ. p. 23.

QVÆST. V.

An Onkelos fuerit Targumiſtarum ſive Paraphraſtarum Chaldaicorum primus?

Reſp. Non poſſumus facere cum illis, qui referente Vorſtio Onkeloſum 112. annis poſt Jonathanem Paraphraſtam floruiſſe, vel 50. annis poſt Chriſti natalem

lem demum vixiſſe autumant. Fuit omninò Jonathani σύγχρονος & ante Salvatoris nativitatem verſionem ſuam in Legem adornavit. Id tamen indubitatò aſſerere non poſſumus, Onkeloſi verſionem omnium primam fuiſſe, cùm lingva Ebraica procul dubio jam ante Onkeloſi tempora in uſu vulgari obliterata fuerit & juxta quosdam Jonathan quoque Legem verterit. Si quis tamen cum Waltono *App. Prol.* 12. *num.* 7. aſſerere velit, ante Onkeloſum & Jonathanem Paraſchas & Haftaras ex nullâ verſione ſcriptâ prælectas, ſed à Levitis & ſcribis oraliter Textum eſſe expoſitum, præfractè non contradicemus.

Cœterùm hodiè extantium Paraphraſeon antiquiſſima videtur ea, quam Jonathan in Prophetas fecit, nam, uti è dicendis patebit, extra controverſiam ante Targum Onkeloſi & ante tempora manifeſtati Salvatoris conſcripta eſt. Annum quidem certum definire non licet; Jacobus Epiſcopus Chriſtopolitanus, teſtibus Senenſi & Poſſevino, aſſeruit, hanc Paraphraſin anno 21. Octav. Auguſti, h. e. anno ante Chriſtum natum 21. lucem vidiſſe. Alſtedius *Theſ. Chron.* *p. m.*

p. m. 115. refert Targum Jonathanis ad A. M. 3929. & ante Chriſtum circiter 30. Galatinus, B. Gerhardus *Meth. Stud. Theol. p. 58.* & B. Waltherus *Off. Bibl. p. 257.* ſentiunt, hoc Targum conſcriptum eſſe ante Templi ſecundi devaſtationem annis centum h. e. ante natum Chriſtum annis circiter 27. quorum ſententiam uti agnoſcimus cum Ebræorum hiſtoriis optimè ſtare poſſe, ita putamus, ingentem ſolœciſmum Chronologicum commiſiſſe Ant. de Gvevara, dum *P. II. Epiſt. p. 446.* ait: *Jonathanem annis præterpropter 340. ante nativitatem Chriſti Scripturam Babylone in lingvam Chaldæam vertiſſe,* quam ejus ſententiam refert quoque R. Gedalias *in Schalſch. Hakk. p. 104. b.* Nam cùm Hillel Præceptor Jonathanis omnibus tàm Chriſtianis quàm Judæis conſentientibus annis præter propter 40. juxta R. Dav. Ganz. vel ad ſummum 50. ante Chriſtum natum floruerit, monſtri ſimile, diſcipulum tot annis Præceptorem antevertiſſe, adeò ut hic uſurpare queamus illud Zenodoti: *Capra nondum peperit, & hædus ludit in tectis.* Nec tamen minor lapſus eſt Riberæ & aliorum, qui noſtrum Jonathanem

nem Hieronymi ætate faciunt interiorem.

Quæst. VI.

An Onkelos idem fuerit cum Aquila?

Negatur. De personâ quidem Onkelosi non eadem mens omnium. A nonnullis confundi solet cum *Aquila Pontico*, Paraphraste Græco, qui quidem ipsis Ebræis ignotus non est (cùm ex illius versione Prov. XVIII. 21. *in Vajikra Rabba Sect. 23. ab initio* citentur duæ dictiones מיצטרא מכירין, i. e. *μύστρον καὶ μάχαιρα*) â quibusdam tamen ex illis male pro Onkeloso habetur: nec enim una tantùm diversitatis ratio suppeditari potest, nam 1. Onkelos Chaldaicè scripsit, Aquila Græcè; Aquila Professione Christianus fuit, Onkelos Judæus. 3. Aquila dicitur Ponticus, Onkelos fortè ἀξεῖνος fuit in εὐξείνω Ponto, ut loquitur Schickardus *Bech. Happ. p. 24.* 4. Onkelos Hierosolymis vixit ante Christum sub Hillele: Aquila posteà demum sub Imperatoribus Adriano & Antonino Pio. Num verò idem Aquila Ponticus intelligatur per עקילס, qui in *Bereschit Rabba* non semel citatur, dubitari sanè posset. Eundem tamen fuisse, Judæi passim asseverant. Quicquid autem

autem ejus ſit, neque עקילס iſte cum Onkeloſo idem fuit, quanquam ita ſentiant ex Judæis R. Simeon Haddarſchan *in Jalcut Thora* & Serarius *Rabb. prior.* necnon Bellarminus *de V. D. l. 2. c. 3. ab init.* Illum errorem autem ſolidè refellunt ex Chriſtianis Helvicus *de P. C. p. 7. 8.* Schickardus *Bech. Happ. pag. 24.* Hotting. *Theſ. Phil. p. 258.* Leusdenius *Phil. Ebræo-mixt. p. 43.* & alii, ex Judæis R. Aſarias *in Meor Enajim p. 148.* & R. Dav. Ganz. in Zemach. David *ad an. 840. millenarii 4ti*, cujus verba ex verſione Wilh. Henr. Vorſtii ann. 1644. edita adſcribimus: *Aquila proſelytus paraphraſticè quoque expoſuit Legem coram R. Eliezare & R. Joſua, uti extat in Hieroſolymitano* c. 1. Megilla. R. Chajia inquit: Aquila proſelytus Legem interpretatus eſt coram R. Eliezare & R. Jehoſua atque laudârunt eum dixeruntque: pulcherrimus factus eſt inter filios hominum. *Juxta verba autem autoris Meor Enajim interpretatus eſt Aquila proſelytus Legem linguâ Græcâ, uti dilucidis rationibus ibi diſputat & probat, Aquilam & Onkelos fuiſſe proſelytos Juſtitiæ, illosque duos eodem tempore fuiſſe, non tamen fuiſſe unum homi-*

hominem duobus nominibus, ficut multi autumant, nisi tantùm, quòd Onkelos profelytus fit antiquior, Aquila vero recentior discipulus R. Eliezaris & R. Josuæ factus. Onkelos *enim profelytus factus diebus Hillel & Sammai & fuit tempore R. Gamalielis Senioris, uti suprà memoratum est. Aquila verò non est profelytus factus, nisi longo tempore post excidium; dicunt enim in Semoth Rabbah sect. Mispatim,* Aquila dixit Adriano Imperatori, volo Profelytus fieri. *Sic quoque ibidem in Tanchuma & in Midrasch Bereschit Rabba ad versum:* & vovit Jacob votum. *Novimus Aquilam non fuisse factum profelytum, nisi tempore Adriani, qui devastavit Bitherss. annis post excidium templi.* Hactenus R. Ganz. Breviter, עקילס & אונקלוס diverfos fuisse arguit 1. diverfitas nominum & ratione fcriptionis & ratione pronunciationis, 2. distincta utriusque mentio ap. Ebræos e. g. Eliam Levitam *Præfat. Masoreth.* 3. diverfitas librorum ab iis translatorum: *Akilas* quippe, ut ex locis in Berefchit Rabba citatis ex Ef. III. Prov. XII. &c. videre eft, Hagiographa & Prophetas vertit, *Onkelos* Legem.

Quæst.

QVÆST. VII.

An Onkelos Paraphrastes fuerit Titi Sororius?

Negatur. Non desunt quidem, qui asserant, Onkelosum hunc Imperatoris Titi ex sorore nepotem fuisse, qui post excidium urbis factus sit proselytus. De illo enim Onkeloso Titi sororio loqvuntur Talmudistæ *in Gittin f.56. 2. Onkelos filius Kalonici sororis Titi voluit proselytus fieri. Abiit vero & per necromantiam adduxit Titum & rogavit illum: Quis est honorabilis in hoc mundo? Respondit:* Israëlitæ. *Regessit: An consultum adhærere illis &c.* Hunc ergò sororium Titi esse Paraphrastam nostrum statuit R. Abr. Zachut *in Juchasin f.52. 2,* nec renuit Elias *in Præf. Methurg.* Et certè in Talmude Paraphrastes noster אונקלוס הגר *proselytus* appellatur *Megilla c.1.* Nihilominus tamen ab illo sororio Titi diversus omninò fuit, ut contra Zachatum cum R. Asaria *in Meor Enajim* ostendit R. Dav. Ganz. *in Zemach*, cujus verba *p.100. ex edit. & versione Vorstii* adducimus: *Onkelos proselytus paraphrastice exposuit Legem diebus R. Akibæ ex ore R. Eliezaris & R. Jehosuæ, uti extat*

in c. 1. Megilla. Hic diu produxit dies, autor enim Meor Enajim c. 48. adfert probationem ex Zohar sect. Ahare mavet, *ad versum:* Judicia facite Lev. XIIX. 4. *Onkelos proselytum factum esse diebus Hillel & Sammai & vidisse Jonathanem fil. Uzielis, qui Paraphr. confecit in Prophetas. Sic quoque videmus Onkelosum fuisse diebus R. Gamalielis Senioris in Tosiphta (Sabbat) c. 8. & c. 1. Avada Zara, ubi idem legimus.* Et mox: *Itaque scias, Onkelum proselytum, cujus mentio fit in cap.* Annizakim (Gittin c. 5.) *qui per necromantiam vel magiam produxit patrem suum Titum, procul dubio non esse hunc memoratum.* Onkelos *enim iste non fuit proselytus factus nisi post mortem Titi devastantis templum, quia inquit:* Cupiens proselytus fieri produxit per incantationem Titum. *Hic verò Onkelos, de quô hîc loquimur, fuit Tanai sive Doctor Baraithæ in cap. amocer piroth. Et autor libri Juchasin scribit p. 52. quod Onkelos, qui interpretatus est Legem, fuerit filius sororis Titi, sed istud ap. me non est dilucidum: præstat autem nobis, ut dicamus juxta verba autoris Meor Enajim fuisse (alium) quendam Onkelum, cùm, ut*

dictu[m]

dictum est, narrationes sint discrepantes. Hæc ille. Constat ergò, duos fuisse Onkelosos, quorum prior ipsus noster est: posterior Cæsaris agnatus, ut ut priori cognominis & proselytus etiam, cum isto tamen non est confundendus, quippe qui in Ecclesiæ Judaicæ gremium multò citiùs receptus est, nempè tempore Hillelis sub Hircano anno circiter 40. ante Christum natum, adeò ut etiam si maximè longævus fuisse statuatur, vix tamen ad templi vastationem usque supervixisse credi possit. Relinquitur ergò, quod noster Onkelos sit ille, qui Salvatori σύγχρονος & referentibus Ebræorum Historiis Rabban Gamalieli seni (ad cujus pedes Apostolus Paulus sedisse dicitur) 18. annis ante urbis incendium & templi vastationem defuncto, justa fecisse legitur, 70. libras Tyrias honoris ergò in ipsius busta insumendo & super ejus cadaver comburendo, de quo conf. Helvicus *P. C. p.6.* Buxtorfius *Abbrev. Rab. p. 120, 270.* Schickardus *Bech. Happ. p. 25. & de Jure Reg. p. 167.*

QVÆST. VIII.

An Onkelos universam Scripturam transtulerit?

Resp. Ita sentit Galatinus *l. 1. A. C. V. c. 3.* ubi ait: *Hic Ankelos totam Bibliam* (Biblia) *in Chaldæum vertit atque exposuit. Cujus editio atque expositio quamvis nunc* (*præterquam in Pentateuchum*) *vix alicubi reperiatur, non minoris tamen ap. Judæos est pretii, quàm Jonathæ.* ὁμόψηφον ille esse Fagium *in Præf. Targum Pent.* testis est B. D. Waltherus *Offic. Bibl. p. 256.* Verùm enim verò Legem ab Onkeloso translatam esse, testantur ipsi Talmudistæ *in Megilla c. 1. f. 3. a.* translationis autem ejus in reliquos libros Biblicos in Ebræorum monumentis nec vola comparet nec vestigium.

QVÆST. IX.

An Jonathan Usielides idem fuerit cum Theodotione Paraphrastâ Græco?

Resp. Error quorundam confundentium Jonathanem cum Theodotione, alterô illô celebris Græcæ versionis architectô, vix memorandus videtur, cùm nonnisi nominum qualicunque convenientiâ

nientiâ nitatur. Qui enim Ebræis est יהונתן, is Græcis *Theodorus*, *Theodotion*, Latinis *Deodatus*. At *infirmissima est conclusio*, rectè ait Schickardus p. 25. *ex solius nominis qualicunque allusione deducta, sic & Imperatori Theodosio adscribendum foret.* Irreconciliabilis est discrepantia temporis, religionis & idiomatis paraphrastici, ne in re planâ diutiùs hæreamus.

QVÆST. X.

An Jonathanis Usielidis versio fuerit miraculosa?

Resp. de veritate historicâ est, quod Judæi de hoc Jonathane magno consensu tradunt, eum Hillelis (quem 40. ætatis suæ anno è Babyloniâ reducem deinceps per totidem annos in Academia Hierosolymitana Doctorem & per alios 40. annos ejusdem Rectorem fuisse narrant) discipulum, & inter celeberrimos 80. summum, atque sic, ut colligit Schickardus, Simeonis Justi (illius, qui ab Evangelistâ Christum infantulum ulnis suscepisse memoratur) condiscipulum & Christo nato annis benè multis superiorem fuisse. Sequentia autem redolent Hyperbolas Judaicas; ut quod *in-*

Bav. Bathra c. 8. f. 134. 1. legitur. *Tradunt magistri nostri, quod Hillel senex habuerit octoginta discipulos, ex quibus triginta digni fuerunt, ut in iis habitaret Spiritus Sanctus, sicut supra Mosen Praeceptorem nostrum b. m. Triginta autem ex illis digni erant, ut eorum gratiâ staret sol, sicut propter Josuam, filium Nun: Viginti denique mediocres fuerunt. Maximus omnium fuit Jonathan Uzielides: Minimus omnium Rabban Jochanan filius Zacchaei; de illo autem R. Jochanan perhibuerunt, quod nunquam vacârit a studio Biblico & Talmudico, à traditionibus & mysticis enarrationibus, à subtilitatibus Legis & minutiis scribarum, ab argumentationibus à minori ad majus & à pari, à studio Astronomico & Cabbalistico, a proverbiis fullonum & adagiis de vulpibus, à conversatione cum Angelis ministerialibus & cum Daemonibus, à meditationibus de dactylis, à meditatione rei magnae & parvae: magna e. g. res fuit opus quadrigarum apud Ezechielem, parva factum Abiae & Rabbae, quod facit ad confirmandum dictum* Prov. VIII. 21. *Quod si est tantus omnium minimus, quantus & quantus tandem erit omnium maximus*, (is autem fuit Jonathan

than Uzielides) conf. & *Succa fol. 28.* Imò ut eò meliùs ex minimi istius Saccaidis ingenio maximum Uzielidis acumen colligere possis, audi, quid ipse homuncio Zaccaides de se jactitet *in Massichta sopherim c. 15. halacha 8. si omnes cœli essent cortinæ & omnes arbores calami, & totum mare atramentum, non sufficerent ad scribendam sapientiam, quam didici à Magistro meo,* (Hillele) *nec tamen propterea transcendi omnem scientiam sapientum, sed sum instar muscæ immersæ vasto oceano, quam extrahunt absque defectu* (*maris.*) Sed nondum fabulandi finis. In *Bava Batr. l. c.* subjicitur: *Perhibent de illo Jonatha Uzielide, quod hora, quâ sederit & studuerit in Lege, omnes aviculæ, quæ volarent super eum, momento combustæ sint.* Nec leviora sunt, quæ de eodem referuntur *in Megilla c. 1. f. 3. 1. Jonathan filius Uzielis hausit Targum suum in Prophetas ex ore Haggæi, Zachariæ & Malachiæ. Illo autem tempore* (quo sc. versioni vacavit) *commota est terra Israel quadringentis Leucis, & per quadringentas Leucas delata est vox cœlestis, dicens: Quis est ille, qui revelat arcana mea filiis hominum? Mox ere-*

 xit

xit se Jonathan, filius Uzielis, in pedes suos, & dixit: Ego sum ille, qui manifestavi secreta tua filiis hominum. Satis tibi constat, quod non ad honorem meum hoc fecerim, neque ad honorem patris mei, sed ad honorem tuum, ne multiplicarentur Disceptationes in Israel. Et tentavit porrò quoque publicare Targum in Hagiographa. Exiit vox cœlestis, & dixit: Sufficit tibi, sed quare? quia in iis est finis Messiæ. (respicitur, adstipulante Scholiaste, ad Prophetiam Danielis.) Paulò aliter hoc refert Elias *Præf. Meturg. Venit ad eum vox cœlestis, dicens: Annon tibi sufficit, prodidisse mysteria Prophetarum? Num etiam vis revelare arcana Spiritus Sancti? Quapropter cessavit à translatione Hagiographorum.* Hæc cùm strictim allegasset B. D. Waltherus *Offic. Bibl. pag. 256.* obsignat eadem hâc clausulâ: *Quæ omnia credat Judæus Apella: non ego:* quam & nostram facere possumus. Interim in istorum ψευδοθαυμάτων enarratione fidei non satis litasse video laudatum à Sixto Senensi *B. S. l. 4. p. 380. a.* & Ant. Possevino *Apparat. Sacr. T. 2. p. 276.* Jacobum Episcopum Christopolitanum, dum *ad Psalm. 20.* refert, Jonathanem hunc

hunc in Pf. 2. ad fententiam illam: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu &c. ita fcripfiffe; *Duo hi, Pater & Filius, tres funt in una tertiâ perfonâ, nimirum Spiritu Sancto; & hi tres unum funt, una, inquam, fubftantia, una effentia & unus DEUS. Quæ dum Jonathan literis mandâret, repentè voem ad eum de cœlô allatam effe, inquientem: Quis es ifte, qui audet fecreta mea gentibus revelare &c.*

QVÆST. XI.

An Jonathan univerfam Scripturam interpretatus fit?

Refp. Monuimus ante Jonathanem Ufielidem tranftuliffe Prophetas: *priores* nempè & *pofteriores* eos, quos vocant Judæi; Sed quæri poffet, an eos tantùm & non reliquos etiam Scripturæ Sacræ libros? Certè Galatinus *de A. C. V. l. 1. c. 3.* afferit, *Jonathanem totum V. T. vertiffe.* Verba ejus hæc funt: *Jonathas filius Uzielis, Hillelisque auditor atque Simeonis jufti, qui Chriftum infantulum fufcepit in brachiis, condifcipulus, totum V. T. in Chaldaicam vertit lingvam.* & infra: *totam procul dubio Bibliam Jonathas in Chaldæum tranftulit.* Idem etiam

comprobat P. Fagius *Præf. in Targ. Pent.* & in ſpecie tranſtuliſſe Jonathanem Hagiographa aſſerit Cl. Helvicus *de P. C. p. 11.* his verbis: *Utinam vero è tenebris tandem erueretur Jonathæ Targum in Hagiographa vel ſaltem in Pſalmos! & maleferiata illa cæci Rabbini in capreæ potiùs cornu ſcripta fuiſſet, ut Hebræi loquuntur, ubi ſcil. cervi & capreæ cornua deponunt: Haberemus procul dubio illuſtriſſima contra Judæos teſtimonia. Quin enim Jonathan in Pſalmos ſcripſerit, dubitari non debet.* Provocat verò Vir Cl. in ſequentibus partim ad duo fragmenta hujus Targumi è libro Kibbuzim à Galatino *l. 10. c. 4. & l. 3. c. 5.* adducta, partim ad conjecturam R. Zachut *in Zuch. f. 54.* Contrà Hottingerus *Theſ. Phil. p.* 260. ſtatuit, Jonathanem tantùm Prophetas tranſtuliſſe, id quod probat partim ex illo Talmudico תרגום של נביאים יונתן בן עוזיאל *Targum Prophetarum Jonathan Uzielides recitavit ex ore Haggæi,* &c. partim ex conſenſu Ebræorum. Stamus hîc certè in bivio & utris adſtipulemur, animi pendemus. Exiſtimamus tamen, neque Helvici neque Hottingeri ſententiam ſatis pro-

probatam ab iisdem esse. Nam Helvici sententia tandem in Galatini autoritatem ultimò resolvitur: hic verò fidem suam apud Doctos in quamplurimis jamdudum decoxit. Nam quod ad librum Kibbuzim, iste cum alterô librô R. Hakkados nuspiam comparet, neque satis ejus existentiam testimonio cujusdam studiosi probari à Cl. Helvico *in prætermissis p.67.* putamus. R. Zachut autem nihil asserit, sed conjicit, & quidem contra plerorumque contribulium consensum. Nostra conjectura, quam tamen nemini obtrudemus, est, Talmudistas fabulosâ suâ relatione (quod sc. Jonathan oraculô monitus sit, ne Hagiographa verteret) rationem aliquam reddere voluisse, quare is Hagiographa non transtulerit. Hoc ergò ut certum præsupponere videntur. Neque verò Cl. Hottingeri rationes satis solidè evincunt, Jonathanem præter Prophetas nihil transtulisse, nam neque Talmudistæ neque alii Judæi exclusivè loqvuntur, sed referunt eum vertisse Prophetas: unius verò positio non est alterius exclusio. Existimamus proinde, non adeò improbabilem esse sententiam eorum, qui

qui dicunt, Jonathanem vertisse Legem, Prophetas, & à versione tertiæ librorum Scripturæ Sacræ classis vel morte vel aliâ ratione exclusum esse. Nam I. major erat necessitas vertendi. Legem, quàm Prophetas, cùm illam diligentiùs quàm Prophetas legant Judæi, & eandem quotannis absolvant. Nec potest h. l. excipi, Legem transtulisse Onkelosum; cùm hîc post Jonathanem demum scripserit. Neque est, ut provocetur ad aliam versionem Chaldaicam Legis, quæ ante Jonathanem extiterit: Nam (1) de eâ lis est sub judice. (2) Si sequeretur, Jonathanem non vertisse Legem, quia in eam expectabat versio, neque Prophetæ ipsi vertendi fuissent, eâdem enim probabilitate sequitur, in eos jam ante Jonathanem extitisse Paraphrasin, cùm ante Jonathanem Judæis non modò Paraschæ ex Lege, sed Haftaræ quoque ex Prophetis in Synagogis legendæ essent. II. Talmudistæ disertè scribunt, Jonathanem עסוק *occupatum fuisse* in Lege, ab Hagiographis autem divino oraculo monitum destitisse. Facilè tamen hîc patimur, ut suo quilibet abundet judicio & sensu.

Qvæst.

QVÆST. XII.

An Targum secundum in Legem sit Jonathanis?

Resp. An Targum Jonathanis in Legem hodieque extet, & si extet, num sit illud, quod vulgò sub Jonathanis nomine circumfertur, illud est μέγα λίαν ἄιτημα. Affirmant quæsitum è Judæis plerique recentiores, ex Christianis Galatinus *de A. C. V. l. 1. c. 3.* P. Fagius *Præf. in Pent.* G. Postellus *de orbis concord. l. 1. p. 25.* Gerhard. Veltvicus *Schev. tohu p. 51. 56.* Cl. Helvicus *de P. C. p. 9. seq.* & alii. Sed negant Drusius *Quæst. per Epist. p. 147.* Buxtorf. *Abbrev. p. 107. & 232.* Hotting. *Thes. Phil. p. 260.* Mayerus *Phil. S. P. II. p. 45. seqq.* Cartwrightus *Præf. Annot. in Genesin*, Waltonus *Prolog. 12. n. 11.* Leusdenius *Philol. Ebræo-mixt. p. 48.* & alii. Nos, cùm certè alterutra sententia sit assumenda, cum iis facimus, qui dicunt, Targum illud Legis, quod hodiè sub Jonathanis nomine circumfertur, esse ὑποβολιμαῖον, & diu post veri illius Jonathanis obitum conscriptum. Patet id tùm *ex diversitate styli*, tùm ex *discrepantia generis paraphrastici*, tùm *ex ipsis rebus*. *Stylus* (1) veri Jonathanis ad dictio-

ctionem Onkelosi & Danielis proximè accedit; Stylus verò hujus Pseudo-Uzielidis turbidus, fœculentus, multisque exoticis & barbaris vocibus refertus est. Si *unus & idem* est, ait Mayerus, *autor Targum Prophetici & illius in Mosen, quod Jonathani tribuunt, unde obsecro tanta in stylo diversitas? idem esset, nisi planè sum falsus animi, ac si Scoti, Thomæ, Aquinatis aliorumque Scholasticorum scripta (quorum temporibus nitor Latinæ linguæ prorsus evanuit, ac ipsa ferè sepulta fuit latinitas) Hieronymo aut Lactantio assignarem; aut Ulpianum dicerem esse autorem operum eorum, quæ Bartholus & Baldus edidere.* (2) Verus Jonathan ferè ut Onkelos κτ᾽ πόδα Textum transfert, nisi quod in posterioribus Prophetis allegoriis quandoque licentiùs indulgeat: Pseudo-Uzielidis verò Targum in Legem sentina est fabularum Judaicarum, ex quibus hîc paucas sistemus in prægustum: Gen. I. v. 16. *Luminaria magna fuerunt æqualia in præstantia sua viginti & uno annis, posteà Luna fuit imminuta.* Gen. V. 21. *Et creavit DEUS cete magna, Leviathan cum compare, quæ parata sunt ad diem consolationis,* Gen. V, 24. *Servit Enoch*

Enoch sincerè Domino & non fuit ampliùs cum incolis terræ, quia sublatus est in cœlum verbo Domini, qui vocavit eum Mitatron & fecit eum Cancellarium cœlestem. Gen. VI. v. 4. *Tum temporis Schamchasfai & Usiel* (Angeli) *cœlis delapsi versati sunt in terrâ* &c. Gen. II. v. 7. 8. *Dixit DEUS 70. Angelis stantibus coram se, venite, descendamus & confundamus illic lingvas eorum, ne intelligat quisquam sermonem socii sui: Apparuitque verbum Domini super urbem illam, & cum eô septuaginta Angeli, juxta 70. populos, & quisque habebat lingvam populi sui & designationem scripturæ ejus in manu suâ ac dispersit eos inde in superficiem totius terræ, in 70. lingvas, nec intelligebat quisquam, &c.* Exod. XIV. v. 29. *Et inverunt filii Israel in medium maris per aridum & aquæ condensatæ fuerunt instar muri, quæ trecentis milliaribus distabat à dextrâ & sinistrâ eorum.* Et v. 27. Et *inclinavit Moses manum suam super mare baculo magno & pretioso, qui creatus erat ab initio & in quo sculptum expositumve erat nomen illud magnum & pretiosum* (sc. Schemhamphorasch.) Num. XX. v. 20. *Et erexit Moses manum suam &*

per-

percussit petram virgâ suâ, duabus vicibus, prima vice stillabat sanguinem, sed altera vice exierunt aquæ multæ. Sed satis nugarum est. Commemorantur porrò à suppostitio isto Jonathane quædam, quæ vero Jonathani competere nequeunt. Sic Exod. XXVI. v. 9. meminit sex partium Talmudis ויריעתא שית יריען לחוד כלקבל שית סדרי מתניתא *Et decem,* inquit, *aulæa seorsim juxta sex ordines Mischnajot* sive Talmudicos. Sanè cùm dubio procul minimùm 20. vel 30. annis ante Christum natum verus Jonathan scripserit suam versionem, quomodo potuit mentionem facere dispositionis Mischnarum in sex ordines, quæ demum ducentis circiter annis post Christum natum orta est? Sic Num. XXIV. 19. *Constantinopoleos* mentionem facit: ויקום שליט מדבית יעקב וויביד וישיצי שיזבותא דמשתייר מן קושטינטיני קרתא חייבתא i. e. *surget imperator è domo Jacob, & perdet atque exterminabit reliquias, quæ supersunt è Constantinopoli urbe renovatâ.* Itane verus Jonathan, qui Christi nati tempora antevertit, nominaret Constantinopolin, quæ anteà Lygus & Bizantium, post à Constanti-

ſtantino M. nova Roma & demum ultra trecentos annos à Chriſto nato Conſtantinopolis vocari cœpta eſt? Quid quod ante Galatinum vel certe Paulum Burgenſem nulli vel Chriſtianorum vel Ebræorum hæc verſio innotuerit, quod indicio eſt, veri Jonathanis Targum jam dudum interiiſſe & Judæos, ut ſuppoſititio huic fœtui majorem conciliarent autoritatem, ſpecioſo Jonathanis titulo veſtitum exponere voluiſſe; neque enim novum Rabbinis libros quosdam ab alieno autore denominare. Sic *Siphra*, *Siphre*, *Toſiphta* R. Akibæ, *Zophar* R. Simeoni *Pirke* R. Elieſari, *Jezira* ipſi Abrahamo adſcribunt, utut ipſi agnoſcant, eos non eſſe immediatos autores.

Cùm verò Helvicus &, qui ipſius ſententiam animi quaſi gratiâ defendere voluit, Schickardus, etiam ſua habeant pro ſuâ ſententiâ argumenta, vel etiam contra noſtra exceptiones, iis breviter ſatisfaciendum erit. I. *Cauſa cur mihi ægrè perſvadeam*, inquit Helvicus p. 11. *Scriptum hoc eſſe ſuppoſititium, eſt, quod videam, pleraque loca à Chriſtianis uſurpata non minus in hoc Targum, quàm in altero ſuper Prophetas, quod absque con-*

 tro-

troversia Jonathani tribuitur, contra Judæos facere & multorum locorum præclaram expositionem & Christianæ religionis sensum in eô tradi. Sed Resp. (1. Talia larvatum Jonathanem ex alio Targum desumere potuisse. Vel (2. si ex suo ingenio talia protulerit, non esse insolens etiam adversarios rigidissimos nonnunquam veluti coactos veritati testimonium dicere, unde ex recentioribus quoque Rabbinis contra ipsos Judæos quandoque κατ' ἄνθρωπον argumentamur. II. *Hoc Targum convenire sæpè cum Hierosolymitano.* Helv. *p. 11.* Schickardus *p. 21.* Resp. E. eodem posterius esse posse: nec dubitamus in Targum Pseudo-Uzielidis extare multa ex Hierosolymitano mutuò accepta. III. *Non verisimile esse, Jonatham à Prophetis cœpisse, cùm Legis major esset inter Judæos usus.* Schickardus *31.* Resp. Neque nobis id valdè verisimile esse, nec tamen inde sequi, extare hodiè Targum Jonathanis in Legem. Licet ergò concedamus extitisse aliquando aliquod Jonathanis Targum in Pentateuchum, concedere tamen non possumus, id hodiè extare vel illud esse, quod sub eô nomine venditatur. Ad

nostras

noſtras rationes regerunt. (1) *Stylum non adeò diverſum eſſe & differentiam in prolixitate potiùs & anguſtia ſermonis, quàm ipſarum phraſium diſcrepantia conſiſtere, quæ ipſa ex diverſo autoris inſtituto nata ſit.* Schickardus 32. Reſp. Negari differentiam ſtyli non etiam in ipſarum phraſium diſcrepantiâ conſiſtere: provocamus ad collationem ſine præjudicio inſtituendam. Sed nec diverſum autoris inſtitutum pro Cl. Helvico aliquid facit. Ait Schickardus, *Legi, quæ partim hiſtoriis conſtabat, facilè aliquid addi potuiſſe, non verò Prophetis futura tractantibus.* Verùm ſi Jonathanis inſtitutum fuit hiſtoriis aliquid addere, quî fit quod in libris Joſuæ, Judicum, Samuelis & Regum, qui itidem Hiſtorici, licet Propheticis à Judæis annumerentur, Textus veſtigia caute plerumque premat, adeoque in libris verè Propheticis liberiùs indulgeat allegoriis, quàm in illis hiſtoricis? Imò Pſeudo-Jonathan in Paraphraſi Prophetiæ Jacobi Gen. XLIX. ſatis prolixus eſt, adeò ut hæc ratio diverſitatis nihil evincat. (2) *Non mirum eſſe fabulari Judæum, fabulas rejiciendas & utilia ſeligenda eſſe.*

 Schi-

Schickardus *l.c.* Resp. Id sanè mirum non esse: ex frequentia tamen vel insolentia fabularum ingenium ad fabulandum facile vel difficile deprehendi. Nec enim verus Jonathan nullus habet fabulas, sed raras, ut *Jud.V.5.* de disputatione montium Tabor, Hermon, Carmel & Sinai pro prærogativa, & in quonam majestas divina habitare debeat. *Es. X.31.* de castris Regis Assyrii 400. mill. longis & collis equorum (non singulorum, sed omnium) 40. mill. latis &c. Pseudo-Jonathanis verò Targum in Pentateuchum est fabularum Judaicarum instructissimum promptuarium. Si ergò utrumque Targum uni autori tribuamus, eum bilingvem & bicordem faciemus. (3) *Non quidem verum esse, quod in* Succa f. 28. *dicitur, Jonatham 400. annos vixisse, nec sic quidem Constantini tempora attigisse, cùm Judæi illud commentum propterea afferant, ut Jonathan Prophetis σύγχρονον faciant: solere tamen Ebræos nomina propria ad suam religionem vel exilium spectantia variè mutare, idque ex Codice Talmudico cujusdam Judæi probari posse.* Helvicus *p.16* Resp. Exempla à Viro Cl. adducta nobis non satisfaciunt. Nam quod

quod Judæus iſte pro quibuſdam nominibus propriis ſubſtituit alia, illud memoriæ & explicationis cauſa in privatum uſum fecit; ut quod pro קרתא *urbe* ſcripſit רומי, id propterea fecit, quia per *urbem* Romam intelligi putavit, ſic quod pro מושלים ſubſtituit רומיים, pro נכרים גוים &c. Sic quod Vir Cl. addit, citari nomina quædam ex Targum Hieroſolymitano, quæ tamen in eô non reperiantur, ex eô ſequitur, nomina quædam ex iſto Targum, quod reverâ fragmentum eſt, periiſſe, non verò nomina propria mutata eſſe: Quid quod ipſe Schickardus *p. 22.* moneat Judæos ne tantillum quidem in Targumim mutare, non ſecus ac in ipſo Codice Ebræo? Quod ad mentionem *ſex ordinum* Talmudicorum, reſpondet Schickardus, traditiones Talmudicas omnino Jonathane antiquiores eſſe: quod & nos concedimus de traditionibus *materialiter* ſpectatis, non autem quatenus eas *formaliter* conſideramus & quatenus à R. Jehuda Hannaſi longo tempore poſt in *ſex partes* tributæ & diſpoſitæ ſunt, quarum ipſarum mentionem facit Pſeudo-Jonathan. (4) *Non ſequi: Liber nuper*

 editus

editus est, E. anteà non exstitit. Resp. Utique id non sequi: Id tamen sequi: Codex Targumicus, qui si extaret maximi esset inter Judæos usûs & autoritatis, à Rabbinis Maimonide, Jarchio, Aben Esra, Kimchio &c. qui aliàs Targumim frequentissimè allegare solent, non citatur vel nominatur. E. eorum tempore Judæis notus non fuit. Existimamus proinde, Targum illud diu post Constantini M. tempora à quodam Judæo partim ex Hierosolymitano & aliis compilatum, partim ex proprio ingenio confectum & specioso titulo Jonathanis divulgatum, initio autem parvi à suis æstimatum esse & sic aliquandiu in situ & sqvalore jacuisse, usque dum, fortè ante ducentos annos & quod excurrit, in lucem iterum protraheretur & à nimis credulis pro veri Jonathanis labore venditaretur. Primùm *Venetiis* ante 70. circiter annos, posteà *Basileæ* denique *Hanoviæ* A.C. 1614. prodiit.

QVÆST. XIII.

Num Targum in Hagiographa sit Josephi Lusci?

Resp. Autorem Targum Hagiographorum quidam absolutè pronunciant incer-

incertum. Ita R. Asarias *in Meor Enajim p. 148. Targum præs. ns Hagiographorum cujus sit autoris, ignoramus*: & Buxt. Fil. *Præf. Lex. Chald. Syr.* ait: *De Targum Hagiographorum autoribus nil certi ex historia Ebraica habetur.* Ex stylo autem varios fuisse ipsos apparet & præcedentibus longè recentiores. Sic Gerson Talmud. *p. 225.* Uber etliche Bücher der Psalmen (Hagiograph.) Hat man itziger Zeit auch einen weitläufftigen Targum, welcher voller Talmudischer Greuel und Fabeln ist, weiß niemand/wer es gemacht oder geschrieben hat. A quibusdam Targum illud adscribitur R. עקילס *Akilaso.* Ita Elias *Præf. 3. in Masoreth f. 40. b.* scripsit, se Methurgeman suum adornasse *in totum Targum, sc. Onkelosi in Legem, Jonathanis in Prophetas & Akilasi in Hagiographa, sunt autem qui dicant, quod istud sit Targum R. Joseph* (ita lego & verto, non *nec non Josiæ, cujus Paraphrasis est Magistri Josephi*, ut ex literarum confusione vertit Terentius *Præf. in Targum Jobi a. 2.*) Communissimè autem Targum illud adscribitur ר׳ יוסי / R. *Josæ*, qui aliàs vocatur יוסף סגי נהור Joseph πολυφεγγὴς, i. e. per ἀντίφρασιν Orientalibus usitatam

 cæcus

cæcus, vel potiùs *luſcus:* quanquam & *Akilaſum* illum & hunc *Joſephum* poſſibile ſit Targum in Hagiographa adornasſe, cùm in quamplurimis locis hodienum reperiamus duplex vel triplex Targum ab unô eodemque autore procul dubio non profectum, nimirum *Pſ.77. v.11. Pſ.78. v.64. Pſ. 88. v.3. Pſ. 110. v.1. Job. 4. v.11. c.5. v.7. c.6. v.6,7. c.7. v.12. c.11. v.12. c.12. v.5,6. c.14,18,22. c.15. v.10, 18, 20, 32. c.18. v.4, 12, 13, 16. c.24. v. 19, 20. c.25. v.2. c.28. v.7, 8, 18. c.29. v.15. c.30. v.2, 4, 19, 24. c.34. v.9, 25. c.36. v.1, 19, 20. c.37. v.11, 12, 21. 22, 23, 24, 33. c.38. v.12, 13, 14, 25, 36, 37. c.42. v.14. &c.* Quando autem vixerit iſte *Joſeph cæcus* vel *luſcus* nòn liquet. Sixt. Senenſis rejicit eum ad ann. Chriſti circiter 400. Waltonus verò *Diſſ. p.51.* ad 600. Galatinus denique *lib.8. c.17. & 24.* ait eum annis ferè trecentis & 40. poſt Chriſtum, & trecentis poſt ſecundi templi everſionem claruisſe. R. Jom Tob Abrahamides *ad Megilla c.1.* de eo ita ſcribit (ut vertit, Joh. Coccejus *Exc. Gem. Sanh. p.327.*) *R. Joſephum invenimus plurimum ubique in inſtitutione & meditatione Chaldaica uſum Paraphraſi, nam cùm captus luminibus eſſet,*

esset, id quod per Scripturam Sacram tradebatur, discere (quomodo par erat) non poterat. Ideo sententias Scripturæ Sacræ sermone Chaldaico recitabat. Ea enim versio non scripto, sed orali traditione continebatur. Quicquid de eo sit, recentior, vel certè Onkeloso & Jonathane posterior fuit, quantum vel ex stylo vel ex ipsis rebus colligere licet. Suprà autem jam monuimus nos vix credere posse Galatino, Jonathanem Psalterium vel alia Hagiographa vertisse, licet ipse *l. 10. c. 4.* dicat interpretationem in Psalterium, quamvis rarissima sit, negandam tamen non esse, cùm passim non solùm à nostris, sed & ab ipsis Ebræis allegetur. Iste autem *R. Josepho lusco* etiam alias paraphrases adscribere solent. Et quosdam quidem ipsi Targum in Pentateuchum adscribentes rectè refellit Elias Levita. In Prophetas autem conscripti à Josepho Targumi non unô locô meminit Talmud, uti satis luculenter ostendit Vir Cl. Coccejus *l. c.* quare concedimus, extitisse antehac Targum aliquod Josephi in Prophetas, sed hodiè interlapsum. Nam quod testimonia in Talmude citata attinet, licet ea congruant cum Tar-

gum Prophetico Jonathanis, non tamen evincunt, hodiernum Targum in Prophetas Josephi esse. Nec mirum tàm pauca loca eodem modo Jonathanem & Josephum vertisse, nec absurdum illa & plura R. Joseph ex Jonathane mutuatum. Lapsus est ergò Schindlerus, si, dum *Lex. Pentagl. p. 1695.* scribit: *Hagiographa* (interpretatus est) *R. Joseph., cui & Targum in* תריסר *Prophetas minores tribuitur*, de Targum in δωδεκαπρόφητον hodiè extante loquitur.

Quæst XIV.

Num Targum Hierosolym. in Pentateuchum sit idem cum Targum Jonathanis in Pentateuchum?

Resp. Targum Hierosolymitani, quod dicitur in Legem, autor anonymus est. Gerson quidem Talmud *p. 222.* appellat eum *R. Joseph*, sed hunc non vertisse Pentateuchum, ostendit Elias Levita. Fortè error quibusdam inde natus, quod Elias & alii quidam Targum Josephi in Hagiographa Hierosolymitanum vocant. Drusius existimat idem esse hoc Targum & eundem agnoscere autorem cum Targum Pseudo-Jonathanis, *in Quæsit. per Epist. & ad diff. loc. Num. c. 32.*

pag.

496. ubi ait: *Quod suprà produxi ex Hierosolymitano, id posteà reperi totidem verbis in Jonatha. Quod firmat conjecturam meam, quam olim notavi in Quæstis meis de illo interprete, videlicet errorem hunc natum esse ex abbreviaturâ ת״י, quæ sonat Targum Jonathæ & Targum Hierosolymitanum.* Nam *Jonathan Uziel filius nunquam vertit Legem h. e. quinque libros Mosis. Quid igitur? ad quæstum utilius erat Typographis præfigere nomen Jonathæ quam Hierosolymitani. Nam Jonathan in tanta est autoritate apud Ebræos, ut libri ejus ferè pro Canonicis habeant.* Vid. & *c.15.p.358.* Verùm hanc Drusii conjecturam rejiciunt Mayerus *Phil. sacr. P. II. p.57.* Waltonus *Proleg. 12. n.11.* Christoph. Cartwrightus *Elect. in Genesin Præf. de Targ.* & alii. Et certè quarundam rerum consonantia non statim arguit idem Targum. Dantur enim & variæ inter Targum Jonathanis & Hierosolym. discrepantia. vid. *Gen. 1. v. 1. c. 4. v. 10. 16. Exod. 14. v 24. 25.* & ab abbreviatura illa infirmum ducitur argumentum: Nam raró scribitur pro תרגום ירושלמי abbreviatè ת״י, sed ad differentiam veræ semper voces integræ

græ adhibitæ occurrunt, & de Targum Jonathanis frequentior eſt abbreviatio ת״י. Autor ergò incertus eſt, ut ait Elias *Præf. Meturg. Interpres Hieroſolymitanus quis fuerit, ignotum nobis eſt, num is ipſe interpres qui vertit Hagiographa? An fuerint duo diverſi homines temporibus diverſis?* Schickardus exiſtimat autores fuiſſe plures, & unum compilatorem, in quô nos habet conſentientes. Nam occurrunt in eô nonnulli verſiculi cum duplici Targum, unde Cl. Helvicus *de P. C. p. 7. & 12.* Gerſon *P. 1. c. 30. p. 223.* Havemannus *Append.* der Wegeleuchte *p. 591.* Franc. Taylerus *Proœm. in Targ. Hieroſol.* concludunt, duas eſſe Paraphraſes Hieroſolymitanas, id quod & inde probant, quod plura ab Elia Levita aliisque citata in Targum hodiè non compareant. Verùm propriè loquendo, nec unum, nec duplex Targum eſt. Lacerus quippe, interruptus & imperfectus cento, vel excerpta quædam è diverſis. Plures ergò etiam quàm duos potuit habere autores, qui quondam Legem Chaldaicè vel verterunt totam, vel oretenùs particulariter expoſuerunt: Collector verò unus, & is incertus eſt. Tempus por-

porrò quô id Targum conſcriptum, non magis quàm autor à nobis definiri poteſt. Conſcriptum illud eſſe poſt urbem vaſtatam concludunt plerique, ex eô, quod *Lev. 26. v. 9.* famis illius diræ Hieroſolymitanæ fiat mentio:
או מה בישין אינון חוביא ומה ס
מרירין אינון חטייא רגרמו לאהבתהון
בירושלם למיכל בשר בניהון ובנתהון:
i. e. *cur tam mali ſunt iſti delinquentes & quid rebellant iſti peccatores, qui occaſionem præbuerunt patribus ſuis in Jeruſalem, ut comederent carnem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum?* Verùm hanc conjecturam non ſtringere neceſſariò, utut probabilis ſit, oſtendit Mayerus *P. II. Phil. S. p. 44.* Antiquius tamen illud Targum Pſeudo-Uzielide omninò exiſtimamus.

Cur denique dicatur ירושלמי ſive *Hieroſolymitanum*, breviter addendum. Mayerus *P. II. p. 59.* exiſtimat ita dici à dialecto Hieroſolymitanâ, quâ conſcriptum eſt, in quo conſentientem habet Eliam *Præf. Meturg.* Cl. Helvicus autem, quod ex Hieroſolymitanâ Academiâ prodierit & in uſum vulgi ſe inſinuaverit, *p. 17.* Nil verò abſurdi committemus,

temus, ſi cum aliis utramque rationem conjungamus.

Stylus eſt μιξοβάρβαρος, nam juxta Eliam *l. c.* abundat pluribus vocabulis Babylonicis, Græcis, Latinis atque Perſicis, quæ omnia magno numero ibi reperiuntur. Ut verò ſtylus conſpurcatur alienis vocibus, ita textus abundat anilibus fabellis, quarum paucas ſubjungemus: *Paraſch. 7.* ויצא narrantur quinque miracula, quæ contigerint Jacobo & Berſaba petenti Haran. *Paraſch. 8.* וישלח *Et ivit ipſi Eſau in occurſum & amplexatus eſt eum & inclinavit ſe in collum ejus* (mordens ſc. Jacobum, ut narratur in Bereſchit Rabba) *& oſculatus eſt eum: flevit autem Eſau, quia hebetes facti erant dentes ejus, & Jacob flevit, propter glabritiem colli ſui.* Paraſch. 49. de *Ogo* narratur, quod occiſus ſit à Moſe propterea, quod Abrahamum occidere voluerit &c. Gen. 28. *Annis 2000. ante mundum conditum creavit DEUS Legem & ordinavit Infernum ac Paradiſum &c.*

Qvæst. XV.

Quis autor Targum quinque libellorum?

Reſp. incertus perinde eſt. Nam Sixtus Senenſis *p. 380.* Poſſevin. *l. 3. p. 269.* & Bel-

Bellarm. *de V. D. l. 2. c. 3.* ejus autorem *R. Joseph cœcum* ſine fundamento aſſerunt. Alii ex quibusdam conjecturis arguunt, hoc cum Targum Pſeudo-Jonathanis eundem agnoſcere autorem: Sed cum illius Pſeudo-Jonathanis verum nomen ignoremus, definiri ne ſic quidem autor poſſet. Conſcriptum autem eſt Targum hoc poſt Talmud, utpote cujus in eo manifeſta extat mentio Cant. I. v. 2. *DEUS dedit nobis* שתא סדרי משנה ותלמודא כגרסא *ſex ordines Miſchnæ & Talmud cum explicatione.* Item Cant. V. v. 10. Synagoga Iſraelis inquit: *Illi DEO cupio miniſtrare, qui interdiu amictus eſt ſtolâ albâ inſtar nivis, ſtudet 24. libris Scripturæ Sacræ & decretis Propheticis atque Hiographis, ſed noctu occupatus eſt* בשיתא סדרי משנה *in ſex ordinibus Talmudicis.* Quæ verba quo conſilio à Bibliis Baſileenſibus Buxtorfii amiſſa ſint, cùm in Venetis utrisque extent, divinare non poſſumus. Sed & Thr. II. 19. Talmudis extat mentio: & Thr. I. 19. *Titi Veſpaſiani.*

Cœterùm Targum hoc & prolixitate paraphraſeos, (ſæpè enim una vox Ebraica viginti, triginta & pluribus Chaldaicis

daicis transfertur) & frequentia fabularum omnia reliqua superat, ita ut potiùs Commentarius Rabbinicus, quàm translatio verbalis sit. In Estheram verò duplex habemus Targum, ex quibus primum in Basileensibus tantùm extat; secundum, quod prius prolixitate adhuc superat, Targum Jonathanis Hanoviæ edito inter alia annexum est. Ut verò & hîc benevolus lector habeat aliquod fabularum specimen, sequentes strictim referemus Cant. II. 6. *Cùm populus Israëlitarum ambularet in deserto, circumdabant eos quatuor nubes gloriæ à quatuor ventis mundi, ne prævaleret iis oculus malus: & una erat super illos, ne posset quicquam in eos æstas vel sol neque pluvia aut grando: alia infra eos* (Israëlitas) *quæ portabat eos, sicut nutritius portat infantem suum in sinu suo: alia præcurrebat eos itinere tridui ad deprimendos montes & elevandas valles, occidebatque serpentes ignotos & scorpios, qui erant in deserto & explorabat iis locum idoneum ad pernoctandum &c.* c. IV. v. 5. *Duo Salvatores tui, qui deliberabunt, Messias filius David & Messias filius Ephraim, similes sunt Mosi &, Aaroni filiis Jocebed &c.*

cap.

c.8.v.2. *Et ibi prandebimus prandium Leviathan & bibemus vinum vetus, quod reconditum est in uvis suis à die, quô creatus est mundus, quæ præparata sunt justis in Paradiso voluptatis sive horto Eden.* v.5. *Et justi quoque, qui mortui sunt, venturi sunt per viam cavernarum sub terrâ & egredientur ex monte olivarum.* v.6. *Inimicitia, quam reservant, nobis est similis prunis ignis gehennæ, quam creavit DEUS die secundo creationis mundi.* Eccl. 2.v.5. *Feci mihi arbores aromatum, quas attulerunt mihi* טלני ומזיקי *Lemures & Dæmones ex India.* c.4.v.13,14. *Abraham erat puer pauperculus & erat in eo Spiritus Prophetiæ à Domino, & agnovit Dominum suum, cùm esset triennis, quare noluit adorare idola, in eo prudentior Nimrodo, qui erat Rex senex, sed stultus: Cùm autem Abraham nollet servire idolis, projecerunt eum in furnum ignis ardentis, ubi accidit ipsi miraculum à Domino mundi, qui liberavit eum inde &c.* c.VII.29. *Abraham justus inventus est fidelis & innocens inter mille reges, qui conveniebant ad ædificandum turrim Babylonicam.* Rut. IV. v.ult. Fabula legi poteſt de morte Iſai. Eſt. I. v.1. *Jussit rex septem magnatibus, ut*

adducerent Vaſti reginam nudam, propterea, quod Iſraëlitidas filias co.g.rat nudas ad ſervitium, ut excuterent l.nam & linum in Sabbato; ideo ſtatutum eſt de eâ, ut adduceretur nuda. Eſt. II. v. 9. *Dederunt Eſteræ ſeptem puellas, quæ miniſtrarent ipſi per ſeptem dies ſeptimanæ.* Iis ſingulis talia nomina Eſter impoſuiſſe fertur, ut adveniente hâc vel illâ puellâ ſcire poſſet, quota eſſet dies ſeptimanæ & quando eſſet Sabbatum c. 2. v. 22. Mordechai 70. calluiſſe dicitur. c. 4. v. 12. Gabriel & Michael introducuntur ut internuntii Mordochæi. c. 4. v. 1. dicitur Eliam retuliſſe Mardochæo omnia acta in cœleſti curia & decretum contra Judæos, cujus tamen ſigillum ex luto tantùm fuerit. c. 5. v. 1. Nimis putida narratur fabula de filia Hamanis quotidiè (ſit honos honeſtis auribus) matulam ſtercore & urinâ conſpurcante. c. 6. v. 1. Narratur de Angelo Michaele, quod per totam noctem inſidens capiti Regis arcuerit ab ipſo ſomnum. c. 7. v. 8. *Ecce Gabriël Angelus impulit Haman impium vidente Rege, ut incurvaret ſe ſuper gradum, in quo Eſter ſedebat, obſtupuit autem Rex & dixit: Ecce reverâ venit Haman,*

man, ut cubet cum Reginâ, me etiam domi manente. Sed tædet plura hujusmodi referre.

QVÆST. XVI.

An Targum à Judæis æquiparetur Textui Sacro?

Resp. Judæi Paraphrasibus Chaldaicis autoritatem sacrosanctam & avthenticam adscribunt, eaque Textui sacro æquiparant. B. Gerhardus *Meth. Stud. Theol. p. 61.* ait, *Judæos ipsis non minus fidei, quàm ipsi Textui passim omnes adhibere.* Summè Rev. & Magnif. D. Calovius *Syst. Theol. T. 1. p. 86.* ea *iis esse avthentica.* D. Waltherus ὁ μακαρίτης *Offic. Bibl. p. 258.* autoritatem eorum esse iis sacrosanctam. Et eos Textui Ebraico illa æquiparare, nec iis ullo modo contradicere, asserunt præter Lyranum & Burgensem Galatinus *de A. V. C. l. 1. c. 3.* P. Fagius *Præf. in Pentat.* Helvicus *de P. C. p. 16.* W. Schickardus *B. H. p. 22.* Dilherrus *Elect. l. 2. c. 6. p. 197.* Waltonus *Proleg. 12. n. 16.* Leusdenius *Phil. mixt. p. 39.* neque difficile esset, propriis Judæorum testimoniis idem evincere. Quid aliud sibi vult magnificus ille titulus Jonathanis ap. Menasse Ben Israël *de Creat. probl. 9.*

p.39. Divinus Jonathan Ben Uziel. Et Aben Esra *in Præf. Rythmica in Pentat.* cùm de Onkeloso dixisset, quod תרגם אמת ובאר לנו כל נעלמת *transtulerit veritatem & explanaverit nobis omnia abscondita*, in genere de omnibus ita pronunciat: *Si invenerimus duos sensus versus cujusdam, & unus sensus conveniat cum Paraphrastis, qui omnes fuerunt viri justi, innitimur eorum veritati sine omni dubio manibus validis.* Neque salvis suis hypothesibus, & nisi Talmudis testimonia in dubium vocare velint, aliter sentire possunt. Talmudistæ enim sentiunt, Targum in specie Jonathanis à Prophetis ipsis profectum esse; cùm conscriberetur, totam Palæstinam terræ motu concussam, divinas voces auditas, aviculas vel muscas prætervolantes vel chartæ insidentes absque scriptoris vel chartæ læsione cœlitùs exustas esse, quin imò Angelos è cœlis auscultandi causa advolasse &c. Imò tantum Paraphrasibus Chaldaicis tribuunt iidem, ut aliquoties dicant: אלמא דתרגומא דהאי קרא לא האי ידענא קאמר: i e. *nisi Targum illius loci esset, nesciremus, quidnam diceret,* sive non intelligeremus illum. Vid.

San-

Sanhedr. f. 42. 2. Moed Katon f. 28. 2. Megilla f. 3. 1.

Obſtare verò huic videtur, quod Rabbini ſæpè deſerant ſenſum Scripturæ Sacræ in Targumim expreſſum, uti ex Serario *de Rabb. l. 1. c. 33.* notat Chartwrightus *Præf. Elect. in Geneſ.* & Gerhard. Helvicus *in Schevile tohu p. 59.* ait, ſe expertum eſſe כיגם ספרדים אין נשענים על אמת תרגום כי המה ראו הבדל בינו ובין המקרא: *quod Hiſpani non innitantur veritati Targumi, cùm videant eſſe diſcrimen inter illud & Scripturam Sacram.* Et certè non deſunt nobis exempla, quibus oſtendamus, Rabbinos quandoque Targumiſtas deſerere. de Jonathane ait Raſchi ad Hoſ. VII. 4. יונתן תרגם מה שתרגם ואיני יכול ליישב בו לשון המקרא: i. e. *Jonathan transfert id, quod transfert,* (i. e. pro lubitu ſuo) *neque poſſum ejus verba accommodare ad verba Scripturæ Sacræ.* De Onkeloſo Maimonides *Mor. Nevoch. P. 1. c. 66. Onkelos hîc à verâ & genuinâ expoſitione recedit.* Poſt pauca: *Quid autem ipſum ad hanc interpretationem permoverit, neſcio. Sanè longè ſatiùs fuiſſet ſi dixiſſet* &c. & Rabbinos lo-

cum Gen XLIX. 10. de Davide, Jerobeamo, &c. Pſ. XLV. de Salomone, Eſ. IX. 6. de Hiskia, Eſ. LIII. de Joſia, populo Judaico &c. paſſim exponere, quæ tamen à Targumiſtis ad Meſſiam ſatis perſpicuè referuntur, ignotum nemini eſſe poteſt.

Sed ut ut Rabbinos Targumiſtis de facto ſc. propriarum aſſertionum oblitos atque ad anguſtias redactos aliquando contradicere non negemus, eosdem tamen illis vi ſuarum hypotheſium de jure contradicere non poſſe omninò exiſtimamus. Lubet hîc audire Cl. Helvicum *de P. C. p. 19.* *Quod ſi igitur in controverſis locis evidentia Targumicæ expoſitionis Judæorum oculos perſtringat, ut tergiverſentur, velut ſolent, & nec currere velint, nec remigare, ut proverbium habet, coërcenda eſt hæc impudentia & nequitia teſtimoniis Talmudicis jam oblatis, & graviter exprobanda hæc petulantia, quod ipſi Talmudo & antiquis ſuorum inſtitutis pervicaciter contradicere malint, quàm veritati locum concedere. Poſtulandum, ut categoricè reſpondeant, num quid falſi in Targum reperiri credant? An non credant cœlitus datum Moſi? An*

non

non credant Jonathanem accepiſſe a Prophetis, Onkelon vero à Senioribus? An veco credant, Talmud, in quô hæc ſcribuntur, & à Rabbinis recentioribus ex eô repetuntur, mentiri? Alterutrum concedant neceſsè eſt. Certus ſum, non habituros, quod reſpondeant. Quô eodem argumento refelli poſſunt Rabbini, qui loca de Meſſia in odium Chriſtianorum contra Targum exponunt vel de Davide vel Salomone, vel Exechia, vel populo Judaico &c. Si enim hæ expoſitiones veræ ſunt & Targumicæ falſæ; Ergo falſum eſt, Magiſtros Ebræorum errare non poſſe. E. falſum eſt, Targumicos eſſe à Prophetis & à Moſe. E. Talmud mentitur. E. fundamentum religionis Judaicæ præcipuum eſt mendaciſſimum & vaniſſimum. Aut ſi non hoc, admittant neceſsè eſt, velint nolint, Chaldaicas expoſitiones. Firmiſſima ergò omninò argumenta contra Judæos, cujuscunque modi ex Chaldaicis Paraphraſibus ſumuntur. Neque etiam ſemper, ubi Rabbini aliam ſeqvuntur expoſitionem, Targumiſtis contradicunt, cùm diverſos nonnunquam Scripturæ Sacræ tribuant ſenſus. Ita de Onkeloſo ait Aben Eſra l. c. ואבם דלק במקומות

 אחרי

אחרי מדרשים ידענו כי יותר ממנו ידע השרשים Et poſt pauca: ובעבור הדרשות הפשט איננה סורח גו i. e. *quod ſi in quibusdam locis ſectetur* (Onkelos) *Medraſchim* (expoſitiones allegoricas) *ſcimus, illum meliùs ſciviſſe origines, quàm nos. Verùm propter explicationem allegoricam non tollitur ſenſus literalis: Septuaginta enim ſunt facies legis* (i. e. modi eam interpretandi) Conf. Cl. Buxtorf. *de Ant. Punct. p. 137.*

Qvæst. XVII.

An Targumim inſignem aliquam utilitatem Chriſtianis polliceantur?

Reſp. Chriſtiani licet intuitu Textûs eriginalis τοῖς Targumim non majorem concedant autoritatem quàm aliis verſionibus, eas tamen magnifaciunt & plerisque V. T. translationibus ob antiquitatem & inſignes uſus præferunt. Conf. è noſtratibus B. D. Gerhardus *Exeg. L. de Scripturâ §. 505.* B. D. Waltherus *Offic. Bibl. p. 260. f.* Magnif. Dn. D. Calovius *Pæd. Theol. p. 97.* Helvicus *de P. C. c. 4. ad c. 10.* Mayerus *Phil. S. P. 1. p. 384. f.* B. D. Müllerus *Judaiſm. p. 28. f.* D. Mich. Havemannus Wegel. *p. 579.* & alii. Ne nihil dicamus, ὡς ἐν τύπῳ

καὶ σωνῶψει ostendemus, esse τῶν Targumim insignem usum

I. Quoad antiquas Ebræorum consvetudines & Historias. E. g. de Ebræorum suppliciis agitur Ruth. I. 19. *Dixit Naemi: sunt nobis quatuor judicia capitalia pro sontibus: Lapidatio, quæ fit saxô, Combustio, quæ igne, Occisio, quæ gladio, Suspensio, quæ ligno.* De anno Judæorum Embolimæo Eccl. II. 7. *Comparavi mihi servos &c. ad sustentandum me & domesticos meos per duodecim menses anni, & unum qui sustentaret me mense intercalari.* Et Est. IX. v. 3. *Ut servent dies sortium in mense Adar posteriori tempore intercalationis.* Sic de more cremandi aromata super busta Regum vid. Targ. 1. Sam. XXXI. 12. de more necandi sontes per testes Gen. IX. 6. Onkel. & Pseudo-Jonath. de Tephillim Pseudo-Jon. Ex. III. 9. & Targ. Est. XII. 16.

II. Quoad Sacri Textûs circumstantias, illustrandas sc. vel uberiùs explicandas. Paucula exempla sufficiant Gen. X. v. 9. Hieros. *Hic* (Nimrod) *fuit potens in venatione nimirum peccato coram Domino: quia fuit venatus filios hominum linguis suis & dixit eis: Disce-*

dite ab institutis DEI & adhærete institutis Nimrodi; Propterea dictum fuit: Sicut Nimrod heros potens in venatione & peccato, coram Jehovah. Gen. XXV. 22. Hierosol. de Rebecca: *Et collisi sunt filii in visceribus ejus & dixit: Si tales sunt dolores partus, cur supersum ut sint mihi filii, & abiit ad impetrandum misericordiam coram Domino* בבית מדרשא דשם רבא: *In scholam Semi, Magistri magni.* Gen. XLII. 23. Hierosol. & Pseudo-Jon. *Et ipsi nesciebant, quod Joseph intelligeret linguam sanctam: Erat enim internuncius interpres inter eos* &c. Gen. XLIX. 3. Pseudo-Jon. *Ruben primogenitus meus es tu, principium laboris in thalamo meo & principium obvenientis ignominiæ meæ. Debebatur tibi Primogenitura & summum Sacerdotium & Regnum, sed quia deliquisti, fili mi, data est primogenitura Joseph & regnum Judæ & sacerdotium Levi.* Plura dabit Helvicus *de P. C. c. 9.*

III. Quoad exprimendas vocum difficilium energias. Unde Lyranus ad c. VIII. Esa. scribit, *quod translatio Chaldaica in passibus obscuris sit declarativa veritatis Ebraicæ.* Sic Gen. XV. 2 Vocem obscuram משק rectè exprimit Onkelos vertens:

tens: בר פרנסא הדין דבביתי *Filius gubernatoris hujus, qui domi meæ.* Ferè ut Theodotion: ὁ υἱὸς ἐπὶ τῆς οἰκίας μȣ. Sic Gen XXXVII. v. 3. כתונת פסים *tunicam particularum.* Hieroſ. & Pſeudo-Jon. rectè exprimunt פרגד מצייר *tunicam acu pictam, Phrygionicâ operâ elaboratam, polymitam.* Nec enim ex variis particulis diverſi coloris conſuta, ſed ex variis filis ſive liciis verſicoloribus contexta fuit. Conf. Fagius *ad h. l.* Sic Gen. XLI. 43. titulum Joſephi צפנת פפנח quem Vulgatus Interpres minùs dextre reddiderat per *Salvatorem mundi*, feliciſſimè exprimit Onkelos דמטמרן גלין ליה *Cui abſcondita manifeſtantur.* Pſeudo-Jonathan: גברא דטמירן מפרש *Vir explicans abſcondita.* Conf. Dubia noſtra *p. 215.* Imò in difficilioribus hujusmodi vocibus nonnunquam B. Lutherum quoque conſuluiſſe Targumim exemplo Pſ. XLVIII. ult. (ubi Targum habet: Ipſe ducet nos ביומי טליותנא *in diebus pueritiæ noſtræ* & B. Lutherus vertit: Er führet uns wie die Jugend/) probat Mayerus *Phil. S. P. I. p. 420.* Et certè in Synedrio iſto Biblico D. Crucigerum cum Textu originali Chaldaicam para-

Paraphrasin contulisse, testatur Matthesius *Conc. de vita Lutheri XIII. p. 154.*

IV. Quoad Textûs originalis vindicias. Os enim iis obdurare possumus, qui ipsum Textum corruptionis insimulant, si iisdem inter alia Paraphraseon Chaldaicarum amicum cum Textu consensum & à LXX. virali, Vulgata vers. ut & & Samaritano Pentateucho dissensum objiciamus: *non ut Targumistæ sint arbitri sed testes*, ut loquitur Helvicus p. 83. Sufficiant sequentia exempla: Gen. III. v. 15. Vulgata vertit: *Ipsa*; Sed Textus habet: הוא, sic & Onkelos. Gen. IV. 8. addit Vulgata: *Exeamus foras.* LXX. & Codex Samaritanus: *Exeamus in agrum:* sed ne γρὺ de eo in Textu, neque Onkeloso. Exod. XII. 40. Samaritanus & LXX. assuunt Textui Ebraico verba: *Et Patrum eorum, quâ habitarunt in terra Canaan;* quæ ignorat Onkelos. Ps. IV. 3. LXX. & Vulgat. *Usque quo graves corde?* cùm tamen in Ebræo sit עדמה כבודי לכלמה: *Quousque gloria mea in ignominiam* sc. vertetur? cui exactè respondet Chaldæus: Propter quid איקרי לאיתכנעותא *Dignitas mea in ignominiam?* Ps. XXXII. 4. LXX. & Vulg.

Vulg. *Conversus sum in ærumnâ meâ, dum configitur spinâ.* Sed Textus Ebræus & cum eô Paraphrastes Chaldæus: *Conversus est succus meus in ardores* (æstus) *æstatis.* Ps. CXXXII. v. antep. Vulg. *Viduam ejus benedicens benedicam;* cùm tamen in Ebræo sit: *Victui ejus benedicam*, vocem צידה Chaldæus reddit זוודי *Cibum.* Plura non addemus: Aliàs vitia ex confusione diversarum literarum in Pentateucho Samaritano prognata & ab Hottingero *Exerc. Anti-Morin. p. 45. ad 53.* producta, ex solo fermè Onkelose corrigere, adeoque ex eo istius codicis authentiam contra Morinum solidè impugnare & expugnare possemus. Lud. Cappello autem *l 5. Crit. c. 2.* ex quibusdam Targumistarum à Textu Ebræo discrepantiis ipsius Textûs variationem inferenti jam dudum satisfecit Buxtorf. *Anti-Crit. P. 2. c. 10.*

V. Quoad Judaicas controversias. Ex Targumim quippe ut concesso principio solidissimè Judæi constringi & convinci possunt. Primò enim in illis locis, quæ de promisso Messia agunt & à Judæis in alienum sensum detorquentur, nomen Messiæ διαῤῥήδην exprimere solent,

lent, qualia loca enumerat Helvicus *de P.C. p.59.* sed multò locupletiùs post eum Buxtorfius *Lex. Talm. p. 1268. f.* Pauca delibabimus Gen. XLIX. v. 10. *Usque dum veniat* (omnes Targumistæ) מלכא משיחא *Rex Messias* Es. IX. 6. משיחא רשלמא *Messias pacificus.* Es. XV. 2. Prò רצא יפע Targum: *Ex filiis filiorum egredietur Messias.* Es. XLII. v. 1. *Targum : Ecce servus meus Messias.* c. XLIII. v. 10. Targum: *Servus meus Messias, in quo acquiesco.* Es. LII. *Prosperabitur* (Targum) *servus meus Messias:* Jer. LIII. v. 5. *Suscitabo Davidi* (Targum) *Messiam justum.* Zach. IV. 7. Targum: *Et revelabit Messiam, cujus nomen ab æternô dictum est.* Ps. XXI. 2. *Domine in robore tuo lætabitur* (Targum) *Rex Messias* Ps. XLV. v. 3. Targ. *Pulchritudo tua, ô Rex Messias, major est præ filiis hominum.* Ps. LXXII. v. 1. Targ. *Sententias juris tui Regi Messiæ dato.* Deinde non pauca extant loca in Targumim, quæ maxima fidei nostræ mysteria contra Judæos asserere possunt, quorum nudâ recensione contenti erimus. Gen. I. 2. Hieros. & Jonath. *Et Spiritus misericordiarum à facie Domini &c.*

Gen.

Gen. III, 22. *Et dixit verbum Jehovæ: Ecce Adam, quem creavi, יחיד unigenitus est in mundo, ſicut ego unigenitus ſum in cælis excelſis* Hoſ. I. 7. *Et ſalvabo illos in verbo Jehovæ DEI ipſorum.* Eſ. XLV. 17. *Iſrael ſalvatus eſt in Jehova ſalvatione ſempiterna.* Gen. XLIX. 18. Jon: *Dixit pater noſter Jacob: Non expecto ſalutare Gedeonis filii Joas, quæ eſt ſalus temporalis, neque ſalutare Simſonis filii Manoa, quæ eſt ſalus tranſitoria, ſed expecto ſalutem Meſſiæ filii David, qui venturus, ut aggreget ſibi filios Iſrael: Hujus redemptionem expectat anima mea.* Devt. IV. v. 7. Jon. *Etenim quis populus iſte eſt magnus, cui propinqvus eſt DEUS in nomine verbi Domini?* &c. *Sed verbum Domini ſedet ſuper thronum ſuum exſpectans & ſuſtinens & audiens preces omni tempore, quo nos oramus coram eô & facit, quod petimus.* Eſ. XII. 3. *Et accipietis doctrinam novam cum lætitia ab Electis juſtorum.* Eſ. IX. v. 6. 7. *Dixit Propheta Domini David: quia infans natus eſt nobis, filius datus eſt nobis & recipiet ſuper ſe legem ad ſervandam eam & vocabitur nomen ejus ab antè, mirabilis conſilio, DEUS fortis permanens in ſecula Meſſias, cujus pax mul-

multiplicabitur super nos in diebus ejus. Quod verò Galatinus *lib. 2. c. 1.* ait, se in Targum Jonathæ legisse *ad Ef. VI. v. 3.* קריש אבא קריש ברא קריש רוחא קרישא: *Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spir. S.* de eô hodiè nihil comparet. Hinc oritur quibusdam suspicio, quasi malitiosè Judæi quædam loca Targumica interpolassent & mutassent. Verùm licet concedamus injuriâ temporum multa in Targumim correpta esse, Judæi tamen datâ operâ in iis nihil mutasse videntur: sustulissent aliàs multa loca, quæ glossis eorum è diametro hodieqve contrariantur, ut rectè colligit B. Glassius *Phil. S. lib. 1. p. 16.* Novimus autem Galatinum multa incerta sæpiusculè etiam falsa bonâ quidem intentione, sed imprudentiori consilio & infeliciori eventu passim inculcare.

Qvæst. XVIII.

An Phrasis מֵימְרָא דַיְיָ *in Targum denotet divinum aliquod* ὑφιςάμενον *à persona Patris distinctum?*

Resp. Non prætereunda est usitatissima phrasis Targumica מימרא דיי *verbum Jehovæ*, per quod ab iis intelligi divinum ὑφιςάμενον à personâ Patris distinctum cen-

censent Theologi celeb. Helvicus *c.5. p.26.s.* B. Waltherus *Offic. Bibl. p. 261.* Dn. D. Müllerus *Judais. p. 29.* Havemannus *Proleg. Theognos. antiquiss. §.9.* & alii: Conf. etiam Galatinus *de A. C. V. l. 3. c. 3.* Hottingerus *de creat. qv. 37.* Br. Walton. *Proleg. 12. n. 18.* Neque nobis improbabile sit, quin phrasis illa quandoque ita veniat exponenda vel Messias ob rationem à priscis Judæis meliùs intentam, quàm ab hodiernis verpulis acceptam ita indigitatus sit. Negat autem hoc Vir Cl. Theod. Hackspanius *ad Lipman. p. 365. ad 430* cujus rationibus cùm satisfecerit Havemannus *in Theognos. l. c* nolumus hîc actum agere. Novam autem instantiam proponit Francisc. Taylerus *Proœm. ad Targ. Hieros. Constat*, inquit, *apud eum* (Targumistam) *verbum hoc personale non fuisse Messiam, à quô perspicuè distingvitur. Sic enim scriptum Exod. XII. 42. Jon. In fine mundi Moses è medio deserti exibit, & Rex Messias è medio Romæ alter in nubis unius, alter in alterius culmine equitabit & verbum Domini inter utrumque.* Sed respondet sibi ipsi: *Nisi forsan, cum Judæi duplicem agnoscant Messiam humilem alterum, alterum subli-*

 men

men ac ſplendidum. Meſſiæ nomine in hoc loco humilem illum, verbi autem DEI ſublimen ac ſplendidum illum intelligant. Quod ideò vero ſimilius videri poſſit, quia hâc ratione Moſes cum duobus illis, quorum utrumque Meſſiæ titulo inſigniunt in triumpho ſimul victi exhibentur. Negari ſanè nequit 1. vocem מימרא quandoque perſonaliter ſeu reciprocè capi ſive de DEO ſive de homine enuncietur (qua de re adeundus Lightfootus in Joh. I. 1. p. 960.) 2. accipi etiam de verdo προφορικῷ; attamen iſtæ acceptiones non exhaurire videntur vocem. Unum ſaltem vel alterum locum hâc vice producamus, ubi dicta Phraſis occurrit & de verbo προφορικῷ non facilè exponi poteſt neque etiam reciprocam ſignificationem admittere videtur Gen. X. a4. Hieroſ. Et *verbum Domini erat demittens ſuper illos ſulphur & ignem à Jehova iu cœlo.* Deut. XXXIII. 7. *Et dixit: Audi, ô verbum Domini, vocem precationis Judæ!* & v. 2. *Omne quod dixit verbum Domini, faciemus & accipiemus.* Gen. XX. 21. *Et erit verbum Domini mihi in DEUM.* Eſ. XLVIII. 16. *Et nunc miſit me Jehova & verbum ejus.* Num. XXIII. 2., *Verbum*

Jeho-

Jehovæ DEI ipſorum eſt in auxilio eorum & jubilum Meſſiæ Regis exultat inter eos. Omni verò exceptione major eſſet locus, quem Galatinus *l.3. c.5.* ex Targum Jonathæ *in Pſ. CX.* citat אמר יי למימריה תב לימיני: *Dixit Dominus verbo ſuo, ſede ad dextram meam*, niſi admodum incertum eſſet, num unquam ſcripſerit Jonathan in Pſalmos, incertiſſimum verò omnium, num tale quid unquam viderit Galatinus & non potiùs id in gratiam Chriſtianorum excogitârit. Plura vide apud Helvicum *p. 26. ſeqv.* & Joh. Stephanum Rittangelium *Notis ad Sepher Jezira p.84. & ſeqq.* qui *ibid.96.* ſe Targumicis hujusmodi argumentis etiam Socinianum quendam ad ſilentium adegiſſe refert, adeò ut ſibi his verbis palmam conceſſerit: *Niſi verba hæc alium admiſerint ſenſum, actum eſt de nobis, veſtræ enim fidei firmiſſima progugnacula inde ſuppeditari videntur.* Verùm an in præſenti relatione fidei litârit Rittangelius, judicent cordatiores.

Caput IX.

De
PENTATEUCHO SAMARITANO ET VERSIONE SAMARITANA.

SECTIO I.
APHORISTICA.

§. 1.

PEntateuchi extat & *Textus* Ebraicus literis Samaritanis in usum olim, ut creditur, Samaritanorum exscriptus; & *versio* dialectô Samaritanâ conscripta.

§. 2.

Peutateuchus ille *Samaritanus* quamplurimis in locis corruptus est, & à Textu Ebraico discrepat, unde vel nullus vel exiguus ejus usus esse potest.

§. 3.

Versionis Samaritanæ Dialectus Chaldaica est, licet quædam habeat peculiaria.

§. 4.

Ea 1. voces אֱלֹהִים & יהוה per מַלְאָךְ vertit. 2. Recepta Codicis Ebræi puncta non semper sequitur. 3. Sæpiùs LXX. Interpretum vestigia premit.

§. 5.

§. 5.

Præterea ap. autores mentio est versionis *Græco-Samaritanæ* (de quâ conf. Hotting. *Exerc. Anti-Morin. p. 28. seqq.*) *& Arabico-Samaritanæ*, quæ tamen rariores sunt. Verùm de Samaritanis, Pentateucho Samaritano & versionibus Samaritanis plura dabunt: Simeon de Muis *Censura in Exercit. Morini*, Franc. Taylerus & Arn. Bootius Anglus *contra eundem Morinum*, Hotting. *Exercit. Anti-Morin. & in Thesaur. Philol. p. 147. s. & dissert. de Heptapl. Parisiens.* Joh. Morinus Blesensis *Exercitat. & opusculis Samaritanis*, Buxtorf. *in AntiCrit. P. II. c. 7.* Lightfootus *Hor. Hebr. in Joh. p. 935. edit. Carpzov.* Brian. Waltonus *in Bibl. Angl. Prol. 2. & diss. de Lingg. Oriental. §. 15. s.* D. Kortholt *de variis Scripturæ Sacræ editionibus c. 15. p. 253. s.* Joh. Leusden. *Phil. Ebræo-Mixt. Diss. 8.* Henr. Kippingius *Exerc. de Scripturâ Sacrâ pag. 37.* aliique. Cœterùm Notas doctissimas ad versionem Samaritanam edidit Edmundus Castellus Anglus.

SECTIO II.

PROBLEMATICA.

QUÆST. I.

An Codex Samaritanus Pentateucho anteferendus sit Ebræo?

Negatur. Nam I. Judæis credita τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, non Samaritanis, quos Judæi potiùs pro falſariis habent (Conf. Hotting. *Exerc. Anti-Morin. p.39.*) Judæi verò iſtius criminis à nemine adhuc convicti ſunt. Neque enim ſuſpicione iſtâ, quam Vir quidam Clariſſ. & nobis æſtimatiſſimus *in Sota p. 68 ſ.* de loco Zach. XII. 10. affert, gravandi videntur, cùm Talmudiſtæ locum ad ſenſum adduxerint, lectioni textuali inde non derogantes. Neque videmus, ſi ſemel illud crimen iis intentemus, quomodo excuſari in aliis queant. Semel enim mendax malusve ſemper talis præſumitur. Textus Samaritanus eſt transſcriptus ex Ebræo, non hic ex illo. E. in illum priùs, quàm in hunc redundat corruptio, quod & inde evidens eſt, quòd exſcriptor Samaritanus ſæpè literas ſimiles confunderit v. g. ח & ה v. g. Gen. VII. v. 19. pro הַגְּבֹהִים exſcripſit ille הגבחים.

Sic

ſic Exod. X:13. pro נָהַג *duxit*, exſcripſit nullô ſenſu נהג. Samaritanus immiscuit pravas hypotheſes gentis ſuæ, ut quod Deut. XXVII. v. 4. pro *Ebal* vertit *Garizim.* 4. Samaritanus exſcriptor multa tranſtulit contra mentem Moſis, præterea, convincente Hottingero, 5. admiſit ſolœciſmos, 6. addidit ſupervacanea, 7. omiſit neceſſaria, quò 8. accedit communis conſenſus Judæorum & Chriſtianorum. Ex auctorârunt eum jam dudum Simeon de Muis, Franc. Taylerus, Arnoldus Bootius & Hottingerus.

Antitheſis eſt Joh. Morini Bleſenſis *Exerc. de Pentateucho Samaritano* & Lud. Cappelli *in Crit. S. l. 3. c. 20.* qui imprimis ſed fruſtrà urgent Loca, in quibus Textus Samaritanus Ebræô luculentior videtur v. g. quod Gen. IV. 8. addit נלכה השדה *exeamus in agrum.* Conf. cumprimis Hotting. Exerc. Anti-Morin.

QUÆST. II.

Qualis ſit dialectus verſionis Samaritanæ?

Non eſt Ebræa, ut fortè quibusdam viſum eſt, (nam diſtingv. inter Textum

Samaritanum, & versionem Samaritanam) sed Chaldæa proximè tamen ad Ebraismum accedens. Nam in formatione nominum & verborum modò Ebraicæ, modò Chaldaicæ Lingvæ sese conformat. Voces quamplurimas habet sibi planè proprias, quâ de re conferantur Morinus *in Opusculis Samarit.* Walton. *in Bibl. polygl. prol.* 2. *n.* 20. *&* *Dissert. de Lingg. Orient. p.* 44. *s.* Joh Leusden. *Dissert. de literis & Ling. Samarit.* *subjuncta Scholæ Syriacæ* & addantur ea, quæ nos in digressione *capp. seqq.* monemus.

CAPUT X.

De

CÆTERIS SCRIPTURÆ VERSIONIBUS ORIENTALIBUS.

SECTIO I. APHORISTICA.

§. 1.

VErsiones Orientales in V. & N. T. promiscuè factæ sunt *Syriaca*, *Arabica*, *Persica*, *Æthiopica*, *Coptica*, *Armenica*, &c.

§. 2.

§. 2.

Syriacè translata est tota Scriptura Sacra, & V. quidem Testamenti versio Syra duplex esse dicitur, una ex Græco, altera ex Ebræo. Hâc tamen Maronitæ solâ utuntur, cui & ultimam adscribunt antiquitatem. Extat in opere Biblico Parisiensi & Anglicano. Psalterium seorsim editum est à Gabr. Sionita & cum versione ab Erpenio. Conf. de illa versione Gabr. Sionita *Præf. in Psalt. Syr.* Rivetus *Isag. c. 13.* Hotting. *Thes. Phil. p. 265.* Arn. Bootius *Indice Animadv. V. T.* Walton. *Proleg. op. Angl. & Diss. de Lingg. Orient. p. 364. s.* & alii.

§. 3.

Versio *Syriaca N. T.* si non ab Apostolo quodam, certè ab Apostolico quodam Viro perfecta, Textum Græcum in plurimis locis optimè declarat, & in pretio est apud quosvis, qui Christianum nomen ambiunt. Primus auspiciis Imperatoris Ferdinandi I. ad petitum Mosis Meridinæi sive Mardeni edidit illud Albert. Widmenstadius, JCtus & Cancellarius, sine versione, quam deinde addiderunt Gvido Fabrit. Boderianus (in opere Hispanico) post Tremellius &

Trostius. Extat & recens editio B. Ægidii Guttbier / ubi quæ in prioribus deerant, ex Pocokii atque Dieu laboribus sunt addita. Conf. de eâ ulterius Laurent. Fabricius *Præf. in Gymnas. Crinesii*, Wolfg. Franzius *de Interpr. Scripturæ Sacræ p. 38. 46.* Jacob. Martini *præf. in N. T. Syr. Trostii*, B. Waltherus *Offic. Bibl. Repos. 1. Arc. 3. p. 287.* Rivetus *l. c.* Joh. Baumbachius *Tract. de Antiqv. Ling. O O. l. c.* Waltonus *in Proleg. & Dissert. de Lingv. OO. l. c.* Leusdenius *præfat. Scholæ Syriacæ & Phil. Ebræomixto p. 69. s. & Phil. Græc. diss. 7. p. 50. s.* D. Guttbier *Præf. in N. T. Syr.* Henr. Kippingus *Exercit. de Scripturâ Sacrâ p. 36.* & alii.

§. 4.

Arabicè V. T. transtulit R. Saadias, quædam tamen ejus à Christiano quodam versa sunt, quæ habentur in opere Parisiensi & Anglicano. Psalterium à Victorio Scialac & Gabr. Sionita: Nov. T. (de quô conf. Leusdenius *Phil. Græc. Diss. 9. p. 67.*) ab Erpenio seorsim editum est. De hujus usu testantur Wolf. Franzius *de Interpr. Scripturæ Sacræ p. 39.* D. Paul. Tarnov. *Annot. ad Johann.* & Hotting. *in Anal. Diss. 6, p. 265. s.*

§. 5.

§. 5.

Præterea mentionem faciunt autores translationis *Arabicæ* factæ ab Ibn Sina ex LXX, & Pentateuchum Judæorum Mauritanorum edidit Erpenius & commendavit Hottingerus. Conf. Hotting. *de Heptapl. Parisiens. & Thesaur. Phil. l.1.c.3. sect. 2.* & Brian. Walton. *Proleg. 14. & dissert. de Ling. OO.* §. *47. s.* D. Kortholt. *l. c. c.16. p. 258. s.*

§. 6.

Quæ *Persicè* translata sunt, sc. *Pentateuchus* à Jacobo Tawusio editus, literis Ebraicis Constantinopoli unà cum Textu Ebræo, Vers. Arabica Saadiæ nec non Chald. Onkelosi A. 1551. *Psalterium* v. & *quatvor Evangelia* literis genuinis seorsim edita atque à Thomâ Gravio & Abrah. Wheloco Notis illustrata sunt, exhibentur in opere Anglico Conf. idem Walton. *Prol. 16. & dissert.* §. *53.* D. Kortholt *l. 6. c. 18. p. 264.*

§. 7.

Habessini sive *Æthiopes* verterunt totam Scripturam in lingvam suam, sed in opere Anglicano extant tantummodò *Psalterium* & *Cantic. Cantic.* nec non *N. T.* Æthiopicè, quorum illud à Joh.

Potke.

Potkenio, hoc autem à Petro Æthiope anteà editum est. Conf. Walton *Proleg. 15. in Bibl. Angl.* Kortholt *l.c. c. 17. p. 261.*

§. 8.

Coptitæ libros Sacros omnes in suum idioma transtulere, quorum recensum dedit Athan. Kirch. *Prodr. Copto p. 187. s.* sed cuncta latent in Bibliotheca Vaticana. Conf. Kortholt *l. c. c. 20. p. 268.*

§. 9.

Armeni Scripturam totam translatam habent, uti illi perhibent, à Joh. Chrysostomo factam. *Psalterium* editum est Romæ in f. 8vâ. Conf. Athan. Kirch. *in Prodr. Copt. c. 5. p. 129.* & Brian. Walton. *diss. cit. p. 156. seq.* Kortholt *l. c. c. 19. p. 266.* Nunc verò Versio Armenica tota Ambstelodami A. 1666. nitidissimis typis excusa non indigna diligentiori scrutinio videtur.

§. 10.

De cœteris parùm constat. De Joh. Ungnadio refert Thuanus *l. 36.* quod versionem *Turcicam* Scripturæ Sacræ curarit, & Judæi Taurici Pentateuchum Turcicè legere dicuntur. Megiserus Grammaticæ suæ subjunxit inter alia Psalmum LI. Turcicè. *Ibericam* versionem vidisse videtur Salomon Schweigerus,

rus, ut patet ex Itinerario ejus Orientali *p. 85.* *Chinenses* autem in suâ lingvâ ob præposterum processum Jesuitarum in convertendis gentilibus (cum à Mathesi incipiant & in Nugis desinant) Scripturam vix legerunt. Conf. Ath. Kircherus *in China Illustr. P. II. cap. ult. §. 9.* Denique de Versione N. T. Hebraica primùm ab Huttero & deinde Gvilielmo Robertsono Scoto-Britanno adornatâ ejusque usu legendus est Clar. Leusdenius *Phil. Græco Dissert. 7 p. 53. seqq.* Epistola ad Ebræos à Münstero Ebraicè edita à Judæo quopiam ob crebros Rabbinismos facta videtur, quâ tersior est versio illa, quam nuper Friedr. Albertus Christiani Proselytus noster Lipsiæ vulgavit.

SECT. II.

PROBLEMATICA.

QVÆST I.

An Dialectus illa, in quam N. T. translatio facta fuit, Salvatori nostro fuerit vernacula?

Negatur 1. quia Dialectus ista est Maronitica, quæ Hierosolymis & in vicinis locis nunquam fuit vernacula. 2. quia voces, quibus Christus & Apostoli usi sunt, cum Dialecto Syriacâ Maroniticâ

non

non planè congruunt. 3. quia Targum & Talmud Hierosol. conscripta sunt Dialectô Hierosolymis usitatâ. Atqui hæc erat Christo vernacula. 4. Dialectus, quâ Christus & Apostoli usi sunt, Dages forte habuit; sed illo caret Dialectus Maronitica. Verùm actum hâc de re suprà est *c. 3.*

QVÆST. II.

An operæ pretium sit ob peregrinas versiones & ad declarationem sensus Scripturæ Sacræ lingvas Orientales addiscere & excolere?

Resp. Quid de totâ hâc Quæstione habendum sit, aliquantò fusiùs factâ digressiunculâ ad quorundam instantiam exponere visum est.

DIGRESSIO.

De

NATURA, USU ET SUBSIDIIS LINGVARUM, QVAS VOCANT, ORIENTALIUM S. ASIATICARUM NEC NON AFRICANARUM.

§. 1. *DE LINGVA EBRAICA.*

De Lingvæ *Ebraicæ* ortu, naturâ atque

que usu actum est suprà *c.3.* in quæstionibus. Subsidia Grammatica suppeditat Methodus nostra Ebræa. Præcipuè verò Ebraizantibus eò est enitendum, ut rectè capiant 1. Regulas generales, 2. Verba imperfecta 3. Affixa pronomina. In cœteris nil ferè est difficultatis. De Lexicographiâ dictum est itidem suprà *c.5. qv.3.* Undè hic actum non agemus.

§.2. *DE LING. CHALDAICA.*

Lingvæ *Chaldaicæ* præsertim purioris sive Dialecti Babylonicæ


I. Usus est insignis (α.) *In explicatione Textûs Originalis* Danielis (cujus lectionem attentam Salvator ipse requirit) & Esdræ. Vid. suprà *c.3. sect. 1. §. 2. f.* (β.) *In collatione Paraphraseon Chaldaicarum*, de quibus conf. c.8. (γ.) *In restitutione Radicum Ebraicarum* deperditarum c.3. qv.3. (δ.) *In Scriptis Talmudico-Rabbinicis*, quâ de re infrà c. 15. ex instituto agemus. Accedit non contemnenda utilitas dialecti Hierosolymitanæ (ε.) *In declaratione Vocum in N. T.* è lingvâ Salvatori & Apostolis vernaculâ petitarum. (ζ.) *In illustratione Phrasium*

qua-

quarundam N.T. idioticarum sive ex lingvâ vernaculâ formatarum.

II. NATURA ejus ad genium Ebraicæ proximè accedit & cum eá facilè conciliari poteſt, quantum (1) *ad Orthographiam.* Nam Chaldaica, quæ hodiè proſtant, Ebraico charactere ſunt expreſſa: pauca ſolent conſcribi charactere Eſtrangelo, quem vide in ſchemate lit. A. Vocales illi peculiares nullæ deſtinatæ ſunt. (2) *quod ad Analogiam* tùm (α. *ratione Literarum,* nam (א. literas *radicales* in plerisque vocibus habet easdem vel etiam facilè conciliabiles per levem μεταβολὴν, μετάθεσιν, ἀφαίρεσιν, πρόθεσιν. Sic e.g. ubi Ebraiſmus adhibet literas *molles,* Chaldaiſmus amat *duras* ut: Ebr. בַּרְזֶל Ch. פַּרְזֶל, נְשַׁב Ch. נְשַׁף, גָּפְרִית Ch. כִּפְרִית, דִּבְרָה Ch. טִבְרָה, &c. ubi ille *ſibilantes* uſurpat, hic *lingvales* ד, ט, ת, ut: זָהָב Ch. דְּהַב, קַיִץ Ch. קַיִט, שָׁלוֹשׁ Ch. תְּלָת &c. ferè uti Saxones pro Miſnicis vocibus das / was / Waſſer / dicere amant dat / wat / Water. Conf. Buxtorfii obſervationes de vocum Chaldaicarum ex Ebræâ lingvâ derivatione præmiſſæ Lexico Talmud. Rabbinico. (ב. Literæ *ſerviles* itidem vel *communes*

ſunt



I. Character Syrus Manuſcriptus
II. Character Nestorianus
III. Character Estrangelus Simplex. IV. Duplex
V. Poteſtas.

ſunt, uti Heemanticæ nominum præformativæ אית״ן in verbo &c. Vel *facilè reducibiles:* Ita pro ſervili ה Ebræorum Chaldaiſmus adhibet א, ut pro ה Emph. א Emphaticum (ſed finale) pro ה Charact. tertiæ Conjug. itid. א, &c. Pro ſervili Ebr. ם hic eſt ן, e. g. pro terminatione plurali ים. eſt ין., pro affixo הֶם, כֶם, hic eſt כון & הון; pro terminatione verbali תֶּם hîc eſt תון. Tum (2. *ratione vocalium*, quarum mutatio hîc fermè eadem quæ in Ebraiſmo. Una modò vel altera generalis diſcrepantia notanda venit, ut quod (א) Chaldæi Ebraicum Kamez purum raro retinent, ſed id in penultimâ in Scheva, in ultima (præterquam ante א & ה) in Patach mutare ſolent *E.* g. בָּשָׂר Ch. בְּשַׂר. (ב) quod pro Ebræo Cholem perquam familiariter adhibent Kamez E. g. עוֹלָם Ch. עָלַם פֹּקֵר Ch. פָּקַר.

III. SUBSIDIORUM hîc ſatis eſt. Grammaticæ Scriptores ſunt Seb. Münſterus Tremellius, Buxtorfius P. Petrus Martinus, Sacrarus, A. Mylius, Bertramus, Amira, Joh. Caſp. Mirycæus, L. de Dieu, Andr. Sennertus, è quibus tamen ſufficere poſſunt Buxtorfius, Sennertus


& L. de Dieu *in Gramm. lingv. Orient.* quibus accedant è Lexicis Chaldæo-Syrum Buxtorfii F. & Targumicum Buxtorfii P.

§. 3. *LINGVA SYRIACA.*

Lingvæ *Syriacæ* Maroniticæ

I. Usus eſt egregius (*α. In explicatione vocum Aramæarum N. T.* quæ licet è dialecto Maroniticâ ſive Antiochenâ formaliter non ſint deſumtæ, ex eâ tamen illuſtrari mirificè queunt. Conf. Dubia noſtra P. 2. (*β In eruenda ſignificatione radicum* in Ebraiſmo deſvetarum. Conf. ſuprà c. 3. ſect. 2. qv. 3. (*γ. In collatione verſionis tùm V. T.* cujus uſum in animad. ſuis oſtendit Arn. Bootius: *tùm N. T.* cujus magna eſt apud Chriſtianos autoritas, adeò ut eam plerique vel Apoſtolo vel Apoſtolico cuidam viro tribuant, unde paſſim in locis obſcurioribus commendatur. Conf. Lud. de Dieu *in Animadv. N. T.* (*δ. In hiſtoriâ eccleſiaſticâ* & pernoſcendô ſtatu eccleſiarum Orientalium, earum cumprimis, quæ in Sacris lingvâ Syriacâ utplurimùm utuntur, ut ut vulgaris vel Turcica, vel Arabica, vel alia ſit: quales ſunt per totam Syriam hodieque diſperſi cœ-

tus


ALPHABET SYRIACUM
I. II. V. IV. III. VI.
Olaph
Beth
Gomal
Dolath
He
Waw
Sai
Chet
Teth
Jud
Coph
Lomad
Mim
Nun
Semchat
Ae
Pe
Zode
Kuph
Risch
Schin
Tau
I Nomen
II. Figura literæ absoluta
III. Initialis cum linea ligante. Illigabiles cum sequente sunt: ligabiles verò cætera.
IV Mediana cum Ligamento
V Finalis
VI. Potestas.
NOTÆ ORTHOGRAPHICÆ
Linea superna nota numeri et comp
Linea inferna otij seu quietis nota
Punctum Rüchoch seu Raphe
Punctum Rüschoi seu Dages
Puncta Ribbui nota pluralis
VOCALES SYRORUM
Ptocho A
Kevozo E
Chevozo I
Dsekopho O
Ezozo U

tus *Nestoriani*, quorum Patriarcha dicitur Jachilich (teste Paulo Veneto *l. 1. c. 15.* Rauwolf. *l. 3. c. 15.*) i. e. *Catholicus*, ut probat Hottingerus *Topogr. Eccles. p. 120.* SYRI vel *Suriani* ἐξοχικῶς dicti, alias *Melcitæ* sive Regii, quod religionem Regiam sive Imperatoris Marciani cum Synodo Chalcedonensi reciperent; Conf. Ed. Brerewoodus *de varietate lingg. & religionum c. 16. p. 219.* JACOBITÆ, qui Nestorianis contrarii Eutychiani & Monotheletæ sunt, dicti à Jacob. Baradæo; horum asseclæ sunt *Maronitæ*, qui tamen occasione belli sacri & certis conditionibus ecclesiæ Romanæ accesserunt. De horum omnium Sacris conf. Morinus *comm. de Sacris Ecclesiæ ordinationibus* & Hottingerus *Topogr. Ecclesiasticâ.*

II. NATURA ad Chaldaismum proximè accedit, à quo tamen Syriasmus differt (*a. Literaturâ*, uti patet ex Schemate B. in quo prima series exhibet literas *Syriacas* præcisè & absolutè spectatas, sequentes tres easdem prout cum aliis ab initio, in medio & fine colligantur: subjiciuntur vocalium figuræ tùm è græcis oriundæ, tùm ad analogiam

punctorum Ebraicorum excogitatæ, eæque promiſcuè adhibendæ & pro lubitu ferè ſupra vel infra literam ponendæ, niſi quod *Ptocho* exprimitur per duo puncta, quorum unum ſupra alterum infra literam collocatur. Scheva expresſum Syris nullum neque ſimplex neque compoſitum, ita nullum quoque Patach genubha. De notis orthographicis lineaſc. occultante, Ruchoch & Kuſchoi (i. e. Raphe & Dagesleni) punctis diacriticis & interpunctionibus conf. Dieu *l. 1. c. 6. ſ.* Sennertus *p. 9. ſ.* (β. *Analogiâ*, quæ quoad *literas* cum Chaldaiſmo ut cunque eadem (ſi modò abſentiam præformativæ Jod in Futuro & alia quædam excipias) quoad *vocales* nonnihil diſcrepat, conciliari autem facilè poteſt, ſi obſerves (א) pro Chaldaico Kamez in Syriaſmo eſſe Dſekopho ſive O. e. g. Ch. טָבָא Syr. tóbho. (ב) pro Cholem adhiberi וַ *aw* vel וּ *u* e. g. Ch. אוֹלֵד Syr. אֲוּלֵד *auled*, Ch. אוֹרְחָא Syr. אוּרְחָא *urcho* &c. (ג) pro Chaldæo Chirec hîc eſſe ferè Revozo ſ. E. ut: Ch. פִּקְּדַת Syr. פֶּקְדַת. Differunt proinde Chaldaiſmus & Syriaſmus hoc in paſſu uti dialecti Germanicæ, quæ diversè effe-

runt

runt ja, jo: gethan / gethon: och / auch &c. (ו.) Operosiorem hîc in Syriaſmo eſſe applicationem affixorum verbalium, quam expeditam dedimus in Synopſi noſtra Aramæa. Conf. Lud. de Dieu *l.3. c.15. p.358-387. & c.16. p.387. ſ.* (ה) Non pauca hîc dari verba prorſus anomala, uſu addiſcenda, quæ videri poſſunt ap. L. de Dieu *c.13. p.342-358.* unde potiſſima decerpſit Dilherrus *Rud. p.155. ſ.* & omnes eorum formas eô, quo occurrunt, modô, peculiari indice Lexico ſubjunctô exhibuit Troſtius non invidendô incipientibus compendiô.

III. SUBSIDIA in Syriaſmo habemus luculenta (*α. Grammaticam* edidere *Chriſtoph Crineſius, Andr. Maſius, Gvid. Fabr. Boderianus, Th. Erpenius, Caſp. Waſerus, Joh. Caſpar Mirycæus, Joh. Mich. Dilherrus, Joh. Leusdenius* & Maronita ipſe *Georg. Amira.* In Harmonia cum Chaldaiſmô *Mercerus, Tremellius, Buxtorfius, Sennertus*; cum Chaldaiſmo & Ebraiſmo ſimul *Bon. Corn. Bertramus, Lud. de Dieu*; cum hiſce & Arabiſmo ſimul *Hottingerus*; cum præcedentibus & Æthiopicâ lingvâ ſimul *Ang. Caninius* & *Joh. Ern. Gerhardus* & cum iſtis omnibus

& Samaritanismo simul *Edm. Castelius.* *Conf. Introd. nostra in Orient. Diss.* 2. *qv.* 6. Delectum adhibiturus, *Amira*, *L. de Dieu* (qui *in Gramm. lingv. Orient.* hic præcipuus est,) *Seunerto* & *Dilherro* contentus esse poterit. Paratam & nos ad prelum habemus *Synopsin Aramæam* sive *Chaldaismum*, *Syriasmum* & *Samaritanismum in Harmonia*, quæ forte hic instar omnium esse poterit. (?. *Lexica* ediderunt *Gvid. Fabr. Boderianus*, *Joh. Bapt. Ferrarius*, *Christ. Crinesius*, *Mart. Trostius* (qui omnia ferè exempla adduxit & quasi concordantias N.T. Syr. concinnavit, nisi quod in particulis deficit) & addi possunt Lexica Harmonica *Chaldæo Syrum* Buxtorfii, *Pentaglotton* Schindleri, *Hexaglotton* Castelli. Tyronibus sufficere potest Lexicon *B. Ægid. Gutbierii*, Præceptoris quondam nostri in his literis cum honore post fata nominandi, vel tertia pars clavis Poëseos Sacræ *Hier. Aviani.* Locupletissimum verò est Lexicon *Castelli*, Viri verè πολυγλώττου, qui maximô harum literarum commodô sed dolendô fatô oculos prodegit.

§. 4.


§. 4. *LINGVA SAMARITANA.*

Ejus I. Usus est nonnullus (α. *In examine accuratiori Pentateuchi Samaritani*, quem nonnulli Ebraico præferre non verentur. (β. *In collatione versionis Chaldæo-Samaritanæ*, quæ suis non caret doctibus, qua de re conf. Hotting. *Diss. de Heptaplis Paris.* (γ. *In restitutione deperditarum radicum* Ebraicarum, uti vidimus suprà c. 3. qv. 3.

II. Natura ut rectè æstimetur, sciendum (α. Textum Samaritanum esse idiomate Ebræo sed charactere Samaritico exaratum. Unde fortè deceptus est Vir. Clariss. D.J.E.G. b m.] ut *Harm. Lingv. Orient. p.* 2. nullam nisi characterum differentiam inter Ebraismum & Samaritanismum admitteret & scriberet: *Nulla linguarum Orientalium propiùs abest à linguâ Ebræâ, quàm hæc ipsa* (Samaritana) *quippe quæ juxta communem Dd. sententiam solis externis literarum consonantium (vocalium enim figuras expressas non habent Samaritani) signis ab eâ distincta; quoad internam sui constitutionem (quam in* σημασίᾳ καὶ ἐκφορᾷ *esse occupatam, rectè ostendit* CL. *Crinesius diatr. de Ling. Samarit.*) *cum Ebræâ una &*

& eadem. Et p. 12. *Ex hiſce patet, quod ſi quis ſaltem adductas literarum obſervarit formas, nec Ebraicam Linguam ignorarit, ille non ſolùm libros Samaritanos legere, ſed & intelligere queat facillimè.* Id verum eſt de textu Samaritano, at non de iis, qvæ dialecto Chaldæo-Samaritanâ ſunt conſcripta. Notandum proinde (α. Dialectum *Chaldæo-Samaritanam* proximè accedere ad Chaldaiſmum & cum eô facilè conciliari poſſe, ſi modo obſerves (א. habere eos proprios Characteres, quos vide in ſchemate C. ubi prima ſeries exhibet literas Samariticas in libris impreſſis, ſecunda in MSS. tertia in monetis conſpicuas. (ב. nullas agnoſcere vocales explicitas, ſed easdem utcunque exprimere per matres lectionis א *a* (vel ע) ו *u, o*, & י *i*. imò eas fermè inſuper habere. Nam (uti refert Hottingerus *Exerc. Anti-Morin. p. 34.*) teſtis quidam αὐτήκοος Samaritanis Damaſci familiaris Clar. D. Golio retulit, adeò inſulſam atque ineptam eſſe hodiernorum Samaritanorum pronunciationem, ut vel eruditæ Grammaticamq; edoctæ aures vix eam ſuſtineant. Nam E. c. pro בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים eos barbarè legere בַּרַאשִׁית

C LITERÆ SAMARITANÆ



I Character usitatior et impressus
II Character obvius in Manuscriptis
III Character in Siclis Samaritanis
IV Character Vaticanus et R. Asariæ
V Potestas

בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים; num v. putes eos in corruptâ suâ dialecto ἀκριβοδίκαιον observare, qui lingvam sanctissimam ita pronunciando depravant? Cœterùm notas orthographicas paucas quoque habent. Loco Dages quandoq; lineolam supernè usurpant. Aliquando istam supernam lineolam denotare, vel quod dictio accipiatur in significatione minùs usitata, vel accipienda sit passivè, vel laboret homonymia, vel scribatur formâ non consvetâ, notat Leusdenius *Differt. de literis & lingva Samaritanorum.* (quæ extat in calce Scholæ Syriacæ) *p. 244. n. 7.* Porrò Samaritani, cùm minùs accuratè & ordinatè scribant, ad vitandam confusionem inter vocem & vocem semper punctum ponunt. e. g. בראשית. ברא. אלהים. ארת. השמים וארת. הארץ: *In-principio. creavit. Deus. cœlum. & - terram.* Comma & semicolon h.m. describunt (..) colon & periodum sic (:) vel (.) paragraphum sic (=.:) (=:.) vel (<:) versum inchoant unâ vel duabus stellulis h. m. (*) vel (**) In MSS. puncta habentur, rariùs stellæ. Conf. Castellus *col. 10. c. p.* (3) Confundere ipsas sæpissimè literas gutturales & quiescen-

 tes

tes, idq; tàm crebrò, ut hujus confusionis diligens annotatio clavis ad Samaritanismum (in quantum sc. à Chaldaismo & Syriasmo deviat) esse queat. Sic pro א ponunt ע e.g. אֵם Sam. עם *mater*, אזר Sam. עזר *ligavit*, sic etiam pro א characteristico: Sam. עציק pro אַצִּיק *coarctavit*. Pro ה itidem usurpant ע. ut: צְהַר Sam. צער *lumen*. Contrà pro ע quandoque adhibent ה. sic זְעֵיר Sam. עהר *parvus*. Pro ח usurpant ה. אָחַז *apprehendit* Sam. אהז: & omnium frequentissimè ע e.g. Sam. רעל pro רְחַל *timuit*, Sam. רעם pro רְחַם dilexit, Sam. פתע pro פְּתַח *aperuit*, Sam. עזר pro חזר *rediit*, Sam. עכם pro חכם *sapuit*, Sam. עכם pro חברה *socia*, Sam. עוב pro חוב *sinus*, Sam. עויר pro חזיר *porcus*, &c. Porro ו sæpè commutant cum ב. e. g. Sam. לבח pro לוח *tabula*: cum ה, e.g. Sam. רהם pro רום *altum esse*, Sam. מהת pro מית *mori*, Samar. כהס pro כוס *poculum*, &c. Cum ע e. g. Sam. סהר & סער *consideravit*, להט, לעט & לבט *maledixit*, &c. Confundunt itidem alias literas ejusdem organi, e. g. Sam. הלק pro הֲלַךְ, Sam. שבט שְׁפַט, Sam. ארכן pro דָּהָן &c. Admittunt insolentes metatheses, e.c. Sam. גלע pro גער,

עצ, & paragogas e.c. Sam. משלש *proverbium, parabola*, pro משל, qualia suppeditabit usus magno numero. Neque nominibus propriis textibusve alienæ lingvæ parcunt, uti ostendit Hottingerus *Exerc. Anti-Morin. p. 38. 45-52.* (ד) Pro א finali quiescente Chaldæorum hîc semper esse ה e. g. מַלְכָא Sam. מלכה. (ה) Quandoque planè retineri analogiam Ebraicam, puta terminationem pluralem ים., affixa, formas infinitivi &c. Conf. jam Crinesius *Diatr. de lingvâ Samarit.* Leusden. *Diss. de literis & lingvâ Samarit. subjuncta Scholæ Syr.* Waltonus *Prol. II. n. 20. & Diss. de lingv. Orient. p. 44.*

III. SUBSIDIA præcipua hæc sunt (α. *Grammaticam* ediderunt *Joh. Morinus*, *Joh. Wilh. Hilligerus* & in harmonia *Edm. Castellus*, qui etiam multas hujus dialecti difficultates expedivit in Annot. Samariticis *T. 6. Bibl. Polyglott.* (β. *Lexicon* scripsêre iidem. Plerasque voces Lexico Harmonico Heptaglotto inseruit *Hottingerus.* Voces verò easdem habet Samaritana dialectus quas Chaldaica, quasdam tamen agnoscit planè proprias & peculiares, nonnunquam & Arabicis utitur, Cl. Castellus quandoque cum Armenicis

nicis etiam, Copticis & Ibericis vocabula ejus contendit.

§. 5. *LINGVA ARABICA.*

Hujus I. Usus eſt eximius (α. *In reſtitutione radicum deperditarum*, ubi tantum confert lingva Arabica, quantum ulla alia, vel cœteræ conjunctim omnes. Conf. ſuprà c. 3. qv. 3. (β. *In explicatione vocum qvarundam Arabicarum* textui Originali interſperſarum, uti ibidem oſtendimus. (γ. *In collatione Verſionum Arabicarum V. & N. T.* quæ loca obſcura nonnunquam feliciùs expediunt, qvàm vaſta aliorum commentaria, uti ſuſtinuit W. Franzius *de Interpr. SSæ. p. 39.* Paul. Tarnovius *in Joh.* Hottingerus *Analect. p. 265.* (δ. *In expoſitione & refutatione Pſeudo-Canonis ſeu Alcorani* & univerſæ fidei Muhammedicæ, quâ bona pars orbis terrarum faſcinata eſt. (ε. *In hiſtoria Eccleſiaſtica* etiam inſignis ejus uſus eſt, cùm illius ope Chriſtianorum Orientalium dogmata, mores & ritus in apricum produci queant, ut jam de uſu, quem Medico in explicatione terminorum artis & variis ſubſidiis præſtare poteſt, non dicamus. Plura autem ſuppeditabunt Petr. Kirſtenius, Ruthgerus

Spey

RICO-PERSICO-TURCICUM

VI.	VII.
A	1.
B.	2.
T.	400.
sh.	500
S gallic	3.
Hha	8.
Ch.	600.
D.	4.
ds.	700
R.	200
Z lene	7.
S.	60.
[illegible]	300
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	9.
Tj.	800.
Y.	70.
G.	1000.
F.	80.
K.	100.
C.	20
L.	30.
M.	40.
N.	50.
W.	6.
H.	5.
J.	10.

olúta sequente.

QUATUOR LITERÆ PERSIS nec non TURCIS peculiares

Pe P
Tschjim tsch
Zze [?]
Naaf n [?]

SIGNA

Sjesma i.e Schewa quiescens
Tesdid i.e Dages forte
Hamze nota motus literæ Elif.
Wesla nota unionis Elif
Medda, Elif protrahens
✱ i. e. interpunct.

NUNNATIONES.

an
in
on

VOCALES.

Fata — A, in syllaba composita fere Æ
Kesre — I, raro ab initio E
Damma — O, in Syll. compossereu [?]

ZIFRÆ ARABUM.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Spey, Exc. Andr. Sennertus *Præfat. Gramm.* Nic. Clenardus, Th. Eſpenius, Joh. Melch. Maderus *Orationibus de ling. Arab.* Hottingerus *Analect. Smegm. & Append. Gramm. Harmon.* D. Waſmuth, *parœneſi præmiſſa Gramm. Arab.* Waltonus *Prol. 14. & Diſſ. p. 76.*

II. NATURA longiuſculè ab Ebraiſmô recedit (α. *quoad lectionem*: Alphabetum (ubi, ut in Syriaco, diſtinctè habes literas extra connexionem & in eâdem) Vocales & Notas orthographicas exhibet ſchema D. In lectione attendendum eſt ad genuinam pronunciationem conſonarum *Tshe*, *Gjim*, *Dsal*, *Dshad*, *Dsha*, ut & ad ſonum literæ Nun, quando variat; denique ad prolationem vocalium. (β. quoad *analogiam*, ubi præcipuam curam poſcunt legitima formatio pluralis præſertim fracti, permutatio literarum debilium אוי, (de quâ conf. Canones Erpeniani edit. Leidæ A. 1618.) unde dependet verborum imperfectorum præſertim ſimilium, concavorum & defectivorum formatio, influxus particularum in Futurum verbi; Cœtera enim magis expedita ſunt.

III. SUBSIDIA abundè proſtant (α. *Gram-*

Grammaticam ſcripſere Gv. *Poſtellus*, *Ruthgerus*, *Spey Bopardianus*, *Petrus Kirſtenius*, *Thom. Erpenius*, *P. Franc. Martelottus*, *P. Phil. Gvadagnolus*, *Gabr. Sionita* & *Joh. Heſronita* Maronitæ, *D. Matth. Waſmuth*, *Andr. Sennertus*, è quibus ſeligi poteſt Grammatica Erpenii ex recognitione Cl. Golii, cui ob concinnam diſpoſitionem addantur Gramm. Wasmuthi & Arabiſmus Sennerti. *Gvadagnolus* in Inſtit. ſuis Arabicis Romæ A. 1642. editis locupletior eſt, ſed obſcurior, quia methodo Arabum preſſiùs inſiſtit. Ut capi faciliùs queat obſerva quod *Eſſocuno* ipſi ſit Sieſma, *Modſareum* Futurum & quidem *Rafeatum* regulare; *Masdarum*, Infinitivus; Nomen *revolubile* variabile; *Rafeus*, *Giarrus*, *Nasbus*, tres caſus Arabum; *giarrare*, genitivum regere; *Mobtadaum* & *Chabarum*, ſubjectum & Prædicatum &c. Syntaxin in ſpecie, ſc. *Giarumiam* cum libro centum regentium ediderunt Erpenius & Thomas Obicinus Novienſis, poſt Kirſtenium, qui ex illâ fecerat tertium Grammaticæ ſuæ librum. *Poëticam* tradiderunt *Joh. Fabritius* in calce ſpeciminis Arabici, *Phil. Gvadagnolus* Append. Gramm. &

uuper

nuper peculiari libello *Samuel Clericus*. (β. *Lexica* ſcripſere *Franc. Raphelengius*, qui tamen ad altiora tendentibus non ſufficit: Locupletiſſimus, ſed vaſtâ mole ferè moleſtus, Theſaurus Arabicus *Ant. Giggeji*: Commodius eſt Lexicon Arabicum *Jac. Golii*, qui ipſe ſecutus cumprimis eſt *Gieucharim*, ut ille *Firuzabadium*. *Phraſeologiæ* rationem præcipuè habuerunt *P. F. Dominicus Germanus de Sileſiâ* in Fabricâ lingvæ Arabicæ ed. Romæ A. 1639. & *Joh. Baptiſta du Val* in LexicoLatino-Arabico Pſalteriali ed. Pariſiis A. 1632. Conferri poſſunt Lexica Harmonica *Schindleri*, *Caſtelli* & *Hottingeri*, nec non Theſaurus Arabico-Syro-Latinus *Thomæ à Novaria*. (γ. Ad *praxin* præter libros Biblicos facient Suratæ Alcorani à quibusdam editæ. Sic Alcorani Suratam 12. Joſephi & 64. Fraudationis edidit *Erpenius*: 31. Lokmanni *Golius*: 14. Ibrahim & 15. Hegieræ *Joh. Georg. Niſſelius*. Quò faciunt etiam Proverbia edita ab Erpenio, (quem caſtigavit in nonnullis Pokokius *ad Abulf. pag. 349. ſ.*) & elegans hiſtoria Timuri ſcripta ab Arabſiade & Anno 1625. edita à Cl. Golio, de cujus ſtylo egit *Lev. Wer-*

nerus

nerus, & alia â nobis adducta *Introd. in Orient. p. 31.* Pro tyronibus sufficere possunt, quæ subjunxit Golius Grammaticæ Erpenii, cujus quoque conferatur consilium de studio Arabico feliciter instituendo.

§. 6. *LINGVA ÆTHIOPICA.*

Ejus I. USUS haud contemnendus videtur (*α. In restitutione radicum*, quæ ex aliis lingvis vel non possunt repeti, vel non tàm commodè. (*β. In explicatione versionis*, quam Abesseni circa Apostolorum tempora factam contendunt. In N. T. ejus usum quodammodò ostendit Lud. de Dieu. Conf. & Dilherrus *Elect. l. 1. c. 8.* (*γ. In historiâ Ecclesiasticâ* & scrutinio fidei Abyssinorum. Nam Abyssini (de qvorum consensu mirum in modum gloriantur Pontificii) cum suo Abuna vivunt sub Rege Christiano, quem nonnulli, ut Damianus de Goes, Aloisius Cadamusti, Lud. Romanus Patritius, Alvarez, Maffejus, Genebrardus &c. vel cum Asiatico *Padschah Prestegani* confundentes vel aliorum relatione decepti vocant *Pretiosum Johannem* vel *Presbyterum Johannem* vel Priester Jan / quâ de re alibi. Conf. jam Scaliger

ger *de Emend. Temp. l.7. p.m.677.* Bochartus *Phaleg. l. 4. c. 26. pag. 308.* Kircherus *Prodr. Copt. c.4.* Morinus *de Sacr. Ordin. p.437.* Hotting. *Topogr. Eccles. c.5.* Theodorus Petræus *Not. ad Jon. Proph. Æth. p. 14.* Waltonus *Prol. 15. n. 2.* Mareſius *de Relig. Æth.* & qui hîc certiora ſuppeditabit Dn. J. Ludolfus *in Hiſtoriâ Abyſſ.* quæ propediem videbit lucem. Qvàm conſtantes Chriſtiani nominis fuerint confeſſores, vel ex ærâ martyrum conſtat, de quâ iterum conſulendus Kircherus *Prodr. c. 2.* Unde liberandi meritò ſunt à ſuſpicione Judaiſmi, quam à ſe confeſſione ſuâ abundè removit *Rex Glaudius*, ad quam vid. Jobus Ludolfus.

II. NATURA ad nullam propiùs accedit quàm ad Arabicam, ut adeò Arabicæ lingvæ gnaro non ſit difficilis ad eandem acceſſus, ſi modò ſuperet (α) *Lectionis* (quæ more Europæo fit dextrorſum) difficultatem, præſertim genuinam lectionem literarum ſexti ordinis, quam accuratè explicavit Dn. J. Ludolfus *Grammat. Æth. p. 8.* Nos ſyllabarium Æthiopicum (nec enim literas ſeparatas habent, ſed cum ſonis vocalibus conflatas, perinde uti *Indi Brachmanes*,

Dd de

de qvorum ſcriptura *Hanſcreet* conf. Kircherum *in China Illuſtr. Part.3, c.7.*) exhibuimus in ſchemate E. Ubi obſerva, quemlibet literarum ordinem per totum Syllabarium habere ſibi adjunctam vocalem iſtam, quam adſcripſimus. Quò verò Syllabæ iſtæ eò citiùs atque feliciùs addiſci, & figuræ iſtarum memoriæ imprimi queant, notari poſſunt ſequentes obſervationes, quibus non omnino poſthabitis & cognitis modò XXVI. literis primi ordinis, non difficile fuerit dignoſcere cœteros ordines. (א) Literæ proinde *primi ordinis* nudæ atque ſimplices, fundamentum & origo cœterarum, addiscendæ ſunt ante omnia, habentque ſibi adjunctum ſonum Patach ſeu A breve h. m. *Ha, La, Ha, Ma. Sa, Ra,* &c. (ב) Literæ *ſecundi ordinis*, quæ vocalem U additam habent (h. m. *Hu, Lu, Hu, Mu, Su, Ru* &c.) per totum Alphabetum habent circa medium lateris dextri, reſpectu legentis vel manûs ſcribentis (quod paginæ ſiniſtrum) additum uncinulum. (ג) Literæ *tertii ordinis*, quæ ſecum important vocalem j (h. m. *Hi, Li, Hi, Mi, Si, Ri* &c) formantur figuræ primi ordinis uncinulum in baſi ſeu pede dextro

adden-

pag. 418.

E

Hoi
Lavi
Haút
Mai
S ut
Rys
Saat
Kaf
Beth
Tawi
Hharm
Nahas
Alph
Caph
Wawe
Ain
Zai
Jaman
Dent
Ge
Ta
Pa
Z
Z
A
P

9

Du 2 ens

41

de
K
ex
q
tu
ve
ve
ac
p
ol
ha
pr
ſc
in
fu
di
ſil
ve
L
ac
Si
be
&
pa
(
pc
Si
di

S
adc
Sa
tan
qua
Ho
oſe
R. s
qu
n.
en
rſu
us
in
en
ri.
Den
ue
Kaſ
ec
as,
an
ab
um
um
in
ne
te
is

addendo, uti patet in literis *Lawi*, *Haut*, *Saat* &c. quodſi verò litera infernè rotunda ſit, uncinulus iſte per lineolam quandam demitti ſolet, uti patet in literis *Hoi*, *Mai*, *Saut*, *Ain*, *Zappa*. Peculiarem obſervationem merentur in hoc ordine *Rys* & *Af*. (ר) Literæ *quarti ordinis* (quæ adjunctum habent A longum h. m. *Hâ*, *Lâ*, *Hâ*, *Mâ*, *Sâ*, *Râ* &c.) vel habent lineam longam in dextro latere deorſum tendentem, uti patet in literis hujus ordinis *Hoi*, *Mai*, *Saut*, *Ain*, *Zappa*; (in Wawe linea iſta in medio eſt) vel pedem ſiniſtrum breviorem, quod fit in literis *Lawi*, *Haut*, *Saat*, *Beth*, *Caph*, *Zai*, *Dent*, *Tait*, *Pait*, *Zadai*: vel uncinulum quendam à ſiniſtro latere, qvod fit in *Kaf*, *Tawi*, *Hharm*, *Jaman*, *Geml*, *Af*, *Pſa*: peculiaris obſervationis ſunt *Rys* & *Nahas*. (ה) Literæ *quintæ claſſis* (quæ ſonant E. h. m. *He*, *Le*, *He*, *Me*, *Se*, *Re* &c.) habent infernè ad dexterum latus circellum quomodocunque additum per totum Alphabetum. (ו) Literæ *ſexti ordinis* (quæ important Scheva, quod in fine vocis, ita & plerumque poſt literam alterius ordinis, imò & aliam ſexti ordinis quieſcit, ubi tamen quædam cautio-

nes adhibendæ; contra ab initiô vocis & ante aliam literam ſexti ordinis legitur per y breviſſimum h m. *Hy*, *Ly*, *Hy*, *My*, *Sy*, *Ry* &c.) vel in medio ſunt infractæ, quod videre eſt in literis *Hoi*, *Caph*, *Tait*, *Psa*; vel habent circellum intra literam, ut *Lawi* & *Geml*; vel uncinulum ſupernè, ut *Haut*, *Kaf*, *Tawi*, *Nahas*, *Alph*, *Wawe*, *Zai*, *Ain*, *Dent*, *Pait*, *Zadai*, *Zappa*; vel infernè ad ſiniſtrum latus, ut *Mai*, *Saut*: peculiarem obſervationem ferme requirunt *Rys*, *Saat*, *Hharm*, *Jaman* & *Af*. (ι) Literæ denique *ultimi ordinis* (quæ important O, ut *Ho*, *Lo*, *Ho*, *Mo*, *So*, *Ro* &c.) facile agnoſcuntur agnitis cœterorum ordinum literis, eæ enim erunt hujus ordinis, quæ nil habent hactenus obſervatum. Poteſt tamen nihilominus notari, hujus ordinis literas vel pedem dextrum habere breviorem, ut *Haut*, *Saat*, *Beth*, *Alph*, *Caph*, *Zai*, *Dent*, *Tait*, *Pait*, *Zadai*; vel circellum ſupernè, ut *Hoi*, *Lawi*, *Rys*, *Kaf*, *Tawi*, *Hharm*, *Nahas*, *Af*. Cœteræ his cognitis facilè pateſcunt. (β. *Formationem pluralis* præſertim fracti, de quâ conf. Ludolfus *p*. 49. (γ. A præcedentibus omnibus abludentes *terminationes*

ver-

verbales Præt. בַּ , בְּ , כּוֹ , בְּמוֹ , כְּבְ & similes. (δ. *Formationem imperfectorum* ut & *anomalorum*. Lud. *p*. 32. *ſ*. 40. (ε. *Applicationem legitimam affixorum*. Ludolf. *p*. 58. *ſ*.

III. SUBSIDIA hîc itidem præſtò ſunt: (α. *Grammaticam* hujus lingvæ adornarunt *Marianus Victorius Reatinus*, Romæ 1552. in 4to, cujus editionem repetiit *Achilles Venerius* Rom. 1630. in 8vo. Extant & inſtitutiones lingvæ Æthiopicæ Geez *Jacobi Wemmerii* Rom. in 4to, & quæ omnium optima atque accuratiſſima eſt Grammatica Æthiopica *Jobi Ludolfi*, lingvæ Æthiopicæ feliciſſimi reſtauratoris, Lond. A. 1661. (β. *Lexica* edidere cum Grammaticâ *Wemmerius* & *Ludolfus*, quibus addi poteſt Hexaglotton *Caſtelli*, & periculum praxeos fieri in libris Biblicis editis, quos ſuprà nominavimus. Alios verò Habeſſinorum libros ἀνεκδότους in ep. ad Hottingerum recenſuit Ludolfus, quam vide *in Bibl. Hotting. pag*. 320. *ſ*.

§. 7. *LINGVA PERSICA.*

Hujus I. Usus eſt aliquis (α) *In explicatione vocum Perſicarum* in Sacro Codice occurrentium, de quibus conf.

 ſuprà

ſuprà c.3. qv. 3. (β) *In evolutione antiquitatum Perſiarum*, quarum cognitio lucem affert libris Eſteræ, Danielis, Esdræ &c. (γ) *In collatione verſionum*, de quibus antè dictum. (δ) *In controverſiis Muhammedicis*, præſertim inter *Sunnitas* ſive Turcas & *Aliſchios* ſive Perſas agitari ſolitis.

II. NATURA lingvæ Perſicæ ab omnibus hactenus deſcriptis eſt diverſa. Nam licet Perſæ (α) *Literis* iisdem cum Arabibus utantur, niſi quod quatuor agnoſcant proprias (quas vide in ſchemate D.) & alio plerumque gaudeant ſcribendi modo, qui *Talik* pendulus ſive involutus vocatur (v. Erpenius *Gr. Arab. p.* 4. & Grav. *Elem. lingv. Perſ. p.* 4.) cujus ſpecimen vide in calce cap.3. ita & *Arabicas voces* quamplurimas ſuâ çivitate donârint, tamen (β) *Analogia Grammatica* prorſus ab Arabicâ diſcrepat & ferè propiùs accedit ad noſtram Germanicam, tùm in λέξει tùm in Syntaxi, tùm in ἐκφορᾷ, uti oſtendimus *Introd. p.* 35. & conferri poſſunt Joh. Lipſius *Epiſt. Cent.* 3. *Ep.* 44. Joh. Gravius *Elem. lingv. Perſ. p.* 90. Olearius *Hodœp. Perſ. l.* 5. *c.* 24. *p.* 614. cujus rei cauſam

Marc.

Marc. Zuer. Buxhornius *Præf. in Curtium* & Br. Waltonus *Prol. 16. n. 4.* conferunt in communem Perſarum & Germanorum originem à Scythis, à quibus non abit Salmaſius *in Tab. Cebet. Præf.* niſi malis concedere ductas in Perſiam Scytharum colonias vel factas irruptiones.

Notandum verò cumprimis circa Perſiſmum, (א) Nullam dari apud Perſas (uti etiam Turcas, Armenos, Iberos, quibus Hungari accedunt) generis in ullâ orationis parte differentiam. (ב) Præcipuè in verbo negotium faceſſere formationem Præſentis (quod L. de Dieu *Rud. c. 2. p. 20.* Aoriſtum vocat.) Sed conf. Gravius *Elem. p. 46.* & Franc. Meninski *Gram. Turcico-Perſico-Arab. p. 108. ſ.* (ג) Verba nonnulla (quæ *Auxiliaria* dicuntur) ut שדן *Schuden*, eſſe, כרדן *cärden*, facere, דאשתן *dâſchten* habere &c. cum nominibus componi & elegantiſſimos facere *Perſiſmos*, ſic & apud Turcas *Turciſmos* de qualibus conf. L. de Dieu *Rud. p. 17. ſ.* & Meninski *l. c. p. 64. ſ.* Lingva alias eſt omnium ferè facillima. De Poëtica Perſarum & Turcarum (quæ cum Arabica utcunque

congruit) egit Nobiliff. Franc. Meninski *parte 7. Gramm. suæ Turcicæ pag. 177 f.*

III. Subsidia hîc adsunt (*a*) *Grammatica.* Primam evulgavit *L. de Dieu* Lugd. A. 1639. cujus tamen verum autorem Elichmannum esse testatur Cl. Ravius *Paneg. 1. ling. Or. p. 12.* Alteram eamque optimam *Joh. Gravius* Londini A. 1649. Extat & Grammatica lingvæ Persicæ autore *P. F. Ignatio a Jesu Carmelita discalceato*, edita Romæ A. 1661. in 4to. (*β*) *Lexicon* à *Jac. Golio* & *Edm. Castello* collectum atque hujus Hexaglotto subjunctum est. Præter textus Biblicos extat Historia Xavieriana Persica, quam Latinam fecit *L. de Dieu*. Sed neque Pentateuchus *Tawusii* neque ista historia verum Persismum sapit, ille verò minùs, quàm hæc. Unde Persicæ elegantiæ studiosis potiùs commendantur Proverbiorum Persicorum centuria cum versione & notis *Lev. Wernerí* Lugd. A. 1644. & Musladini Sadi *Kulestan* sive Rosarium Politicum, quod cum versione & notis suis evulgavit *Cl. Georgius Gentius* Ambst. 1651. quod scriptum ad astra poli ipsi evehunt Persæ.

§. 8.

§. 8. *LINGVA TURCICA.*

Ejus I. USUS in expositione Scripturæ Sacræ vix memorandus est, non contemnendus tamen (α) *In expositione vocum*, quæ ipsis Christianis frequenter in ore sunt E.g. *Sultan, Vezir, Aga, Beg, Beglerbeg, Bassa, Chiaus, Spahi, Janitzar &c.* (β) *In communione cum porta Osmannica* & exploratione religionis & rituum Turcicorum.

II. NATURA lingvæ Turcicæ (quanquam quartam ferè vocum suarum partem Turcæ ab Arabibus & quartam à Persis habeant, unde Arabismi & Persismi rudis non potest lingvam Turcicam plene pernoscere neque interpretari scripta Turcica) ad Tartaricam seu Tataricam propiùs accedit, à Persica verò & Arabica est diversa, non quidem in *Orthographia*, quæ hîc eadem cum Persis (nisi quod alius usitatus sit scribendi modus *Kirma* sc. & *Diwani*, ubi lineæ versus finem ascendunt & literæ parcè connectuntur, cujus rei specimen damus c. 13) attamen in *Analogiâ*, quæ hîc longè facillima, cumprimis observandum (א. etiam Turcas nullam agnoscere generis diversam terminationem. Confer.

Meninski *Gram. P. II. c. 2. p.* 22. (ב. Verba Paſſiva hic fieri per לְ, לוּ, ליִ ante terminationem verbalem inſertam e. g. יורורם *video*, יורולורם *videor*, (conf. Meninski *Gram. p.* 221.) ita & Negativa verba per inſertum eodem loco מֶ, v. c. כומך ſeumek *amare*, סומכך ſeumemek *non-amare* &c. Conf. Meninski *Gramm. Turc. P. IV. c. 1. p. 60. ſ.* item *p. 86. ſ.* (ג. Loco Præpoſitionum hîc (uti & apud Hungaros) dari *Poſtpoſitiones* ſive particulas noſtris præpoſitionibus æquipollentes ordinariè poſtponi, e. g. כוך *cælum* כוכה *ad cælum.*

III. SUBSIDIA aliàs ad hanc lingvam haud deſunt. (α) *Grammaticam* condiderunt *Fr. Maria Maggius* & *Petrus della Valle* Romæ, *Fr. Rivola* & *Andr. du Ryer* Pariſ. *Hieron. Megiſerus* Lipſiæ, Gvil. Seamann Oxoniæ A. 1670. & hoc ipſo anno Dn. Franc. à Mesgnien Meninski SS. Sep.ⁱ Eques Hieroſolymitanus, S. Cæſ. Maj. Conſil. & Lingg. Orient. Interpres primarius Viennæ in Fol. (β) *Lexicon* Italico-Turcicum & Turcico-Italicum edidit *Joh. Molinus* Romæ A. 1649. quod commendari ſolet. Extat itidem Vocabulario Italiano-Torcheſco

com-

compilato dal *P.F. Bernhardo da Parigi Cappuccino* Rom. A. 1665. in 4to. Parvum Lexicon Grammaticæ ſubjunxit *Megiſerus*, Selectum adhibiturus *Ryeri* Grammaticá (qui & Textum addit ad praxin) & *Molini* Lexico uti non ſine fructu poterit. Verùm omnium horum diligentiam ſuperavit Vir πολύγλωττος Dn. Franciſc. Meninski antè memoratus, cujus Lexicon Turcico-Perſico-Arabicum ſub titulo Theſauri Lingg. Orientalium, vaſtum atque carum opus, ſed locupletiſſimum, ordine merè Alphabetico conſtans, ad interpretationem Scriptorum Turcicorum cumprimis accommodatum, (nam ad intelligenda Arabica atque Perſica præferenda videntur diſtincta Lexica Golii & Caſtelli ;) cui Grammatica Turcica ſubjuncta eſt cum adjectis ad ſingula ejusdem capita præceptis Grammaticis Arabicæ & Perſicæ lingvæ. Opus Viennæ 50. Joachimicis venire dicitur.

§. 9. *LINGVA ARMENICA.*

Ejus I. Usus in SS. Theologia non adeò magnus, aliquis tamen allegari poteſt (α) *In collatione verſionis Biblicæ*, de quâ ſuprà. (β) *In explicatione unius atque*

que alterius nominis proprii Armenici sacro Textui, ut videtur, insperfi e. g. אררט Gen. VIII. (γ) *In illustratione vocum quarundam Ebræarum insolentiorum*, quas nonnunquam Castellus cum Armenicis contendit. Verùm allusio utplurimum est incerta & qualis etiam è lingvis Americanis fieri queat, quas tamen ideò Exegetæ sacro addiscendas nemo dixerit. (δ) *In historiâ ecclesiasticâ*. Sunt enim Armeni Christiani inter Muhammedanos dispersi, de quibus conf. Hottingerus *Hist. & Topogr. Eccl. p. 61. & Fascic. Disp. 179.* Waltonus *Diss. de lingv. Orient. p. 156.* M. Mart. Kempius *Diss. de statu Armen. Eccl. & Polit.* Schweigerus *Itin. l. 2. c. 65.*

II. NATURAM lingvæ quod attinet, censet Waltonus Armenicam è Syrâ & Phrygiâ conflatam esse tertiam, quemadmodum etiam Strabo ait, *gentem Armenorum, Syrorum & Arabum multum per se ferre cognationis dialecto, vitâ & corporum formâ.* At verò de Phrygia nil certi asserere licet: cum Syrâ sane parum Armenicæ est commercii, si sc. de lingva Armenica, quam literalem vocant, sermo sit. Notent Philoglotti

potissi-

F. LITERÆ ARMENICÆ XXXVIII.

Ա	ա	Aip	A	Չ	չ	Ccia	cc
Բ	բ	Pien	BP.	Պ	պ	Be	b
Գ	գ	Chim	g ch	Ջ	ջ	Ce	c
Դ	դ	Ta	media inter T et D	Ռ	ռ	Rra	rr
Ե	ե	Jec	æ	Ս	ս	Se	s
Զ	զ	Sza	sz	Վ	վ	Vieû	v
Է	է	E	e.	Տ	տ	Diun	d
Ը	ը	Jett	ĕ	Ր	ր	Re	r
Թ	թ	Ttúo	T	Ց	ց	[illegible]	[illegible]
Ժ	ժ	Sge	sg	Ւ	ւ	Hiún	ú
Ի	ի	Jn	i	Փ	փ	Ppiur	pp
Լ	լ	Liún	L	Ք	ք	Cche	cch
Խ	խ	Hhe	ח Ebr	Օ	օ	O.	ŏ
Ծ	ծ	Dza	dz	Ֆ	ֆ	Fe	F
Կ	կ	Ghien	gh. c.				
Հ	հ	Húò	h.				
Ձ	ձ	Za	z et x				
Ղ	ղ	Ghhad	gh				
Ճ	ճ	Ge	G. Gallic				
Մ	մ	Mien	M.				
Յ	յ	Hi	J.				
Ն	ն	Nù	N				
Շ	շ	Scià	ſc				
Ո	ո	Vuò	oú, ú				

DIPHTHONGI.

աւ aú է.ւ æ ú
եւ eú էւ eu
ու oú, այ ai et

ACCENTUS.

Gravis ա̀ ù
Acútus ա́ է́
Circumflexús օ̂

APOSTROPHUS ʾ ' sp

SIGNA DISTINCTIONIS

, Comma · Colon

= Punctum

NOTA Compendij ⟶
CUSTOS. ‿

potiſſima (α.) Legere Armenos dextrorſum more Europæô & vocales literis eodem modo interſeri, ut patet ex Alphabeto, quod exhibemus ſchemate F. (β. Nullam dari ipſis generis differentiam Grammaticam. (γ. Decem à *Galano* Nominibus tribui caſus, ita ut ſex notis addantur *Inſtrumentalis*, *Narrativus*, *Commorativus*, *Circumlativus*: qui tamen, ſi accuratè loqui & nonniſi diverſas deſinentias in quolibet numero numerare velimus, ad tres reduci poſſe videntur. Namque in ſingulari Accuſativus & Vocativus à Nominativo nonniſi præpoſitâ particulâ differunt: Commorativus, Inſtrumentalis & Circumlativus ad Genitivum referri queunt uti & ferè Dativus, ſalvis ſc. particulis diſcretivis: Narrativus denique ad Ablativum. In plurali autem Nominativus, Vocativus, Inſtrumentalis & Circumlativus: Sic Dativus, Accuſativus & Commorativus: denique Genitivus, Ablativus & Narrativus eandem habent terminationem ſalvis particulis præpoſitivis, quæ propriè caſum non variant, ſed ſignificant. Interim poteſt confuſionis vitandæ cauſa methodus Galani ſervari. (δ. Præcipu-

an

am difficultatem in declinatione esse flexionem *Genitivi*, qui vel tredecim admittit diversas terminationes. (ε. Conjugationes diversas Armenorum, quos Grammatici vulgò constituunt, observato modo diverso charactere a, æ, i, u, facilè ad unam reduci posse ostendimus *in Præceptis nostris Methodicis lingvæ literalis Armenicæ*.

III. SUBSIDIA quoque ad hanc lingvam dantur. Institutiones Grammaticas & Logicas cum Lexico Scholastico edidit *D. Clemens Galanus* Romæ A. 1645. qui & conciliationes Ecclesiæ Armenæ cum Latinâ vastis libris Armenicè & Latinè vulgavit. Parisiis seorsim prodiit *Franc. Rivolæ* civis Mediolanensis Grammatica Armenica & Dictionarium Armeno-Latinum A. 1633. Ibid. A. 1634. edita est Catechesis Pontificia *à Petro Paulo* Armeno translata & Dichiaratione più copiosa della dottrina Christiana tradotta della Italiana in lingva Armena, da *Pietro Paolo* Sacerdote Armeno, Romæ A. 1630. in 4to. Ut de libris Biblicis nihil nunc dicamus.

§. 10.

§. 10. *DE LINGVA COPTICA.*

Ejus I. Usus non ſpernendus eſt (*α. In explicatione vocum Ægyptiacarum* in Sacro Codice occurrentium, de quibus conf. Kircherus *in Prod. & Compl. Theſ. Copt.* Mayerus *Phil. Sacr. P. 1.* Bochartus *Phaleg. l. 1. c. 15.* Joh. Viccars *Decapl. Pſ. 105.* Hottingerus *Schmegm. p. 90.* (*β. Ob hiſtoriam Regum & Rituum Ægyptiacorum*, quæ faculam præfert aliquot Scripturæ Sacræ locis. Conf. Ath. Kircheri *Oedip. Ægypt. Synt. I. & III.* (*γ. Ob verſionem totius Scripturæ Sacræ*, ſed hucusque ἀνέκδοτον (*δ. Ob hiſtoriam eccleſiaſticam.* Nam hodienum in Ægypto ſuperſunt Chriſtiani *Coptitæ* dicti à *Copto* metropoli Thebaidos, de quibus conf. Ath. Kirch. *Prodr. Copt.* Morinus *Comm. de Sacr. Ord. p. 505.* Hotting. *Topogr. Eccleſ. p. 55.* & alii. Ut jam nihil dicamus de tot ſapientiæ monumentis ſub hieroglyphicis latentibus à Kirchero in Oedipo Ægyptiaco erutis.

II. NATURAM lingvæ quod ſpectat, videtur ea *Eſſentialiter* omninò eadem eſſe cum antiqua *Ægyptia Pharaonica*, cùm Ægyptiaca Scripturæ Sacræ & ap. profanos ſcriptores ex Coptica lingva expo-

exponi queant, uti oſtendimus *in Dub. Vex. p. 212. Accidentaliter* autem utique eſt diverſa, nam ſucceſſu temporis corrupta fuit & Græcæ admiſit contagium, unde hodiè quaſi *Semi-Græca* & *Copto-Græca* forte dici poſſet. Quod enim Kircherus in Prodromo Copto lingvam Græcam ab Ægyptia ſive Copta fluxiſſe aſſerit, refutatione non eget, cùm ipſe à Viris doctis monitus & rei evidentiâ convictus, errorem hunc revocârit, *Ling. Copt. reſtit. p 507.* Interim falſa non minus eſt ſententia *Joh. Steph. Rittangelii*, qui, paræneſi præmiſsâ collectis Nov. anni à ſe Germanicè editis, lingvam hodiernam Coptam ait eſſe *Græcam corruptam.* Neque quicquam efficit argumento ſuo, in quo omne robur ſententi[illegible] ſuæ ponit, quod omnes lingvæ Orienta[illegible] ſcribantur ſiniſtrorſum, nulla dextro[illegible] ſum. Nam facilè iſta aſſertio infrin[illegible] poteſt inſtantiâ petitâ à Scriptura Arm[illegible] norum, Iberorum, Abyſſinorum & Neque abſurdum eſt mutatis literis,(q[illegible] aliæ olim Ægyptiis, præſertim Hier[illegible] glyphicæ) eandem manere lingva[illegible] Chaldaica manent Chaldaica, licet [illegible] braicis literis conſignentur, Quanqu[illegible]

P

G. LITERÆ COPTICÆ XXXII

Major	Minor	Nomen	Valor
Ⲁ	ⲁ	Alpha	a
Ⲃ	ⲃ	Vida	b v
Ⲅ	ⲅ	Gam̃a	g
Ⲇ	ⲇ	Dalda	d
Ⲉ	ⲉ	Ei	e
Ⲋ	ⲋ	So	s
Ⲍ	ⲍ	Zida	z
Ⲏ	ⲏ	Hida	i
Ⲑ	ⲑ	Thida	θ
Ⲓ	ⲓ	Jauda	i
Ⲕ	ⲕ	Kabba	k
Ⲗ	ⲗ	Laúda	l
Ⲙ	ⲙ	Mi	m
Ⲛ	Ⲛ in fine	Ni	n
Ⲝ	ⲝ	Exi	x
Ⲟ	ⲟ	O	o
Ⲡ	ⲡ	Pi	p
Ⲣ	ⲣ	Ro	r
Ⲥ	ⲥ	Sima	s
Ⲧ	ⲧ	Taú	t
Ⲩ	ⲩ	He	y, et cum a et o u, e g. ⲁⲩ aú ⲟⲩ ou, u,
Ⲫ	ⲫ	Phi	φ
Ⲭ	ⲭ	Chi	X
Ⲱ	ⲱ	Aú	ω
Ϣ	ϣ	Schei	ש Ebr.
Ϥ	ϥ	Fei	F
Ϧ	ϧ	Chei	ח Ebr.
Ϩ	ϩ	Hori	ה
Ϫ	ϫ	Giangia	G gallic.
Ϭ	ϭ	Scima	SK
Ϯ	ϯ	Dei	תּ seq. vocali ja: da vel d:
Ⲯ	ⲯ	Ebsi	Ψ Græc.

DIPHTHONGI

ⲁⲩ	au	ⲉⲩ	eu
ⲟⲩ	u	ⲱⲟⲩ	ou
ⲏⲓ	ii	ⲟⲓ	oi
ⲁⲓ	ai	ⲉⲓ	ei

(in vocibus Copticis)

ACCENTUS GRAVIS

ⲥⲁ̀ ⲭⲓ ⲉϥⲭⲱ̀ⲙ

SIGNUM COMPENDII

ⲒⲎⲤ ⲠⲬⲤ

pro

ⲒⲎⲤⲞⲨⲤ ⲠⲒⲬⲢⲤⲦⲞⲤ

INTERPUNCTIO

:

CUSTOS

=

proinde hodierna lingva Coptica literis maximam partem Græcis (quas vide in schemate G.) exaretur, præterea quamplurimis scateat vocibus Græcis; (quanquam non respuat quoque alias sibi proprias & peculiares, vel etiam conciliabiles cum lingvâ Ebraicâ e. c. *Pihmi* Ebr. חַמְרִי *calor*, ουεισλ אַיָּל *cervus*, χωχεν שׁוֹשַׁן *lilium*, τλαβοι לְבִיא *leæna*, εμνα אמונה *fides*, ιαρο יְאוֹר *fluvius*, ιομ ים *mare*, πιχωλ שלל *præda*, εβρηχ בָּרָק *fulgur*, ανοκ אנכי *ego*, μωϋτ מות *mori*, ωοι אוי *heu*, θωμ אטם *claudere*, κυλωλ גלל *involvere* &c. Chaldæo-Syra e. c. νθο אנת *tu F.* χεμχι שַׁמֵּשׁ *servire* &c. Samaritana ut: ταλμεζ טלמץ *creare*; Arabicâ ερμαν רמאן *malum Punicum*, gjagjrim חגר *rupes* &c. Æthiopicâ κατ קָעַת *intelligere*, *sapiens*; Latinâ e. c. μεμβρανα, μαππα, θεμβυλ, Φαβα, περπερος, σκαλα, καστρον, κεντρον (*centurio*) κυστωδια, δυξ, ιτα, στρατα &c. Germanicâ denique e. g. εχαυ Sau) ejus tamen *analogia Gramm.* à Græca &, uti videtur, omnibus lingvis totius universi mirum in modum variat. Præcipuè observabit Φιλόγλωττος (*a.* Confusum Coptitarum scribendi modum, qui integras sæpè sententias conti-

 nuô

nuô nexu ſine ullo interſtitio exarant & contrà medias quandoque voces divellunt, ut non minimam difficultatem lingvæ ſuperârit, qui periodos conſtitutis ſuis ſpatiis ritè diſtingvere & in ſuas voces ordine digerere noverit. (ß. Nullas per totam Grammaticam dari diverſas terminationes ſive in nomine ſive verbo, ſed in nomine numerum pluralem à ſingulari & Maſculinum genus à Fœminino diſtingvi per diverſum præpoſitum articulum: Pronomina poſſeſſiva, quæ in Ebræâ lingvâ & cognatis per affixa exprimuntur, hîc per literas inter articulum & ſubſtantiam nominis *infixas* exprimi e. g. πιϩωμι *Vir*, παϩωμι *vir meus*, πεκϩωμι *vir tuus*, πευϩωμι *vir ejus* &c. Similiter verba omnia conjugari non per additas terminationes, ſed per ſyllabas quasdam infinitivo præponendas e. g. σω eſt ipſis *Bibere*, hinc fit præſens εισω *bibo*, εκσω *bibis vir* εϩσω *bibis fœmina*, ευσω *bibit ille*, εσσω *bibit illa*, ενσω *bibimus* &c. quâ de re methodicè egimus in *inſtitutionibus lingvæ Copticæ* juſſu Illuſtriſſ. Heroinæ D. HENR. CATHARINÆ GERSDORFFIÆ natalibus FRISIÆ (quæ doctis fœminis ante ſe glori-

andi

andi causam, post se imitandi spem ademisse videtur) quondam conscriptis.

III. SUBSIDIA potissima hîc subministravit *Ath. Kircherus.* Hic enim ex quatuor celebribus Coptitarum Grammaticis (qui vocantur *Elsamenudus*, *Aben Kateb Keisar*, *Abul Fragi*, *Eben Assel & Aben Dahır*) duos priores cum versione suâ in lingvâ Coptâ restitutâ recensuit. Idem *primitias lingvæ Coptæ* sive compendium Grammaticæ subjunxit Prodromo. *Eexicon* verò, cui nomen *Scala magna*, & Nomenclatorem in lingvá Coptâ restitutâ exhibuit.

§. II. *LINGVA IBERICA.*

Ejus I. USUS propemodum nullus in Theologia esse videtur, nisi allegare fortè velis (α. *Illustrationem quarundam vocum Ebraicarum* ex lingvâ Ibericâ, quam tentavit Cl. Edm. Castellus. (β. *Collationem versionis Ibericæ*, quæ tamen qualis sit, non constat. Et satis versionum domi est, ut propter solam versionem lingva peregrina addiscenda non sit (γ. *Historiam ecclesiasticam Orientalem.* Sunt enim Christiani inter Iberos dicti *Georgiani*, à S. Georgio, uti vulgò censent, quod eum venerentur ceu pri-

mum Evangelistam suum, sed fortè falsò, cùm Georgianorum etiam Mela & Plinius fecerint mentionem. Horum statum, religionem, mores explorare, piæ curiositatis esset. Ad *Melkitas* aliàs proximè accedere dicuntur. Conf Hottingerus *Topogr. Eccles. p. 35.* Rauwolf. *Itin. l. 3. c. 13.* Schweiggerus *Itin. l. 2. c. 18.*

II. NATURAM lingvæ inter Tartaricam & Armenicam quasi mediam esse dicit Angelus Roccha à Cam. *Bibl. Vat. p. 311.* id quod jam ante eum observarat πολύγλωττ☉ G v. Postellus, qui & addit, in Sacris eos Græcâ uti. Quod non certum est, saltem de omnibus, Græcis tamen literis alicubi eos uti constat, unde Thurneisserus *Onomast. P. 2.* Græcas literas paululùm depravatas pro Ibericis exhibet. Aliud Alphabetum (sed valde corruptum & luxatum) reperire est apud Schweiggerum *l. c.* Nos characteres usitatissimos in lectoris gratiam adjecimus in schemate F F.

III. NOTITIAM lingvæ qui desiderat, adire potest Syntagmata lingvarum Orientalium, quæ in Georgiæ regionibus audiuntur autore *D. Fr. Maria Maggio Cler. Reg. Panorm.* Romæ ed A. 1643. fol.

&

F F ALPHABETUM IBERICUM s. Georgianu

ა	An	A	ჟ	Jan	J
ბ	Ban	B	ს	San	.
გ	Ghan	Gh	ტ	Tar	T
დ	Don	D	უ	Uu	U
ე	En	E	ფ	Far	F
ვ	Vin	V	ქ	Cha	ch
ზ	Zen	ẑ	ღ	Car	c
ჱ	Hai	H	ყ	Can	g
[illegible]	Hhai	Hh	შ	Scin	Sc
თ	Than	θ	ჩ	Civen	ci
ი	Jn	j	ც	Zan	ẑ ʒ
კ	Kan	K	ძ	Zil	ẑ
ლ	Las	L	წ	Chahar	ch
მ	Man	M	ხ	Chan	ח Ebr
ნ	Nar	N	ჭ	Char	ch
ო	On	O	ჯ	Gian	Gi
პ	Par	P	ჰ	Hhoi	Hh
რ	Rai	R			

Iberi legunt dextrorſùm more Europæo

& Dittionario Georgiano, ouero Iberico-Italiano, composto da *Steffano Paolini*, con L'adjuto di *D. Nicephoro Irbachi* Monacho di S. Basilio, cui annexum est Alphabetum Georgianum Rom. An. 1629 in 4to.

§. 12. *LINGVA SINICA.*

Ejus 1. Usus in Theologia nullus est, nisi forsan ad refellenda eorum falsa dogmata, præsertim retundendam vanissimam illam jactantiam, quâ historiam suæ gentis ultra millena aliquot secula ante orbem ex Mosaica traditione conditum extendunt. Prætereà non parùm confert notitia characterum Sinicorum ad communionem literarum, artium, commerciorum non modò cum Sinis, sed & cum incolis totius universi, qui sese ut ut lingvis discrepantes per literas istas intelligere omnes mutuò possent, maximè si Vir Clariss. *Dn. Andr. Müllerus* tandem orbi communicaret inventum suum de expeditâ analysi characterum Sinicorum, quô ipsô sanè immortalem nominis famam sibi parare vel potiùs jam laudabiliter partam tueri, & magnam inire gratiam apud φιλογλώττους quosque posset. Neque de-

ſperandum futuros Mecœnates, qui tàm præclaro operi digna conſtituant præmia.

II. NATURAM literaturæ & lingvæ paucis attingemus, quantum nobis hactenus de eâ compertum eſt. Notanda cumprimis sunt ſequentia (α. Licet in ampliſſimo Sinarum regno ipſæ *viginti lingvæ* ſatis inter ſe diſcrepantes reperiantur, eminet tamen præ cœteris *Mandarina*, quæ ceu polita & erudita toti regno communis eſt, ejusque principalis uſus eſt in curiâ & aulâ regis, quæ fuere *Pagvini* & *Nanchini*, ejus pretii in Sina, cujus in Hiſpaniâ *Caſtellana* & in Italia *Toſcana*, ut ait Kircherus *Chin. Illuſtr. p.* 235. Iſtam lingvam ſuam ita depereunt Sinæ, ut non vereantur antiquiſſimam aſſerere, quod nuper Anglus quidam *Joh. Webberus* libro, cui titulus: *An eſſai, tsat the langvage of China is the primitive langvage*, Londini An. 1669. in 8. edito ſuſtinere non erubuit. Quam verò ſententiam ſuprà ſubruimus; Certè extant in lingvâ iſtâ Mandarinâ manifeſta ſatis Ebraicæ origenis veſtigia e. g. Seú שעה *reſpicere*; tam̃ תם *omnis, completus*; Kem̀ גם *etiam*; sù זו vel זה *hic, iſte*; Fú &

Mù

Mù אָב וְאֵם *Pater* & *Mater* &c. Offendo & nonnulla Hellenismi vestigia e.g. uû : *non*. (β. Characteres Sinis omnibus iidem sunt, exprimentes non sonos literarum, sed immediatè ipsos conceptus rerum, non aliter atque *Zifræ* aliæque notæ mathematicæ, figuræ sc. Zodiaci & Astrologicæ, Medicæ, Chymicæ apud Europæos. Sunt itaque characteres Sinarum non tàm literæ quàm symbola rerum sive conceptuum, quorum beneficio omnes Sinæ, quin & populi vicini, sc. *Japones*, *Cochinchinæ*, *Coreæ* & *Tunchini* se invicem intelligunt, ut ut ratione idiomatis sibi invicem sint barbari. Hinc aliud est nosse characteres Sinicos, aliud Sinicâ lingvâ loqui: posset enim extraneus aliquis bonâ memoriâ præditus indefesso studio ad summam eruditionem è libris Sinicis pervenire, tametsi neque loqui neque loquentes intelligere posset. Imò facillimô negotio posset Germanus characteres Sinicos Germanicè, Turca Turcicè &c. efferre, tandemque per eosdem characteres universus terrarum orbis se intelligere & quilibet tamen uti lingvâ suâ vernaculâ, quâ de re aliquid

diximus *Introd. p. 48.* Cùm verò con-
ceptus rerum multi sint, imò ferè infini-
ti, & indies novi oriantur, accedant in-
super omnes soni articulati, hinc cer-
tum numerum characterum Sinicorum
autores nondum inire potuerunt. *Bern-
ardinus Scarlantus* ejusque autoritate
Ortelius, *Maginus*, *Mercator* numerant
5000, Petrus Jarricus *Thes. rer. Indic. I.*
17. numerat 4000. Caspar Balbius
Martinius *Hist. Sin. Praef.* Joh. Alb. Man-
delsloo *Itin. Orient. pag. 137.* computant
60000. Ita & Kircherus *Chin. Illustr. p.*
12. sed Andr Müllerus *Disqv. de Chataja*
80000. symbolis universam Sinarum li-
teraturam contineri ait *p. 73. b.* alii nume-
rant 120000. Conf. Kircherus *Oedip. Æ-
gypt. T. 3. c. 2. p. 10. Chin. Illust. pag. 226.* &
Walton. *App. Bibl. Proleg. II. p. 10.* (γ)
Characteres isti symbolici Sinarum non
tumultuariè instituti sunt, sed ingeniosè
excogitati, adeò ut in ipso charactere sæ-
pè lateat arguta rei descriptio aliaq; ar-
cana, quæ Sinæ per omnem vitam non-
nisi indefessis vigiliis addiscunt. Sic e. g.
figura crucis + apud Sinas exprimit *de-
narium* numerum, perfectionis symbo-
lum. Huic si subjiciatur alia linea, effici-
tur

I.

十	xĕ	decem
土	hĕ	Terra
王	uâm	Rex
玉	yú	gemma
全	tejuên	Perfectus

II. NUMERI SINICI.

一	yĕ	1
二	lh'	2
三	San	3
四	sú	4
五	u	5
六	Lŏ	6
七	cyĕ	7
八	pá	8
九	cheû	9
十	xĕ	10
百	Pĕ	100
萬	Van	10000

ACCENTUS SINICI P. J. PANTOIÆ

ˇ	yă	yă anser	鴉
ˋ	yà	yà stupor	訝
ˊ	yá	yá excel-lens	雅
ˉ	yā	yā Mutus	啞
ˆ	yâ	yâ Dens	牙

tur character,qui significat *terram*, quasi omnis perfectionis basin: si addideris superiùs aliam lineolam inferiori parallelam, efficitur character significans *regem* quasi terræ Dominum vel qui est supra terram: apposita lineola à latere efficit characterem, qui exprimit *gemmam* quasi ornamentum regium: denique si suprà ponatur character aliàs hominem exprimens, notatur: *Omnibus numeris perfectus* q. d. homo regius sive inter omnes excellentissimus, ceu patet ex accurata collatione in schemate H.n.1. Alia quædam hujus generis dabit Kircherus *Chin. Illustr. Part.* 6. c. 2. 3. Verùm plura & certiora peti possent ex oculari inspectione *Hai-pien* sive Oceani i. e. magni vocabularii Sinici. Facillima omnium est ratio compositionis in tribus magnis numeris, uti videre est è schemate H. n. 2. (δ. Solent Sinæ nomina peregrina decurtare & deflectere, quia monosyllabis adsveti sunt. Ita *Olanca* dicunt pro Hollandia. Sic in monumento Sinico occurrit *Giò* pro Johannes & in Compendio legis Sinico *ngê uá* pro Eva & *já tam* pro Adam *p.* 123. Nonnunquam alia nomina adhibent è suâ

lingvâ, quibus utcunq; terræ gentisq
indolem exprimunt. Sic Japonas v
cant *Vocu*, Judæam *Cyn*, Europam
&c. Conf. Müllerus *Disq. de Chataja*
92. *b*. (*ε*. Carent Sinæ omninò tribus
teris B, D, R. Sic *Malia* dicunt p
Maria, *Tata* pro Tartaria, *Falanc* p
Francia, *Samahanja* pro Samarcand
De caninâ vid. Martinium *Hist. Sinic.*
315. *&* *Atlant.* 133. *a.* de D eundem *A*
lant. p. 133. *a.* & Golium *addit. ad Atla*
tem Sinicum Martinii p. 5. f. de B Tri
gautium *de Expedit. Sin. l. 4. c. 2.* Nec est
quod de caninâ objicias, rerum Sinica
rum scriptores adhibere nonnullas vo-
ces, quibus litera R intermixta est, velu-
ti *Mandarinus* & *Porcellana.* Ea enim
à Lusitanis introducta sunt & à Sinis aliis
aliisque vocabulis exprimuntur. Man-
darinus nempè Sinicè *Quonfu* & *Lauye*
dicitur: Porcellana verò *Poli.* In trans-
latione monumenti Sinici extat quidem
vox *Rigo*, eâque innuitur *Persona divi-
na.* Occurrit *columnâ* 1. *n.* 33. *&* *col.* 4. *n.*
17. utrobique respondente charactere
eodem. Verùm personam aliàs Sinæ
vocant *Cyn*, quæ vox occurrit in Monu-
mento *col.* 22. *n.* 11. & *col.* 15. *n.* 8. eique
alius

alius character respondet. Adeoque vel dicendum est, autorem translationis respexisse ad notionem emanationis & Lusitanicum Rio, *flumen*, in animo habuisse, vel vocem desumtam esse è lingvâ quadam peregrinâ fortè vicinâ. (ζ. Scribunt Sinæ vel pingunt potiùs (nec enim calamo sed penicillo è pilis leporinis utuntur) deorsum à vertice ad inferiora paginæ incipiendo à dextrâ, quod genus scripturæ Græcos vocasse *Tapocon* Festus ait ap. Vossium *lib. 1. Gramm. c. 34.* Walton. *Prol. 2. n. 16.* Specimen videsis infrà in calce cap. XIII. Vitandæ confusionis causa ubi ad finem paginæ perventum est vel ut rectâ eò tendatur, anteà solet linea deorsum duci, quæ tamen sæpiùs omittitur. Distinctionis nota est unica sc. circellus, ceu patet ex Elogio Sinico, quod Oedipo Kircheriano præmittitur. (η. Ad lectionem librorum Sinicorum nemo pervenire potest nisi vel Sinarum *Hay-pien* sive Calepinum legerit, vel modum characteres Sinicos intelligendi per compendia didicerit. Ad aliquam tamen scientiam si quis è licitâ curiositate adspiret, ille non contemnendam farraginem characterum

Sini-

Sinicorum unà cum lectione Mandari-
nà & verſione Latinâ ſine magno labo-
colligere poterit è Monumento Sinic-
quod à *P. Michaële Boim* acceptu-
Chinæ ſuæ Illuſtratæ inſeruit Ath. Ki-
cherus. Digeret enim tùm voces Man-
darinas tùm Latinas ad formam Lexic-
ordine Alphabetico & ſuis ſedibus dein
ceps addet alias voces & figuras colligen
das è variis ſcriptoribus rerum Sinenſi
um ſc. Kircheri Chinâ, Martinii Atlan
te cum add. Golii, Joh. Nievhof Hiſt. Le-
gationis Sin. & aliis. Jeſuitæ in ſuô Lexi-
co Sinico Romæ edito non exhibuere
characteres, verùm ſolas voces Manda-
rinas h. m. *Ca*, *Cau*, *Can*. *Ce*, *Che*, *Chi*,
Chim. *Ci*, *Co*, *Chu*. *Fe*, *fi*, *fo* &c, adeoque
inde parum ſubſidii characterum ratio-
nem cognituris. (9. Cùm lingva Sinica
adeò luxuriet characteribus, maximâ
tamen laborat vocum penuriâ (ut DE-
US ipſe non habeat proprium nomen,
ſed periphraſticè exprimatur Tiên chù
cœli Dominus, vel Tá chù *magnus*
Dominus.) Nam omnia Sinarum vo-
cabula vix ſunt 1500, eaque omnia
monoſyllabica (ſi qua videntur bi-vel
triſyllaba, ea compoſita ſunt) & deſi-
nunt vel in vocalem vel in *m* & *n* (quan-

doque

doque mixtum *ng.*) nunquam, aliter. Hinc idioma Sinarum magnâ ſimul laborat homonymiâ, ut una vox quandoque viginti vel triginta diverſas ſuſtineat ſignificationes, quæ diſtingvuntur totidem characteribus & aliquando pronunciatione. Nam inter loquendum Sinæ vocem jam attollunt, jam deprimunt, ut quaſi cantillare videantur. Quia autem illa pronunciandi ratio loquentibus neceſſaria eſt, hinc *P. Jacobus Pontoja* invenit quinque notas reſpondentes muſicis illis notis, *ut, re, mi, fa, ſol*, quas vocavit accentus Sinicos, qui vocibus adſcripti docent, quomodo inter proferendum ſonus moderandus ſit. Confer. Kircherus *Chin. Illuſtr. p. 236.* (1. *Analogia Grammatica* quoque in plurimis deficere videtur. *Neque enim*, ut ait Kircherus *Sin. Illuſtr. p. 226. b. Sinæ aut declinationibus aut conjugationibus utuntur, cùm hæc omnia in ipſis characteribus implicentur, ut adeò magnâ memoriâ præditum eſſe oporteat, cui vel ad aliquam ſaltem mediocrem eruditionem Sinis propriam pertingere ſit animus.* Lubet paucis è ſolo Monumento Sinico oſtendere, quomodo pluralis à ſin-

ſingulari, caſus, perſonæ, modi ſimilia v
ſæpè è ſenſu ſint dignoſcenda. Sic g
ſub eadem figurâ exponitur per *diem* &
dies pl. Monum. c. 17. n. 13. & col. 7. n. 5
Ita *Kieú* ſignificat *antiquam* & *antiqua*
col. 5. n. 3. & col. 22. n. 48. Nem' *poteſt* &
poſſunt col. 20. n. 38. & col. 20. n. 18, 25
Lìm ſub eadem figura *deſcendere* col. 1
n. 9. & *deſcendit* col. 18. n. 11. & col. 27. n.
55. Veù *Eſt, ſunt, fuit, fuerunt, fuerat,*
erat, pro diverſa conſtructione conſ.
col. 5. n. 1. col. 11. n. 41. col. 16. n. 18. &c.
Verùm iſta hâc quidem vice ſufficiant.

Poſſemus quidem nunc addere nonnihil de aliis quibusdam lingvis uti de JAPONICA, cujus Grammaticam edidit *Didacus Collado*, cujus & extat Dictionarium Japonicum ed. Rom. A. 1632. in 4to: de TUNKINA ſive ANNAMITICA, ubi extant Dictionarium Annamiticum, Luſitanum & Latinum in lucem editum ab *Alexandro de Rhodes Soc. Jeſu* Romæ A. 1651. 4to & Catechiſmus pro iis, qui volunt ſuſcipere Baptiſmum in octo dies diviſus & editus ab *Alexandro de Rhodes*, Latinâ & Tunkinenſe lingvâ diſtinctus, ibid. De CONGENSI, in qua extant Regulæ quædam pro difficillimi Congenſium

um idiomatis faciliori captu ad Grammaticæ normam redactæ à *F. Hyacintho Brusciolo à Vetralla Capuccino* Rom. 1659. 8tav. & doctrina Christiana ad profectũ missionis totius regni Congi in quatuor lingvas distincta ab eodem ib. 1650. in quarto: De MALAICA, ubi extat Dictionarium Malaico-Latinum & Latino-Malaicum cum aliis quamplurimis opera & studiô *Davidis Haex* Rom. 1631. in 4tô. Verùm quoniam ex iis & similibus nulla planè redundare ad Theologos potest utilitas, nisi fortè negotium conversionis aliquis promovere in istis locis sive oretenùs sive per scripta aveat, hîc tandem finimus.

CAPUT XI.

De

VERSIONIBUS GRÆCIS.

§. I.

VErsio *Græca* vel est *V. T.* in lingvam *Græcam puriorem* vel *N. T.* in lingvam *Græco-Barbaram* sive recentem, quæ ab antiquâ ferè discrepat, uti

uti *Italica* moderna ab antiqua Latina.

§. 2.

Versiones Græcæ V. T. aliquot numerantur (1. *LXX. Interpretum* (2. *Aquil.* (3. *Symmachi* (4. *Theodotionis* & denique *tres Anonymæ*, quæ vocantur *quinta, sexta, septima.*

§. 3.

Versio LXX. Interpretum hodieque esse fertur. Cœteras in suis *Tetraplis, Hexaplis* & *Octaplis* exhibuit olim Origenes; hodiè non nisi fragmenta quædam dissipata apud Patres reperiuntur, quæ colligere & disponere conati sunt *Flaminius, Nobilius* & *Drusius*, cujus veterum Græcorum Interpretum fragmenta edidit Sixt. Amama; extant & in opere Anglicano *Tom. 6.*

§. 4.

Aquila Ponticus Synopæus primùm è gentili proselytus Christianus, &, cùm à Christianis ob superstitiones repudiaretur, Apostata Judæus factus, duas dicitur edidisse in V. T. Græcas versiones, quarum prima dicta est κατ' ἀκρίβειαν, quod ita morosus in vertendo esset, ut etymologias vocum exprimere conaretur.

Conf.

Conf. ulteriùs R. Afarias *in Meor Enajim p.146.f.* Lud. Cappellus *Crit. S. l. 5. c. 3.* Brian. Walton. *Proleg. 9.* D. Calovius *Crit. Sacr. Diatr. 10 p. 467. edit. nov.* B. Waltherus *Offic. Bibl. 267.* Buxtorf. *Lexic. Talmud. col. 1241.* Hotting. *Thes. Philol. p. 377.* & Spondanus *Epit. Annal. p. 161. num. 1.*

§. 5.

Symmachus natione Samaritanus ad Judæos defecit & fecundò circumcifus eft, tandem tranfiit ad Chriftianos, Ebionitas fectatus. Is Scripturam non verbum de verbo, fed fenfum de fenfu exprimendo tranftulit tempore Severi A. D. 203. fed, ut Theodoretus monuit, malâ fide, utut verfionem tertia vice recognoverit.

§. 6.

Theodotion juxta Epiphanium Ponticus, primùm Chriftianus, quanquam Hæreticus, poft Apoftata Judæus Scripturam tranftulit, uti ferunt, majori fide, quàm cœteri, cui & fragmenta Danielis & alia quædam adfcribuntur. Vixit fub Commodo & verfionem edidit A. D. 184.

§. 7.

Quintæ & *Sextæ* verfionum è terra

 eru-

erutarum Autores ignorantur. Prior inventa prope *Hierichuntem* in doliô A. D. 219. sub Caracalla: Posterior ap. *Nicopolim* A. D. 230. sub Alexandro Mammeæ filio. Conf. Autores citati.

§. 8.

De Versionis LXX. *Autoribus*, *Occasione*, *Tempore*, *Modo*, *Virtutibus* & *Autoritate* nonnihil addendum est, de quibus extat liber Aristeæ, cujus tamen γνησιότης & fides à Doctis in dubium vocatur.

§. 9.

Autores fuerunt Ebræi numerô LXXII. & rotundô LXX. quorum nomina ex Aristéa vel de LXX. Interpp. ap. Sixt. Senens. *l. 4. Bibl. S. p. 376.* & Anton. Possev. *Appar. S. T. 3. p. 205.* nec non Hottinger. *Thes. Phil. p. 306.* recensentur.

§. 10.

Occasio censetur fuisse Epistola & petitum Ptolomæi Philadelphi ad Eleazarum Pontificem Judæorum ex instinctu Demetrii Phaleræi Bibliothecarii, quâ de re conf. Joseph. *l. 12. antiq. Jud. c. 2.*

§. 11.

Virtus paraphrastica LXX. Interpretum præcipua est, quod autores Textum

κατὰ πόδα utcunque premunt, unde & lingvæ Græcæ elegantiam posthabentes stylo suo Hermineutico occasionem fingendæ Dialecto *Hellenisticæ* dederunt, quâ de re vid. Salmasius *Comm. de Hellenist.* Certè pari felicitate Viri Doctissimi suprà *c. 3. p. 79. s.* notati è stylo Vulgatæ versionis Latinæ gentem *Latinistarum* sive Latinorum Ebraizantium exsculpere potuissent.

§. 12.

Vitia tamen versionis hujus absorbent virtutes. Nam infinita occurrunt παροράματα, orta tùm è confusione & neglectu elementorum, tùm integrarum vocum & phrasium distractione, diversarum conjunctione. Imò & loca quædam studiô mutâsse dicuntur, ut 13. illa, de quibus Talmudistæ *in Megilla c. 1. f. 9.* cujus rei culpam quidam in eorum Codicem, quidam in ipsos autores ceu Ebraismi rudiores conjiciunt, ut fusè ostendit Hott. *Thes. l. 1. c. 3. sect. 3. qv. 5.*

§. 13.

Unde sequitur, quod *Autoritas* versionis LXX. interpretum non sit *divina*, neq; verum, inspiratam esse à Sp. S. uti incautiùs Patres quidam & Pontificii asserûere;

 ruêre;

ruère; sed *humanam* & reverâ *exiguam*. Conf. hâc de re Sixt. Amama *Antibarb. Bibl. l. 1. err. gen. 1.*

§. 14.

Novum Testamentum decreto & sumtibus Ordinum generalium Belgii in gratiam hodiernorum Græcorum per columnas editum, ita ut ab unâ parte Textus originalis Græcus, ab alterâ ex adverso translatio in dialectum *recentem Græcam* conspiciatur.

§. 15.

Cœterùm de LXX. Interpretibus plura dabunt è recentioribus præsertim R. Asarias *in Meor Enajim p. 17. s.* Sixt. Senensis *Bibl. §. l. 4.* Ant. Possevinus *App. S. T. 3.* Serarius *Proleg. c. 17.* Bonfrerius *in Praloqv. c. 16.* Salmeron *in Prol. c. 17.* Menoch. *in Prol. c. 11.* Pagninus *Isagog. ad Scripturam c. 9.* Hunnius *de Verbo DEI contra Bellarm. p. 218. s.* Scaliger *Animadvers. ad Chron. Euseb. p. 123. s.* Jac. Usserius Armachaus *Syntagm. de Vers. LXX. Interpr. Lond. 1655.* Joh. Wowerius *Syntagm. de Vers. LXX. Interpretum*, Rivetus *Isag. ad Scripturam Sacram c. 10.* Dn. D. Calovius *Crit. S. Diatr. X. p. 481. s.* B. Walth. *Offic. Bibl. Repos.*

Thec

Thec. 4. Arc. 2. p. 271. f. Joh. Müller. *Judaiſm. Prol. 12.* Schickard. *Bechin. Happ. Diſſ. 3.* Buxtorf. *Anti-Crit. P. II. c. 8.* Hotting. *Theſ. Phil. l. 1. c. 3. ſect. 3.* Sixt. Amama *Antib. Bibl. l. 1. Err. 1.* Joh. Euſeb. Nieremb. *de Orig. Scripturæ Sacræ l. 12. c. 2. ſ.* Joh. Lightfoot *Annot. in Act. p. 274. ſ. edit. Carpzov.* Brian. Walton. *Prol. 9. & Diſſert. de LL. OO. §. 60. ſ.* Joh. Hoornbeek *de Conv. Jud. Prol. p. 49.* Joh. Leusd. *Phil. Ebræo-mixt. Diſſert. 2, 3. & 4.* Henr. Kipping. *Exerc. de Scripturâ Sacrâ p. 35.* & alii.

SECTIO II.
PROBLEMATICA.
QVÆST. I.
Quo Codice in vertendo uſi ſint LXX. Interpretes?

Reſp. LXX. tranſtuliſſe è Targumim quorundam Ebræorum aſſertio eſt. Contrà autem Sixt. Senenſ. *Bibl. S. l. 4. p. 305.* Targumiſtas quædam à LXX. mutuatos contendit. Wilhelm. Poſtellus *T. 2. LL.* Lud. de Dieu *ad Mat. XIX. 5.* Joh. Seld. *de Mari clauſo p. 37.* & Hotting *Theſ. Philolog. p. 296.* volunt eos uſos eſſe Pentateucho Samaritano ob miram verſionis LXX. & Pentateuchi ejus harmoniam.

Alii autem ex eodem capite Pentateuchum Samaritanum è Verſione LXX. Interpp. pronatum volunt. Nos nullam videmus cauſam, cur ſtatuendum ſit LXX. Interpp. aliô quàm Ebræô Codice uſos eſſe, neque verò ex hodierná verſione, quæ ſub nomine iſto venditatur, de verâ LXX. Interpp. translatione eſt judicandum.

Qvæst. II.

An LXX. ſolum Pentateuchum transtulerint?

Reſp. Id volunt Ioſephus *Præf. Antiq.* Hieronymus *paſſim*, Claudius Salmaſius *Comment. de Helleniſtica*, Schickard. *in Bech. Happ. p.38.* aliique. Plerique autem totam Scripturam Sacram V. T. ab iis translatam aſſerunt, quod & curioſitas & inſtitutum Ptolomæi, tùm citationes N. T. tùm conditio Judæorum Ægyptiorum confirmare videntur.

Qvæst. III.

An verſio fuerit miraculoſa?

Reſp. Sunt, quibus placet fabula de cellulis, quibus ſeorſim incluſi fuerint Interpretes, & tamen cùm ſegregatim tranſtuliſſent, ne uno apice inter ſe diſcreparint. Sed iſtam fabulam Hieronymus

nymus & alii exploſerunt. Conf. Hotting. *Theſ. l. 1. c. 3. ſ. 3. qv 8.*

Qvæst. IV.

An Sp. S. in N. T. ſemper uſus ſit verſione LXX. Interpretum?

Reſp. Volunt nonnulli uſum eſſe eà etiam non correctâ, tantummodò ideò quod Vulgata eſſet. At è teſtimoniorum collatione patet, Spiritum Sanctum in N. T. jam uſum eſſe LXX. Interpp. verſione, jam Textum Ebræum κατ πόδα expresſiſſe aliter quàm LXX. jam in verbis ab utrisque diſcrepare, quia ut aliàs quilibet, ita etiam Sp. S. eſt optimus verborum ſuorum arbiter & interpres: inde jam verba ſemel prolata invariata repetit; jam LXX. translationem, ubi nil falſi habuit, ob provulgatum ejus uſum retinuit; jam quædam pro diverſo ſcopi & auditorii reſpectu variavit. Conf. cumprimis Dn. D. Calovius *Crit. S. Diatr. XI. p. 496. edit. nov.*

Qvæst. V.

An verſio LXX. Interpretum hodiè ſuperſit?

Affirmant multi, præſertim Cappellus; Dubitant alii non ſine rationibus, uti Druſius *Obſ. l. 6. c. 9.* Si dicendum, quod

 res

res eſt, verſio Græca, quæ hodiè ſub nomine LXX. Interpp. circumfertur, è variis verſionibus Græcis conſarcinata eſt atque interpolata: (1. *Ob infinitas à Textu diſcrepantias*, LXX. Viris Ebræis vix adſcribendas. (2. Quia loca illa à Talmudiſtis *in Megilla c. 1. f. 9.* adducta in hodierna verſione Græca ita non habentur. Interim tamen rudera quædam ſupereſſe ejusdem è citationibus N. T. & veterum non abnuimus. Conf. jam porrò Druſius *Obſerv. l. 6. c. 9.* Pagnin. *Iſag. ad Scripturam c. 9.* D. Calovius *Crit. Sacr. p. 606 ſ.* Wilh. Schick. *Bechin. Happ. p. 39. ſ.* Glaſſ. *Phil. S. p. 41. ſ.* Müller. *Judaiſm. Proleg. 12. p. 85.* Hotting. *Theſ. Phil. p. 344.* Rivetus *Iſag. p. 140.* Wowerius *Synt. de LXX. Interpr.* Alting. *Theol. Hiſt. Loc. 2.* Cártwrigtus *in Geneſ. p. 287.* Salmaſ. *de Helleniſt. p. 243.* Jacob Uſſerius *de Verſ. LXX. Interpp.* Buxtorf. *de Antiqu. Punct. p. 122.* Leusden. *Phil. mixto p. 32.* Wasmuth *Vind. Ebr. p. 118.*

CAPUT XII.

DE VERSIONE VULGATA CÆTERISQVE LATINIS.

SECT.

SECTIO I.
APHORISTICA.

§. 1.

VErsiones Latinæ vel *antiquiores* sunt, vel *recentiores*. Ex *Antiquioribus* præter *Italam* veterem & *Hieronymianam* celebris est, quæ *Vulgata* dicitur. *Recentiores* editiones vel *in totam Scripturam* vel *in N. T.* tantùm sunt istæ: E Pontificiis *Sant. Pagnini*, *Isidori Clarii*, *Ben. Ariæ Montani*: è Reformatis *Seb. Münsteri*, *Tigurinorum*, quæ sub nomine Vatabli circumfertur, *Sebast. Castalionis*, *Eman. Tremellii* & *Franc. Junii*: è Nostratibus *Lucæ Osiandri*. In N. T. extant versiones *Erasmi* & *Bezæ*.

§. 2.

Vulgatæ autor perhibetur Hieronymus, qua de re infrà.

§. 3.

Facta est non semper ex Ebræo, sed quandoque ex LXX. (quod vel Psalmorum translatio evincit) quandoque ex aliis versionibus expressa & compilata.

§. 4.

Quanquam autem suis non careat *dotibus*, laborat tamen infinitis penè *vitiis* (1.) *Grammaticis*, uti præ aliis evidentissi-

 mè

mè oſtenderunt Ægid. Hunnius *de V. D. contra Bellarm l. 2. c. 14.* & D. Himmelius *Tract. de Ivoc. Sanct. contra Nihuſ.* quamvis Hunnium refellere conatus ſit Albericus Gentilis Anglus. (2) *Hiſtoricis*, (3) *Typographicis*, (4) *Chronologicis* (5) *Theologicis*, quorum Catalogum præviis Chemnitio, Gerhardo & Witakero texuit Walth. *Offic. Bibl. §. 383. ſ.* quo concinnior videtur recenſus Dn. D. Calovii *Crit. S. Diatr. 9. p. 334. ſeq.* ut jam παρεϱμηνείας omnis generis alias mittamus, quarum ſpecimen è Pentateucho dedit Sixt. Amama Cenſura V. Verſionis in Pentateuchum & Iſid. Clarius ſe ex eâ errorum octoginta millia annotaſſe ait.

§. 5.

Indigniſſimum proinde facinus fuit, quod Patres Concilii Tridentini *Seſſ. 4. decr. 1. & 2.* illam verſionem pro avthentica & irrefragabili habendam ſub anathemate ſanxerunt.

§. 6

Cumque eadem editio vulgata præter infinitas παρεϱμηνείας etiam ita depravata eſſet Typographicis librariorumque erratis, ut exempla ejus οἷς διὰ πασῶν diſcreparent,

parent, hinc Sixtus *V. Novam* &, ut existimabat, correctissimam editionem, quæ *Sixtina*; post eum autem Clemens VIII. abolitâ Sixtinâ iterum *novam*, quæ *Clementina* vocatur, procuravit, quâ de re conferri meretur *Jamesii Bellum Papale*.

§. 7.

Sanctis Pagnini Lucensis, ordinis Prædicatorum, Versio Latina Textum religiosè premit, B. Luthero visa & probata, suis tamen haud caret nævis, uti ostendit Franz. *Præf. Tract. de Interpret. Scripturæ Sacræ*. Conf. Walth. *Offic. Bibl.* §. 436. Sanè ipse B. Lutherus *T. 8. Gen. Germ. de Schemhamph.* sub finem ita judicat: Daß die zween feine Männer Sanctes und Münsterus studio incredibili & diligentiâ inimitabili die Biblia gedolmetschet / viel gutes damit gethan / aber die Rabbinen seyn ihnen etwas zu mächtig gewesen.

§. 8.

Isidorus Clarius Brixianus Abbas Benedictinus & Episcopus Fulginas. Ebraicè doctissimus, non tám novam fecit versionem, quàm Vulgatam à mendis purgavit, indeque parvam à Pontificiis retulit gratiam. Walth. *Offic. Bibl.* §. 437.

Cl

Cl. Polus *Præf. Syn. T. I.* plagiarium Münsteri vocat & inclementissimè perstringit inter alia dicens, *si in illâ Republicâ vixisset, ubi ingeniosis furibus impunitate concessa, imperitis tamen & segnibus pœna capitis statuebatur, ad furcam procul dubio damnatum fuisse.*

§. 9.

Ben. Arias Montanus Hispalensis, Versionem Pagnini ad Textum Ebræum castigatam Bibliis Regiis & Textui interlinearem inseruit, sua laude non defraudandus, etsi sæpè Pagnini errores retineat, quandoque & augeat. Walth. *Offic. Bibl.* §. 438.

§. 10.

Sebastianus Münsterus jam ante Pagninum Anno superioris seculi 25. Versionem Latinam Bibliorum edidit, stylo quidem valdè horrido & Latinis auribus ingrato, ad Textum tamen ad amussim expresso. Conf. Walth. *Offic.* §. 440. & Polus *l. c.*

§. 11.

Contrarius ipsi *Seb. Castalio* non verbum verbo sed sensum sensu transferre conatus & Latinitatis puræ amantibus gratificaturus Ciceronianam elegantiã affe-

affectavit in vertendo, sed Textum quandoque nimis deseruit, quâ de re Sixt. Senensis *Bibl. Sanct. l. 8.* & Jac. Gaffarell. *qv. Pacif. p. 105. & 106.* legendi. Quanquam illud falsum sit, quod DEUM ab ipso *Jovem* appellari scribunt, quem *Jovam* (nomine ex יהוה deducto) potiùs reddere voluit. Commendat aliàs eum non abs re Cl. Matth. Polus *Præf. Tom. 1. Syn.* quod *sensum plurimis in locis perspicuè, purè, eleganter & fideliter exprimat & magnas non raro difficultates versione suâ feliciter solvat.*

§. 12.

Versionis Latinæ *Tiguri* adornatæ auspicia fecit *Leo Juda* non quidem gente Ebræus, Ebraismi tamen notitiâ nec ipsis Ebræis concedens, qui morte præventus quædam abs se non translata reliquit, adjecta deinceps à Theodoro Bibliandro. Ea versio à Rob. Stephano, suppressis Autorum nominibus unà cum Vulgata & Amstel. Franc. Vatabli edita est, unde ipsa Versio *Vatabli* vulgò dici solet. Walth. *Offic. §. 441.* & Bootius *Ind. Animadv.* De ea ex verô Cl. Polus ait: *Versio hæc summâ eruditione & magno judicio confecta, Hebraici Textûs licet*

verba

verba non semper exprimat, at sensum in plerisque & maximè in difficillimis locis ingeniosè simul & fideliter reddit. Porro proprietate & puritate sermonis, perspicuitate atque elegantiâ styli reliquisque bonæ traductionis virtutibus vel cum primis contendere potest.

§. 13.

Denique *Eman. Tremellius* ex Judæo Christianus & Franc. Junius conjunctis operis versionem evulgarunt & propter fidem summam in sectando textu & propter Notas additas commendatissimam. Walth. *Offic.* §. *443.* Matth. Polus *T. 1. Syn. Pr.*

§. 15.

Inter Nostrates *Lucas Osiander* non tàm novam fecit versionem, quàm Vulgatam correxit maximè ad mentem B. Lutheri, additis etiam Notis suis. Opus totum magnoperè commendatum, commendatius tamen, si autori alicubi Textûs Originalis, quàm Versionis B. Lutheri potior fuisset ratio. Conf. Walth. *Offic.* §. *434.* & Dn. D. Calovius *Præloqu. T. 1. Bibl. Illustr. p. 12. s.*

§. 15.

§. 15.

Erasmi & *Bezæ* Versiones in omnium manibus versantur & hic illô in plurimis dexterior, nisi hypothesibus servire voluisset. Walth. *Off. Bibl.* §. *445, 446.* Verùm de Versionibus Latinis SSæ, præsertim verò *Vulgatâ*, plura dabunt Gerhardus *Exeges. L. 1.* §. *512. f.* Joh. Wowerius *Syntagm. de Græcâ & Lat. Interp.* Ægid. Hunnius, Wilh. Wittakerus, Sibrandus Lubertus & Franc. Junius *de V. D. contra Bellarm.* Thom. Jamesius *Bell. Papali*, Andr. Rivetus *Isag. Sacr. c. 12.* Dan. Chamier *Panstr. T. 1.* Sixtin. Amama *Cens. Vulg. Vers. in Pentateuch. & Antib. Bibl. lib. 1.* Hotting. *Thes. Phil. l. 1. c. 3. sect. 3.* B. Waltherus *Offic. Bibl. Reposit. priori Th. 4. Arc. 5.* (qui & de cœteris prolixè egit §. *432. f.*) Calov. *Crit. S. fusissimè Diatrib. IX. p. 282. f. edit. noviss.* Conrad. Dietericus *Diatr. peculiari*, Caspar. Waserus *Thesibus de Version. Bibl.* Henr. Kipping. *de SSa, Exerc. 36.* &, qvi cum Judicio legendi sunt, Pontificii, Wilh. Lindanus *de optimo genere interpretandi l. 1.* Sixt. Senensis *Bibl. Sanct. l. 8.* Fortunatus Fanensis *de translationibus SSæ.* Decretum Tridentinum pro vulga-

Vulgata Verſione ex profeſſo defendit Chriſtoph. à Sacro Buſto, cui tamen vel ſolus opponi poteſt Sixt. Amama.

SECT. II.

PROBLEMATICA.

Qvæst. I.

An Hieronymus ſit autor Vulgatæ Verſionis?

Negatur (1.) quia Hieronymus teſtatur, ſe Scripturas vertiſſe cum Ebraica veritate exactè conſentientes, quod de Vulgata dici nequit. (2.) Qvia Hieronymus in ſuis Commentariis SSæ loca longè aliter vertit atq; Vulgata. (3.) Hieronymo autori Latinitatis non ſpernendo non potuerunt excidere tot ſolœciſmi, quot in Vulgata notare licet. Sed conf. ex autoribus citatis imprimis Amama, Hottinger & Waltherus *Offic. Bibl.* §.374.*ſ.*

Qvæst II.

An Verſio Vulgata à Concilio Tridentino rectè ſit canonizata?

Negatur (1) Quia nulla verſio humanis facta auſpiciis eſt vel fieri poteſt avthentica. (2.) Qvia eſt vitioſiſſima, ut in cenſura ſua probavit & in Antib. contra Marſenium obtinuit Sixt. Amama.

Plura

Plura in re planâ non addimus. Otia hîc nobis & aliis fecit Magnif. Dn. D. Calovius *Crit. Sacr. Diatr. 9. tot.* qui etiam exponit, quibus modis suo loco æstimari aliisque Latinis editionibus anteferri queat *§. 85. p. m. 460.*

Cap. XIII.

De VERSIONIBUS EUROPÆIS VERNACULIS.

SECTIO I. APHORISTICA.

§. 1.

Versiones Vernaculæ vel sunt *à nostrâ natione* vel *ab aliis*. Hujusmodi variæ sunt, è quibus eas ex *Europæis* dabimus, quæ nobis innotuere. Plura peti possunt ex Alstedio *Thes. Chronol. p. 115. s.* ubi *Chronologia Versionum* habetur, & Arnoldo Bootio *in Indice Animadv.* Cœterùm *de Americanis* translationibus nil adhuc certi habemus. Versionem tamen pericopes subjectæ in nonnullis suppeditavit Ath. Kircherus.

§. 2.

Hispanicæ Versiones celebrantur tres:

 Prima

Prima à *Judæis* Ferraræ edita, sed scabra admodum & ineptè superstitiosa. Secunda *Cassiodori de Reyno* edita Anno 1569. quæ Pagninum fermè sequitur, ita tamen ut difficilioribus suo judicio utatur; ait verò autor in Præf. se duodecim annos in editione ista adornanda fuisse occupatum. Tertia eadem est, sed recognita à *Cypriano de Valera* & edita Amstelodami A. 1602. Conf. Arnoldus Bootius *Indic. Animadv. V. T.*

§. 3.

Italicam Versionem A. 1538 Venetiis dederat *Antonius Brucciolus*, ea verò è Pagnino præsertim & Vatablo recognita est A. 1562. à *Franc. Durone:* & denuò A 1607. à *Joh. Diodati*, additis non contemnendis per marginem Scholiis.

§. 4.

Gallicam fecit *Petrus Robertus Olivetanus*, *Noviodunensis Picardus*, editam Neocomi Anno 1535. dantibus sumptus Waldensibus. Eam Pastores Genevenses è Textu & optimis versionibus refinxere additis Scholiis, quæ Versio vulgò *Genevensis* dicitur A. 1610. quâ Reformatæ Ecclesiæ omnes per Galliam utuntur. Et jam alia *Lovaniensis* ad Vulgatam fa-

cta

ctaeſt. Conf. Mich. Neander *Append. Erotemat.* Ebr. *p.* 417. & Bootius *l. c.*

§. 5.

Anglicæ Verſiones ſunt diverſæ: notior eſt *Genevenſis*, quæ Genevæ ab Anglis ibi ſub perſecutione Mariana exulibus magnâ cum curâ è Textu facta eſt A. 1560. Autores *Miles Converdale, William Wittingham* & Anton. Gilbius, cui Eliſabetha Verſionem Epiſcopalem (The Biſchops Bible) opponi curavit, procuratam virorum aliquot doctorum ope per Archiep. Cantuarienſem *Parkerum*. Succeſſit deinde *Verſio Regia*, juſſu Regis doctiſſimi *Jacobi* A. 1611. facta, qui *Epiſcopalem* quidem abolendam, neque tamen *Genevenſem* retinendam ratus eſt ob unum alterumque in Scholiis locum Regiæ poteſtati ἀνυπευθύνῳ parùm faventem, unde novam de integro verſionem fieri curavit, ope diverſorum virorum doctorum, quorum cuique ſuum penſum attributum erat (*Conf. Acta Synod. Dordr. p.* 27.) ſunt & aliæ Verſiones Anglicæ, omnibus iſtis antiquiores ac jam ſub regno *Henrici VIII.* verùm è Latinis modò translationibus, non ipſo originali Textu factæ (autoribus *N. Tindale,*

dale, *N. Matthæo* aliisque) de quibus conf. Foxius *in Hist. Martyrum* & Bootius *l. c.* Extat quoque Versio *Cambro-Britannica* sive *Wallica*, edita Londini A. 1588. ut & *Hybernica*, quæ quà V. T. à *Wilhelmo Bedwel*, Anglo Kilmoriæ in Hybernia Episcopo facta est, cùm Versio N. T. dudum antè à *Wilhelmo Usserio* Dublicensi Equite aurato esset procurata per virum doctum, quem domi alebat.

§. 6.

Versio *Belgica Vetus* expressa erat è Luthero, quam in libro Biblische Conferentzien perstrinxit Sixt. Amama. At *recentior* curantibus Ordd. Fœderatis Belgii ex Decreto Synodi Dordracenæ (conf. *Acta p. 26. f.*) à multis doctissimis Viris ex ipso Textu originali facta & A. 1637. cum elegantissimis Notis edita est, de quâ plura dabunt Amama *l. c.* & Leusden. *in Phil. Ebr. mixto.*

§. 7.

Danica Versio prima est *M. Johannis Michaëlis*, edita Lipsiæ A. 1524. at *recentior*, auspiciis *Christiani IV.* edita nulli facilè versionum cedit. Conf. Bangius *Cœl. Or. p. 207.* Porrò *Islandica* Versio edita

edita Holumiæ A. 1584. & A. 1644. è Lutherô transfusa est, de qua conf. Argrimus *de Script. Islandiæ p.155.* ubi & docet, lingvam *Islandicam* esse veterem *Norwegicam* sive *Gothicam*, in quam aliàs Versionem Scripturæ Sacræ adornasse dicitur *Ulphilas* Episc. Gothorum apud Sozom. *l. 6. c. 37.*

§. 8.

Hungaricam primùm adornavit *Casp. Carolus* & recognovit *Albertus Molnar* Szenziensis Ungarus.*

§. 9.

Polonicam & *Lituanicam* Scripturæ S. translationem per viros doctos procuravit *Nic. Ratzivil* Dux Olicæ & Palatinus Vilnensis. Conf. Micrælius *Hist. Eccl. l. 3. p. 551.*

§ 10.

Versio *Bohemica* N. T. cum 10. aliis sc. Syriaca, Ebraica, Latina, Germanica, Italica, Hispanica, Gallica, Anglica, Danica, Polonica & Textu edita est ab Elia Huttero Tomis duobus.

§. 11.

Svecicam Versionem fecit *M. Laurentius Petri* ArchiEpiscopus Upsaliensis (discipulus B. Lutheri & *Mich. Agricola*

Ep. Aboënſis in Finonia N. T. tranſtulit *Finnonicè*. Aliam verò Verſionem V. & N. T. *Finonicam* circa A. 1648. edidit *D. Eſchillus Petræus* Epiſcopus Aboënſis. Extat itidem Pſalterium & alia nonnulla *Lapponicè*. Conf. Micrælius *Synt. Hiſt. Eccl. L.3. p. 457. 530.* & Manuale *Lapponicum*, quod Holmiæ evulgavit *Joh. J. Tornæus Bothn.* 1648.

§. 12.

Dalmatæ ſuam, quam habent, Verſionem hodieque Hieroymo tribuunt.

§. 13.

Croaticam Verſionem *Joh. Ungnadius Sonnekius* per viros doctos curavit, teſte Thuano *l. 36.*

§. 14.

Exſtant & Biblia *Moſcovitica*, ſed ut videtur, è Græca τῶν LXX. potiùs quàm Vulgata (quæ mens videtur Bangii *Cœl. Orient. p.* 207.) expreſſa.

§. 15.

Germanicæ Verſiones aliquot prodiere ante Lutherum Norimbergæ A. 1477. & A. 1483. & Auguſtæ A. 1518. quæ pro ratione iſtius ſeculi exprimunt Vulgatam & à gratâ lingvæ vernaculæ elegantiâ nimium quantum diſcedunt, ut infrà vide-

videbimus. Conf. Dn. D. Calovius *Bibl. Illustr. T. 1. Præloqv. p. 4. f.*

§. 16.

Poſtmodum B. *Lutherus* Verſionem primùm in N. T. deinde in cœteros Scripturæ Sacræ libros particulatim, tandemque conjunctim & identidem correctam ultimò A. 1545. edidit, quæ poſteà vel millies repetita.

§. 17.

Cœterùm Lutherum communicatis cum Viris doctis ejus temporis *Pomerano, juſtô Jonâ, Melanchtone, Crucigero, Martino Aurogallo, Bernh. Zieglero & D. Förſtero* conſiliis expediiſſe Verſionem teſtis eſt Mattheſius *Conc. 13. de Vita Lutheri.*

§. 18.

Secutus eſt B. Lutherus Textum Originalem & laudabili conatu & inimitabili ſucceſſu non tàm verbum verbo, quàm ſenſum ſenſu exprimere voluit, & hac venia legendam ſuam Verſionem teſtatus eſt Epiſtolâ vom Dollmetſchen.

§. 19.

Poſt Lutherum N. T. *Emſerus*, at totam Scripturam *Dietenbergerus* tranſtulit & ſtylo horrido & planè ad Vulgatam,

neque unquam pejus uterque, nisi ubi à Luthero divortium fecêre.

§. 20.

Sed & *Joh. Piscator* Herbornensis novam fecit Versionem, Junium per omnia ferè secutus, quare, præterquam quod multa ad suas hypotheses accommodavit, in plurimis à Junio decept⁹ est, Germanicis auribus ingratior accidit. De eá conf. ex professo Paulus Roderus & Petrus Piscator Prof. Jenensis, Joh. Himmelius *P. I. Harm. Calvino-Pap. p. 18.* Item Walth. *Offic. § 512.*

SECTIO II.
PROBLEMATICA.

QUÆST. I.

An Versio Lutheri ab omni errore sit immunis?

Versionem Lutheri maximè æstimamus, at impeccabilem negamus. Notârunt quædam ipsi Nostrates, præsertim Walth. *Offic. p. 393. s.* & Dan. Fesselius *Promptuar. Bibl. p. 527. 539. s.* & per latus Versionis Belgicæ prioris Lutherum flagellat Sixt. Amama *Collat. Bibl.* ut ut illi in plerisque iniquior. Interim indignissimis modis Versionem Lutheri tractârunt Pontificii *Melch. Zangerus* integro

tegro Scripto, cui Vindicias opposuit *Michael Beringerus* (conf. & Dn. D. Calovius *Præloqv. gener. T. 1. Bibl. Illustr. p. 6. f.* ita & *Holzai* Jesuita, contra quem de Versione Lutheri Disputationes edidit *D. Georg.* Greßhain Prof. Erfurtinus (conf. & Gerhard. *Exeg. L. 1. §. 521.*) & ipse B. Lutherus luculentam edidit Apologiam pro versione loci *Rom. III, 24.* ubi exclusivam allein adhibuit. Sanè non desunt rationes, quibus B. Lutheri Versio omnib⁹ cœteris Versionibus, quæ nunc extant, anteferenda videtur, sive *fidem* & *diligentiam*, sive *dexteritatem* & *perspicuitatem* spectes, quæ tanta est, ut multorum commentariorum vicem supplere queat, sive denique *elegantiam* sermonis vernaculi, unde *hoc opere nihil in hoc genere solem vidisse elaboratius* meritò judicat Luc. Osiander *Præf. T. 1. in Bibl.* cujus legendæ gratiâ Franc. Dryander Hispanus Germanicam lingvam didicit; cui etiam Joh. Sturmius hoc tribuit elogium. *Si religionis restitutio non esset, si nullæ conciones ejus* (Lutheri) *exstitissent, si nihil scripsisset aliud, quàm ea, quæ in V. & N. T. translata divulgavit, tamen summa ejus & perpetua in hoc labore*

bore deberet extare gloria. Si enim hujus Germanicæ translationi cæteræ Græcorum, Latinorum, aliorumque comparentur, cedere coguntur perſpicuitate, puritate, proprietate, ſimilitudine Hebraicæ originis. Credo ut Apellem nemo legitur pictorum ſuperâſſe, ita nec Scriptorum quidem quisquam Lutheri Verſionem poterit vincere. Plura dabunt Waltherus *Offic. §. 449 ſeqq.* Melch. Sylveſter Eccardus *in Studioſ. Theol. p. 142. ſ.* qui Verſiones Germanicas ante Lutherum & ipſius Lutheri ceu tenebras & lucem differre ὀφθαλμοφανεῶς oſtendit, unde ſpeciminis loco unum ſaltem vel alterum teſtimonium in rei fidem adducemus, ut pateat, quàm malam Luthero referant gratiam, qui abjectiùs de Herculeo ipſius labore judicant. *Gen. 26. v. 1.* Verſio antiqua Ao. 1483. Norimb. expreſſa ita transfert: Aber Hunger warde geboren auff der Erde/ nach der Unperhafftigkeit. Lutherus ſic: Es kam aber eine Theurung ins Land über die vorige. *Exod. I. v. 14.* Und führten ihr Leben zu der Bitterkeit/ mit den harten Wercken des Koths. Luth. Und machten ihnen ihr Leben ſauer mit ſchwerer Arbeit im Thon und Ziegeln. *Judic. 5. v. 25.*

v. 25. Dem Eyschenden das Wasser gab sie die Milch und in dem Kopff der Fürsten/brach sie die Buttern. Luth. Milch gab sie/da er Wasser fodert / und Butter brachte sie dar in einer herrlichen Schalen. *1. Sam. 26. v. 25.* Mein Sohn David/du bist gesegnet / und thuend thustu und vermügend magstu. Luth. Gesegnet seystu/ mein Sohn David/du wirsts thun und hinaus führen. *Hiob. c. 3. v. 5.* Die Tunckele bekümer in und er werde eingewickelt mit Bitterkeit. Die vinster Windsprewl besitze die Nacht. Luther. Finsternüß und Dunckel müsse ihn überwältigen / und dicke Wolcken müssen über ihn bleiben/und der Dampff am Tage mache ihn greßlich. Die Nacht müsse ein Dunckel einnehmen. *Cap. 4. v. 12.* Aber zu mir ist gesagt ein verborgenes Wort / und als dyelich empfieng mein Ohr die Adern seiner Rawnung. Luther. Und zu mir ist kommen ein heimlich Wort / und mein Ohr hat ein Wörtlein aus demselben empfangen. *c. 12. v. 23.* Der da manigfaltiget das Volck und verlewsset sie. Und wieder schicket die verwohrten in Gantzheit. Luth. Er macht etliche zum grossen Volck / und bringet sie wieder umb. Er breitet ein Volck aus/ und

und treibers wieder weg. Paucula addemus è versione Psalterii eâdem & alterâ Joh. Böschenstainii edita A. 1523. *Psal.* 2. *v.* 4. Der da wonet in den Hymeln/ wird sy verspotten. und der Herr wird sy verkrummen. Luth. Aber der im Himmel wohnet / lachet ihr / und der Herr spottet ihr. *Ps.* 5. *v.* 6. Sie werden nicht sich stellen die Schölligen zugegen deinen Augen/ du hast gehasset alle Würcker des Ubels. Luth. Die Ruhmrätigen bestehen nicht für deinen Augen / du bist feind allen Ubelthätern. *Psal.* 7. *v.* 14. Und zu ihm hat er berait Geschirr des Tods/seine Pfeile zu den Jagenden wird er wircken. Bib. Antiqv. Und er bereit in die Vaß des Tods. Er macht sein Geschoß den Brinnenden. Luth. Und hat drauff gelegt tödtliche Geschoß / seine Pfeile hat er zugericht zu verderben. *Psal.* 23. *v.* 5. Du hast feist gemacht mein Haupt / mein Becher ist ersettiget. Bib. Antiqv. Du ervevstest mein Haupt in dem Oel / und mein Kelch macht truncken/wie lauter er ist. Luth. Du salbest mein Haupt mit Oele / und schenckest mir voll ein. *Psal.* 32. (al. 33.) *v.* 14. Von der Beraitung seines Gefäß hat er thon lugen zu allen Sitzern des Erdreichs.

Luth.

Luth. Von seinem festen Thron siehet er auff alle/ die auff Erden wohnen. *Psal.57.* (al.58.) *v.9.10.* Als ein Sturmwasser zerget/ wird er hingan / als ein Verwerffung der Frauen haben sie nit gesehen die Sunnen. Ehe dann verstan werden ewre Dörner den grossen Dorn/ wie ein wilds Thier also der grim Zoren wird ihn verstürmen. Bib. Ant. Sie werden abgenummen / als das Wachß/ das da fleusset auff das Felt das Fewr. und sie sahen nit die Sunnen. Ehe dann ewre Dörn vernamen das lind Kraut. als die lebendigen / also verwüstet er sie in dem Zorn. *Luth.* Sie vergehen wie eine Schneck verschmachtet / wie eine unzeitige Geburt eines Weibes sehen sie die Sonne nicht. Ehe ewre Dornen reiff werden am Dornstrauch / wird sie dein Zorn so frisch wegreissen. *Psal.67.*(al.68.) *v.14.* Ob ihr werdend liegen zwischen dem Gemärcker/ so seyn die Flügel der Tauben bedeckt mit Silber / und ihre Feder in der Gilbe des Golds. Bib. Ant. Ob ihr schlaffet zwischen der mitt der Gelehrten die Federn der Tauben versilbert. und die Hinderstẽ Theil ihres Rücken in der bleyche des Golds. *Luth.* Wenn ihr zu Felde ligt/ so gläntzets als der Tauben Flügel/ die wie Sil-

Silber und Gold schimmern. Ex qua breviſſima collatione facilè patebit, quantam lucem diſcutiendis hiſce tenebris intulerit Lutherus.

Qv. II.

An Lutheri Verſio corrigi debeat?

Reſp. Corrigendam eſſe, ubi errat, nemo negârit, duabus tamen adhibitis cautionibus (1) Ne corrigatur, ubi mendum non eſt ſatis manifeſtum. (2.) Ne id fiat cum ſcandalo vel etiam damno infirmorum. Sic deteſtandi Reformatorum quorundam conatus, qui Verſionem Lutheri ad ſua placita corruperunt. Qua de re videatur Walth. *Offic. §. 506. ſ.* Monendus quoque videbatur *Nonnemo* correctioni Verſionis Lutheranæ nunc ſuppreſſæ præfectus (1.) ne in iis locis corrigeret Lutherum, ubi ejus Verſio non correctionem ſed laudem merebatur, & vel defendi debebat vel excuſari poterat. (2.) ut correctiones ſuas in margine inſtar notarum adderet, ne interpolaretur ipſa Verſio, quod B. Lutherus toties eſt deprecatus. *Omnia poſſum ſed non omnia expediunt.* Verùm maneant iſta per nos ſepulta.

Cœte-

Cœterùm non putamus ingratiis le-
ctoris fore, si hîc quasi coronidis locô
[illegible]

SYRIACÈ: ܡܢ ܡܕܢܚܝܗ ܕܫܡܫܐ ܘܥܕܡܐ ܠܡܥܪܒܝܗ ܡܫܒܚ ܗܘ ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ :

ARABICÈ: مِنْ مَشَارِقِ ٱلشَّمْسِ إِلَى مَغَارِبِهَا تُبَارِكُ ٱسْمَ ٱلرَّبِّ

ÆTHIOPICÈ: አም ሠረቀ ፡ ፀሐይ ፡ ወእስከ ፡ ዐረበ ፡ ይትአኰት ፡ ስሞ ፡ ለእግዚአብሔር ፡፡

SAMARITICÈ: ࠌࠌࠆࠓࠇ ࠔࠌࠔ ࠏࠃ ࠌࠁࠅࠀࠅ ࠌࠄࠋࠋ ࠔࠌ ࠉࠄࠅࠄ :

PERSICÈ: اَز مَشرِق تا مَغرِب بُزُرگوار است نام خداوند

Cœterùm non putamus ingratiis lectoris fore, si hîc quasi coronidis locô specimen quoddam variarum translationum Sacræ Scripturæ in lingvas propemodum totius universi è *Psalmo CXIII. v. 3.* subjungamus, ubi peregrinas suis literis seorsim in ære exprimendas curavimus, (quibus etiam in gratiam φιλογλώττων Alphabetum Illiricum N. nec non Ruthenicum O adjecimus) qvasdam verò lingvas, in quibus vix liquet, num extent versiones ullæ, vel aliunde vel pro nobis utcunque supplevimus.

TEXTUS EBRÆUS.

מִמִּזְרַח—שֶׁמֶשׁ עַד־מְבוֹאוֹ מְהֻלָּל שֵׁם יְהוָה:

Chaldaicè : מִמַּדְנַח שִׁמְשָׁא עַד מִטְמְעֵיהּ מְשַׁבַּח שְׁמָא דַיְיָ:

Syriacè : מֶן מַדְנַחוּהי דשִׁמְשָׁא עַדְמָא לְאַעְרָבוּהי רַב הַו שְׁמֵה דמָר יָה:

Samariticè : מִמַּדְנַח דִּשְׁמְשָׁה עַד מַעַר בֵּיהּ יִתְרְהַם שְׁמֵה דְמָארִי:

Arabicè : Mim Mæschariki - schschämsi ila magaríbiha tabáraca-Smo-Iláhi.

Æthiopicè : Ymsyráka : zahai : wayskan : arab ; iytakuat : symu ; laygziabher.

Persicè : Es meschrik ta machrib situdeh basched nam chodawend.

Tur-

Turcicè: Maſchrikden magribge ad Allah ugilegekdur.

Armenicè: Zareveliz mincceu i muds arevú orhniale anun dearn.

Copticè: ϵϨολϩεν ϯμετϢαι ντεπιρη ϩαϩι ϯθυσια γεευλογιν πιραν νπος.

Ibericè ſ. Georgianè: Nargzo zauli cucht timues ulinau sli patr-no.

Sinicè: Yn' gē tūm y' gē ſy San mîm tá chù.

Græcè: ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίȣ μέχρι δυσμῶν αἰνετὸν τὸ ὄνομα κυρίȣ.

Latinè: A ſolis ortu usque ad occaſum laudabile nomen Domini.

Italicè: De levante in ſino al ponente, è lodeuole il nome di Dio.

Sardicè: Dae ſu levante á ſu ponente laudabile ſu nomen du Sennor.

Hiſpanicè: Des de oriente haſta el occaſo es venerado el nombre Sennor.

Luſitanicè: Do naſcer ao por do ſol loũũaũel h'e o nome do Senhor.

Gallicè: Du levant jusques au ponent, le nom du Seigneur ê glorifié. *Verſ. Genev.* Le Nom de l'Eternel eſt digne de louange depuis le ſoleil leuant jusqv'au ſoleil couchant.

Germanicè: Von Auffgang der Sonnen biß

L.

TURCICÈ مشرقدن مغربه دك الله آدى مبارك اوله

ARMENICÈ Յարեւելից մինչեւ ի մուտս արեւու. օրհնեալ անուն Տն ⁘

COPTICÈ: ⲈⲂⲞⲖ ϦⲈⲚ ϮϨⲀⲈⲦ ϢⲀ ⲚⲦⲈ ⲠⲒⲢⲎ ⲈϮⲀⲨⲤⲒⲤ ⲤⲈⲈϤⲖⲞⲄⲒⲚ ⲠⲒⲢⲀⲚ ⲘⲠⲞⲤ ⁘

IBERICÈ: [illegible]

SINICÈ: [illegible]

biß zu ihrem Niedergang / sey gelobet der Nahme des HErrn.

Saxonicè: Von der Sünnen Upgang bet tho een en Neddergang sy des Heeren Name gelavet.

Belgicè: Van den Opgang der Sonne af/ tot haren Nederganck/ zy de Name des Heeren gelooft.

Danicè: Fra Solens Opgang till hendis Nedgang/ skall Herrens Naffn vaere loffued. *Verf.nov.* Fra Solens Opgang til dens Nedgang / Er HErrens Nafn lofvet.

Norwegicè: Loffve vaere Herrans Name / ifraa Solsens Opgang till henda Neergang.

Svecicè: Ifrau Solenes Upgongh alt in till nedergangen / ware Herrans Namnn lof wat.

Lapponicè: Håsta påiwaitze kuoxost/ kidda suun wuollus låihtadi / liekos Herran nabmai Kyttolus.

Anglicè: From Cast to west prayse worthy is the name of our Lord.

Scoticè: From the Sonne rising to the going doun of the Sam the Lords nam is prais virthie.

Hybernicè: O erghiga mittoóm na

groine Jonu cann uigh ainme an trigharna.

Hungaricè: Nap keletöl fogva nap nyngotigh di gröſeges legien a zyrnakneue.

Illyricè: Do uo ſtoka slonza zapada hualno ime Gospodno.

Bohemicè: Od wychodu Slunen ażna zapad / chwalitebne geſt gmeno Panie.

Polonicè: Od wſchodu ſlonza ażdo zachodu chwalebne imie Pausℓie.

Ruſſicè: Ot slæntze ſtwo woſtók to zapád chwálno ime Gospódſtwo.

Mexicè: Noûiam tlačtil pacuelcenca ejecte neûaloni, in itlato catzin into tecuyo Dios.

Canadice: Atiſa cagnren cha ondik cha ondik huc ȣatè atichiahà onanda erari.

Chilice: Antu tîpaquelu Zapquenmo quetu tanni láyanmo conmeqve Dios ni vuy ubchyguepela.

Caput XIV.

De LIBRIS APOCRYPHIS.

SECTIO I. APHORISTICA.

§. 1

M. p. 482

ILLYRICÈ: [illegible]


[illegible]

RUSSICÈ: ѿ слнцꙋ во востокъ

[illegible] то сападъ хвално

ймє гѦ̃ тво.

ALPHABETUM ILLYRICUM sive SERVIANUM Hieronymo tribútum.



Conf. Angel. Rocch a Camerino Bibl. Vatic. p. 160. Emmanuel. Grammat. Latino Illyricum Romæ 1610. Thurneiser. Part. II. Onomastici in fine.

O. ALPHABETUM RUSSICUM.

Littera	Nomen	Sonus	Littera	Nomen	Sonus
Аа	Âs	a	Ѵ	Uk	u
Бб	Búki	b	Оу	U	u
Вв	Wêdi	w	Ф	Phert	ph
Гг	Glagòl	g	Хх	Chær	ch
Дд	Dobrò	d	Ѿ	Ot	ω ωt
Єє	Jest	e	Цц	Tzü	tz
Ж	Schwete	sch	Чч	Tschenv	tsch
Ѕ	Selò	s	Ш	Scha	sch
Зз	Zem'a	z	Щ	Schtscha	schtsch
Іи	Îsche	i	Ъ ь	Jer	subnectitur con sonæ finali
ї	J	j	Ы	Jerü	ü
Кк	Káko	k	Ѣ	Jat	æ
Лл	Lúdi	l	Є	Je	ie.
Мм	Müslete	m	Ю	Jú	jú
Нн	Naſch	n	Ѫ	Jús	jùs
Оо	Oo	o on	Ѧ	Ja	ia
Пп	Pokói	p	Ѯ	Xi	x
Рр	Rtzú	r	Ѱ	Psi	ps.
Сс	Slówo	s	Ѳ	Phita	ph
Тт	Twèrdo	t	Ѷ	Ischiza	v, y.

Númerus Arithmeticus cúm númeris Græcorum utpote a quibus literas súas mútuati sunt Rútheni coincidi[t] ferme.

§. 1.

Scripta κτ̓ δόξαν *Sacra* vel venditantur à Chriſtianis, uti *Apocrypha;* vel à Judæis, ſc. *Talmud;* vel à Muhammedanis, ſc. *Alcoranus.*

§. 2.

Apocrypha Chriſtianorum vel ſunt hodiè indubitatò & omnium confeſſione talia ſc. Scripta *ſuppoſititia* & *ſpuria;* vel apud Pontificios Canonica aut ſaltem *Deuterocanonica* (uti vocitant Sixt. Senẽſis *l. 1. Bibl. S. ſect. 1.* Staplet. *l. 9. Princip. c. 6.*) revera autem ἀκανόνιςα, ſc. *Apocrypha in ſpecie ſic dicta.* Conf. Gerhardus *Diſp. Iſag. I p. 15. 44. ſ.* Waltherus *Offic. Rep. poſter. §. 1243.*

§. 3.

Spuria ſcripta vel ſunt *vulgatiora* (Walthero *domeſtica*, quod in Codicibus Græcis Latinisve quibusdam exhibeantur) vel *ignotiora* (quæ eidem *extranea* §. 1379.)

§. 4.

Vulgatiora illa ſunt ſex ſc. *III.* & *IV. Esdræ* (qui Roſeæ crucis fratribus & Weigelianis in pretio) *III Maccabæorum*, *Pſalmus 151. Appendix libri Job* & *præfatiuncula Threnorum*, de quibus conf. Walth. *§. 1381. ad 1397.*

bore deberet extare gloria. Si enim hujus Germanicæ translationi cæteræ Græcorum, Latinorum, aliorumque comparentur, cedere coguntur perſpicuitate, puritate, proprietate, ſimilitudine Hebraicæ originis. Credo ut Apellem nemo legitur pictorum ſuperâſſe, ita nec Scriptorum quidem quisquam Lutheri Verſionem poterit vincere. Plura dabunt Waltherus *Offic. §. 449. ſeqq.* Melch. Sylveſter Eccardus *in Studioſ. Theol. p. 142. ſ.* qui Verſiones Germanicas ante Lutherum & ipſius Lutheri ceu tenebras & lucem differre ὀφθαλμοφανερῶς oſtendit, unde ſpeciminis loco unum ſaltem vel alterum teſtimonium in rei fidem adducemus, ut pateat, quàm malam Luthero referant gratiam, qui abjectiùs de Herculeo ipſius labore judicant. *Gen. 26. v. 1.* Verſio antiqua Ao. 1483. Norimb. expreſſa ita transfert: Aber Hunger warde geboren auff der Erde/ nach der Unperhafftigkeit. Lutherus ſic: Es kam aber eine Theurung ins Land über die vorige. *Exod. I. v. 14.* Und führten ihr Leben zu der Bitterkeit/ mit den harten Wercken des Kothes. Luth. Und machten ihnen ihr Leben ſauer mit ſchwerer Arbeit im Thon und Ziegeln. *Judic. 5. v. 25.*

v. 25. Dem Eyschenden das Wasser gab sie die Milch und in dem Kopff der Fürsten/brach sie die Buttern. Luth. Milch gab sie/da er Wasser fodert / und Butter brachte sie dar in einer herrlichen Schalen. *1.Sam. 26. v. 25.* Mein Sohn David/du bist gesegnet / und thuend thustu und vermügend magstu. Luth. Gesegnet seystu/ mein Sohn David/du wirsts thun und hinaus führen. *Hiob. c. 3. v. 5.* Die Tunckele bekümer in und er werde eingewickelt mit Bitterkeit. Die vinster Windsprewl besitze die Nacht. Luther. Finsternüß und Dunckel müsse ihn überwältigen / und dicke Wolcken müssen über ihn bleiben / und der Dampff am Tage mache ihn greßlich. Die Nacht müsse ein Dunckel einnehmen. *Cap. 4. v. 12.* Aber zu mir ist gesagt ein verborgenes Wort / und als dyelich empfieng mein Ohr die Adern seiner Rawnung. Luther. Und zu mir ist kommen ein heimlich Wort / und mein Ohr hat ein Wörtlein aus demselben empfangen. *c. 12. v. 23.* Der da manigfaltiget das Volck und verlewsset sie. Und wieder schicket die verwohrten in Gantzheit. Luth. Er macht etliche zum grossen Volck / und bringet sie wieder umb. Er breitet ein Volck aus/

und

und treibers wieder weg. Paucula addemus è versione Psalterii eâdem & alterâ Joh. Böschenstainii edita A. 1523. *Psal.* 2. *v.* 4. Der da wonet in den Hymeln/ wird sy verspotten. und der Herr wird sy verkrummen. Luth. Aber der im Himmel wohnet / lachet ihr / und der Herr spottet ihr. *Ps.* 5. *v.* 6. Sie werden nicht sich stellen die Schölligen zugegen deinen Augen/ du hast gehasset alle Würcker des Ubels. Luth. Die Ruhmrätigen bestehen nicht für deinen Augen / du bist feind allen Ubelthätern. *Psal.* 7. *v.* 14. Und zu ihm hat er berait Geschirr des Tods/seine Pfeile zu den Jagenden wird er wircken. Bib. Antiqv. Und er bereit in die Vaß des Tods. Er macht sein Geschoß den Brinnenden. Luth. Und hat drauff gelegt tödtliche Geschoß / seine Pfeile hat er zugericht zu verderben. *Psal.* 23. *v.* 5. Du hast feist gemacht mein Haupt / mein Becher ist ersettiget. Bib. Antiqv. Du erveystest mein Haupt in dem Oel / und mein Kelch macht truncken/ wie lauter er ist. Luth. Du salbest mein Häupt mit Oele / und schenckest mir voll ein. *Psal.* 32. (al. 33.) *v.* 14. Von der Beraitung seines Gesäß hat er thon lugen zu allen Sitzern des Erdreichs.

Luth.

Luth. Von seinem festen Thron siehet er auff alle/ die auff Erden wohnen. *Ps.57.* (al.58.) *v.9.10.* Als ein Sturmwasser zerget/ wird er hingan/ als ein Verwerffung der Frauen haben sie nit gesehen die Sunnen. Ehe dann verstan werden ewre Dörner den grossen Dorn/ wie ein wilds Thier also der grim Zoren wird ihn verstürmen. Bib. Ant. Sie werden abgenummen/ als das Wachß/ das da fleusset auff das Felt das Fewr. und sie sahen nit die Sunnen. Ehe dann ewre Dörn vernamen das lind Kraut. als die lebendigen/ also verwüstet er sie in dem Zorn. *Luth.* Sie vergehen wie eine Schneck verschmachtet/ wie eine unzeitige Geburt eines Weibes sehen sie die Sonne nicht. Ehe ewre Dornen reiff werden am Dornstrauch/ wird sie dein Zorn so frisch wegreissen. *Ps.67.* (al.68.) *v.14.* Ob ihr werdend liegen zwischen dem Gemärcker/ so seyn die Flügel der Tauben bedeckt mit Silber/ und ihre Feder in der Gilbe des Golds. Bib. Ant. Ob ihr schlaffet zwischen der mitt der Gelehrten die Federn der Tauben versilbert.und die Hinderstẽ Theil ihres Rücken in der bleyche des Golds. *Luth.* Wenn ihr zu Felde ligt/ so gläntzets als der Tauben Flügel/ die wie

Sil-

Silber und Gold schimmern. Ex qua breviſſima collatióne facilè patebit, quantam lucem diſcutiendis hiſce tenebris intulerit *Lutherus*.

Qv. II.
An Lutheri Verſio corrigi debeat?

Reſp. Corrigendam eſſe, ubi errat, nemo negârit, duabus tamen adhibitis cautionibus (1) Ne corrigatur, ubi mendum non eſt ſatis manifeſtum. (2.) Ne id fiat cum ſcandalo vel etiam damno infirmorum. Sic deteſtandi Reformatorum quorundam conatus, qui Verſionem *Lutheri* ad ſua placita corruperunt. Qua de re videatur Walth. *Offic. §. 506. ſ.* Monendus quoque videbatur *Nonnemo* correctioni Verſionis *Lutheranæ* nunc ſuppreſſæ præfectus (1.) ne in iis locis corrigeret *Lutherum*, ubi ejus Verſio non correctionem ſed laudem merebatur, & vel defendi debebat vel excuſari poterat. (2.) ut correctiones ſuas in margine inſtar notarum adderet, ne interpolaretur ipſa Verſio, quod B. *Lutherus* toties eſt deprecatus. *Omnia poſſum ſed non omnia expediunt.* Verùm maneant iſta per nos ſepulta.

Cœte-

K. p. 479.

SYRIACÈ: ܡܢ ܡܕܢܚܝ ܫܡܫܐ ܘܥܕܡܐ ܠܡܥܪܒܘܗܝ ܡܫܒܚ ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܀

ARABICÈ: مِنْ مَشَارِقِ ٱلشَّمْسِ إِلَى مَغَارِبِهَا تَبَارَكَ ٱسْمُ ٱلرَّبِّ

ÆTHIOPICÈ: እምሠረቀ፡ፀሐይ፡ ወእስከ፡ዐረበ፡ ይትአኰት፡ስሙ፡ ለእግዚአብሔር፡፡

SAMARITICÈ: [illegible]

PERSICÈ: از مشرق تا مغرب ... نام خداوند [illegible]

Cœterùm non putamus ingratiis lectoris fore, si hîc quasi coronidis locô specimen quoddam variarum translationum Sacræ Scripturæ in lingvas propemodum totius universi è *Psalmo CXIII. v. 3.* subjungamus, ubi peregrinas suis literis seorsim in ære exprimendas curavimus, (quibus etiam in gratiam φιλογλώττων Alphabetum Illiricum N. nec non Ruthenicum O adjecimus) qvasdam verò lingvas, in quibus vix liquet, num extent versiones ullæ, vel aliunde vel pro nobis utcunque supplevimus.

TEXTUS EBRÆUS.

מִמִּזְרַח־שֶׁמֶשׁ עַד־מְבוֹאוֹ מְהֻלָּל שֵׁם יְהוָה׃

Chaldaicè : מִמַּדְנַח שִׁמְשָׁא עַד מִטְמְעֵיהּ מְשַׁבַּח שְׁמָא דַיְיָ׃

Syriacè: מֶן מַדְנַחוּהי דשֶׁמְשָׁא עַדָמָא לְאַערבוּהי רַב הַו שְׁמֵהּ דמָר יָא׃

Samariticè : מִמַּדְנַח דְשִׁמְשָׁה עַד מַעְר בֵיהּ יִתְרַהַם שְׁמֵה דְמָארִי׃

Arabicè : Mim Mæschariki-schschämsi ila magaríbiha tabáraca-Smo-Ilâhi.

Æthiopicè: Ymsyráka : zahai : wayskan : arab : iytakuat : symu : laygziabher.

Persicè: Es meschrik ta machrib situdeh basched nam chodawend.

Tur-

Turcicè: Mafchrıkden magribge ad Allah ugilegekdur.

Armenicè: Zareveliz mincceu i muds arevú orhniale anun dearn.

Copticè: εϧολϩεν ϯμετϢαι ντεπιρη ϩαϩι ϯδυσιὰ γεευλογιν πιραν ντος.

Ibericè ſ. Georgianè: Nargzo zauli cucht timues ulinau sli patr-no.

Sinicè: Yn' gẽ tũm y' gẽ ſy San mîm tá chù.

Græcè: ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίυ μέχρι δυσμῶν, αἰνετὸν τὸ ὄνομα κυρίυ.

Latinè: A ſolis ortu usque ad occaſum laudabile nomen Domini.

Italicè: De levante in ſino al ponente, è lodeuole il nome di Dio.

Sardicè: Dae ſu levante á ſu ponente laudabile ſu nomen du Sennor.

Hiſpanicè: Des de oriente haſta el occaſo es venerado el nombre Sennor.

Luſitanicè: Do naſcer ao por do ſol loũũaũel h'e o nome do Senhor.

Gallicè: Du levant jusques au ponent, le nom du Seigneur ẽ glorifié. *Verſ. Genev.* Le Nom de l'Eternel eſt digne de louange depuis le ſoleil leuant jusqv'au ſoleil couchant.

Germanicè: Von Auffgang der Sonnen biß

L.

TURCICÈ [illegible]

ARMENICÈ Յարևելից մի-
նչև ի մուտս արևու.
Օրհնեալ անուն Տն ✝

COPTICÈ ⲈⲂⲞⲖ ϦⲈⲚ ϮⲘⲈⲦ
ϢⲀⲒ ⲚⲦⲈⲠⲒⲢⲎ ⲈϮⲀⲨⲤⲒⲤ
ⲆⲈⲈϤⲖⲞⲄⲒⲚ ⲠⲒⲢⲀⲚ ⲘⲠⲞⲤ

IBERICÈ: [illegible]

SINICÈ: [illegible]

biß zu ihrem Niedergang / sey gelobet der Nahme des HErrn.

Saxonicè: Von der Sünnen Upgang bet tho eeren Neddergang sy des Heeren Name gelavet.

Belgicè: Van den Opgang der Sonne af/ tot haren Nederganck/ zy de Name des Heeren geloofr.

Danicè: Fra Solens Opgang till hendis Nedgang/ skall Herrens Nafn vaere loffued. *Verf.nov.* Fra Solens Opgang til dens Nedgang / Er HErrens Nafn lofvet.

Norwegicè: Loffve vaere Herrans Name / ifraa Solsens Opgang till henda Neergang.

Svecicè: Jfrau Solenes Upgongh alt in till nedergangen / ware Herrans Nampn lof wat.

Lapponicè: Håsta påiwaitze kuoxost/ kidda suun wuollus låihtadi / liekos Herran nabmai Kyttolus.

Anglicè: From Castto west prayse worthy is the name of our Lord.

Scoticè: From the Sonne rising to the going doun of the Sam the Lords nam is prais virthie.

Hybernicè: O erghiga mittoóm na

groine Jonu cann uigh ainme an trigharna.

Hungaricè: Nap keletöl fogva nap nyngotigh di gröſeges legien a zyrnakneue.

Illyricè: Do uoſtoka slonza zapada hualno ime Gospodno.

Bohemicè: Od wychodu Slunen ažna zapad / chwalitebné geſt gméno Panie.

Polonicè: Od wſchodu ſlonza aždo zachodu chwalebne imie Pauſkie.

Ruſſicè: Ot slæntzeſtwo woſtók to západ chwálno ime Gospódſtwo.

Mexicè: Noûiam tlactil pacuelcenca ejecte neûaloni, in itlato catzin into tecuyo Dios.

Canadice: Atiſa cagnren cha ondik cha ondik huc *s*atè atichiahà onanda erari.

Chilice: Antu tîpaquelu Lapquenmo quetu tanni láyanmo conmeqve Dios ni vuy ubchyguepela.

Caput XIV.

De
LIBRIS APOCRYPHIS.

SECTIO I.
APHORISTICA.

§. 1.

es legien a zyr-

a slonza zapada.

odu Elunen a...
i g'neno Panie.
du slonza a... ...
Pausie.
eftwo woftók to
Gospódftwo.
lactil pacuelcenea
ato catzin into te-

agnren cha ondik
tichiahá onanda e-

quelu Lapquenmo
conmeqve Dios mi


XIV.

ÓCRYPHIS
O I.
STICA.

§. 1

[illegible]
RUSSICÈ: СЛНЦЕ ВО ВОСТОК
ТО САПАД ХВАЛНО
ЙМЕ Г ТRO.

ALPHABETUM ILLYRICUM sive SERVIANUM Hieronymo tributum.



Conf. Angel. Rocchea Camerino Bibl. Vatic. p. 160. Emmanuel. Grammat. Latino Illyricum Romæ in 18. Thurneiser. Part. II. Onomastici in fine.

O. ALPHABETUM RUSSICUM.

А а	Ǎs	a	ȣ	Uk	u
Б б	Búki	b	Оу	’U	u
В в	Wédi	w	Ф	Phert	ph
Г г	Glagòl	g	Х х	Cher	ch
Д д	Dobrò	d	Ѿ	Ot	ω wt
Є є	Jest	e	Ц ц	Tzü	tz
Ж	Schwete	sch	Ч ч	Tschenw	tsch
Ѕ	Selò	s	Ш	Scha	sch
З з	Zemla	z	Щ	Schtscha	schtsch
И и	Îsche	i	Ъ ь	Jer	subnectitur sonis finali
ї	J	j	Ы	Jerü	ü
К к	Káko	k	Ѣ	Jat	æ
Л л	Lúdi	l	Є	Je	ie
М м	Müslete	m	Ю	Jú	jú
Н н	Nasch	n	Ѫ	Jús	jús
О о	Oo	o on	Ꙗ	Ja	ia
П п	Pokói	p	Ѯ	Xi	x.
Р р	Rtzû	r	Ѱ	Psi	ps.
С с	Słówo	s	Ѳ	Phita	ph
Т т	Twèrdo	t	Ѵ	Jschiza	v, y.

Numerus Arithmeticus cum numeris Græcorum
utpote a quibus literas suas mutuati sunt Rutheni coincidi

§. 1.

Scripta κατ' δόξαν *Sacra* vel venditantur à Christianis, uti *Apocrypha;* vel à Judæis, sc. *Talmud;* vel à Muhammedanis, sc. *Alcoranus.*

§. 2.

Apocrypha Christianorum vel sunt hodiè indubitatò & omnium confessione talia sc. Scripta *supposititia* & *spuria;* vel apud Pontificios Canonica aut saltem *Devterocanonica* (uti vocitant Sixt. Senēsis *l. 1. Bibl. S. sect. 1.* Staplet. *l. 9. Princip. c. 6.*) revera autem ἀκανονιςα, sc. *Apocrypha in specie sic dicta.* Conf. Gerhardus *Disp. Isag. I p. 15. 44. s.* Waltherus *Offic. Rep. poster. §. 1243.*

§. 3.

Spuria scripta vel sunt *vulgatiora* (Walthero *domestica*, quod in Codicibus Græcis Latinisve quibusdam exhibeantur) vel *ignotiora* (quæ eidem *extranea* §. 1379.)

§. 4.

Vulgatiora illa sunt sex sc. *III.* & *IV. Esdræ* (qui Roseæ crucis fratribus & Weigelianis in pretio) *III Maccabæorum*, *Psalmus 151. Appendix libri Job* & *præfatiuncula Threnorum*, de quibus conf. Walth. *§. 1381. ad 1397.*

§. 5.

Ignotiora: Epistola Christi ad Agbarum, Protevangelium Jacobi, Canones Apostolorum, Epistolæ Pauli & Senecæ, Pastor Hermæ, similiave, de quibus conf. Walth. §. *1398 s.* Talia nonnulla & apud Judæos circumferuntur, ut *Abrahami liber Jezira, Medicinalia Salomonis* &c. de quibus conf Hottingeri Specimen Pseudepigraphiæ V. T.

§. 6.

Apocrypha speciatim sic dicta sunt Scripta quædam non in Codice Ebræo sed Græco extantia, quibus Pontificii quidem Canonicam adscribunt autoritatem, revera autem *eorum origo non claruit illis, quorum testificatione autoritas verarum Scripturarum ad nos pervenit,* uti loquitur Augustinus *de* C. *D. l. 15. c. 23.*

§. 7.

Suntque vel *Scripta integra* vel *imperfecta fragmenta.*

§. 8.

Integra Scripta sunt ista: *Liber Judith, Sapientiæ, Tobiæ, Syracidis s. Ecclesiastici, Baruchi, I. & II. Maccabæorum.*

§. 9.

§. 9.

Fragmenta sunt assumenta quædam vel *Esteræ*; vel *Danielis*, ut *Historia Susannæ*, *Beli & Draconis Babylonii*, *Hymnus trium puerorum & oratio Asariæ*, quibus additur *oratio Manassis*.

AUTORES.

Consulendi de libris Apocryphis in genere & in specie Chemnitius *Exam. Conc. Trid. P. I. p. m. 50. s.* Hunnius *contra Bellarm. de V. D. Exam. l. 1. c. 7. ad 17. p. m. 51.-149.* Gerh. *Exeg. L. de Scripturâ Sacrâ c. 6. §. 67. s. & 174 s. & Disp. Isag. I. c. 5. §. 5. p. 15. s. & c. 7.* Walth. *Offic. Bibl. Repert. post de Apocryphis in gen. §. 1216. s. in specie §. 1250. s.* Calovius *Crit. Diatr. 1. §. 6. s. p. 4. s.* Dannhawerus *Hodom. Pap. P. I. p. 116. s.* Hülsemannus *Anti Bellarm. c. 3. p. 24. s.* Thummius *Imp. Photin. l. de Scriptura Sacra*, Wittakerus *de Scriptura Sacra*, Hottingerus *Thes. Phil. l. 2. c. 2. s. 1. p. 520. s.* Chamierus *Panstr. T. 1. l. 5. de Canone c. 4. s.* & exprofesso Joh. Rainoldus *Libb. II. Prælect. de libris Apocryphis.* Commentariis & notis libros Apocryphos omnes vel plerosque illustrarunt *C. à Lap. Serarius, Grotius*, ad quem conf. Dn. D. Calovius SAPIENTIAM *Lorinus*,

Janſenius & è noſtris *Dietericus*, Siracidem *Janſenius*, *Druſius*, *Chytræus & Matthesius*, Baruch *Maldonatus*, Tobiam *Druſius*, *&c.*

SECTIO II.
PROBLEMATICA.
Quæst. I.
Unde dicantur ἀπόκρυφα?

Reſp. Quidam dici volunt, quod in κρύπτῃ arcula ſive armario Judaico non fuerint repoſita, quò tendit Euſebius *l. de Pond. & Menſ p.534.* At analogia lingvæ ſvadet, derivari ab ἀποκρύπτειν *occulendo* ſive *abſcondendo*: non quod autores eſſent occulti & incerti, quam aliqui ſuppeditant rationem Etymi, cùm etiam de quorundam Canonicorum autoribus non ſatis liquidò conſtet; ſed quod non publicæ eſſent atque divinæ autoritatis, verùm obſcuræ & humanæ modò æſtimationis, vel, ut D. Auguſtinus *l. 11. contra Fauſtum* ait, *non ideò apocryphi libri vocantur, quod habendi ſint in aliqua autoritate ſecreta, ſed ab occultâ origine, quæ non inclaruit eò, ut in ſublimi illo Canonicæ autoritatis faſtigio collocari meruiſſent*, &, ut aptè B. Waltherus, quod publicè non producerentur ad conſtituenda vel probanda

banda fidei dogmata §. 1218. unde in antiquâ Ecclesia Græcâ privatim saltem non publicè prælectos esse fatetur Cyrill. Hierosl. *in Catech.* Eodem modo vocantur Ebræis גנוזים sive *absconditi*. Dicuntur autem iis *absconditi* libri vel *vitiosè scripti* & ne errandi occasionem aliis præberent, aut ad privatos usus reservati aut in terra sepulti (qua de re conf. Maim. *Hilc Tfill & sepher Tora c. 7. §. 11. & c. 10. §. 3.* Hott. *Th. l. 1. c. 2. q. 4. p. 142.*) vel ἀκανόνιστοι s. *libris Canonicis contrarii*, quos supprimendos potiùs quàm legendos, saltem publicè, censent. Hinc phrasis ista, de quâ posteà, quòd Rabbini voluerint quosdam libros לגנוז i. e. ἀποκρύπτειν sive inter Apocryphos referre. Conf. Hott. *Thes. Phil. l. c. p. 521.*

Quæst II.

Num libri Deuterocanonici Pontificiorum sint Apocryphi?

Affirm. I. Quia quamplurima continent absurda, ἀσύστατα & libris verè Canonicis adversa, quò spectant commendata in illis facta & dicta manifestè impia, sc. Raziæ αὐτοχειρία, Sichemitarum cædes à Simeone perpetrata, Magia Tobiæ in propulsando dæmone & similia, de qui-

bus conf. Gerhardus, Waltherus, Chamierus, Rainoldus *l. c.* & alii.

II. Quia non ſunt ſcripti à Prophetis ſive viris propheticis. Ratio conſequentiæ eſt, quia libri verè Canonici ſunt ſcripti à Prophetis (unde in Scriptura Sacra ad Moſen Prophetam illum magnum alioſque Prophetas remittimur Luc. XVI. 29. c. XXIV. 25, 27, 44.) & Viris extra controverſiam θεοπνεύστοις 2. Pet. I. 21. Autores iſtorum librorum neque Prophetæ fuerunt, quorum chorum in V. T. clauſit Malachias, *conf. 1. Macc. IX. 27.* neque Viri θεόπνευστοι, quorſum enim iſti veniam à lectore peterent? opus ſuum aliunde magno conatu compilarent, quod de ſe autor l. 2. Macc. fatetur *c. II. 24. XV. 39.* quod argumentum præ aliis ſolidè ſtringit D. Calov. *Crit. l. c. §. 8.*

III. Quia in Canonem V. T. Judæis traditum Rom. III. 2. & ab Esdrâ ejuſque collegis probabiliter conſtitutum (Buxt. *comm. Maſ. c. X.* Hotting. *Anti Mor. §. 18.*) neque à Chriſto & Apoſtolis ullibi imperfectionis poſtulatum (quod tamen utique factum eſſet, ſi Scripturam integris libris mutilâſſent) ſed potiùs ſine ullâ cautione commendatum Matth. XXIII.

XXIII.2,3. Luc.XVI.29. Joh.V.39. 2.Tim. III.14. nunquam sunt recepti, quod de Siracide certum ex *Sanhedr. c. 11.* (conf. suprà *p. 22. 23.* & Pokok. *ad part. Mos. p. p. 163.*) de aliis probatum ap. Hottingerum *l. c.* quod etiam vel inde patet, quia in Canone Judæorum, qui in Bava bathra f. 14. habetur, non comparent. Conf. D. Calovius *l. c. §. 9. 10. p. 8. s.* Cœterùm neque unquam receptos esse ab Ecclesiâ *γνησίως* Christiana idem solidè probavit *§. 11. s.* quibus addi poterunt suprà citati.

Qv. III.

Quâ lingvâ primitùs exarati sint libri Apocryphi?

Resp. In Codice Ebræo prorsus non extant, verùm è Græco in alias lingvas sunt translati. De quibusdam tamen negandum vix videtur scriptos esse primitùs idiomate Ebræo vel Chaldæo-Syro. De Syracide dubium non est, ut ut sententiæ Ben Siræ à Fagio Isnæ A.1542. editæ & Liber ben Siræ à Judæis Constantinopoli vulgatus (de quô Buxtorf. *Synag. c. 4. pag. 81.*) non satis ad Græcum congruant. De libro I. Maccab. Hier. *Prolog. Galeato* ait se *Hebraicum reperisse:* De libris Tobiæ & Judith idem *in Præf.*

refert, eos ſuo tempore Chaldaico ſermone ſcriptos extitiſſe, Tobias autem Münſtero Ebraicè non factus (quod in Zemach David *P. 2. p. 19.* aſſeritur) ſed editus eſt, à Chriſtiano tamen quopiam eôque imperitiori procul dubio translatus: ita & extat terſa editio Ebraica libri *Judith*, ſed à recentiori procul dubio manu Judæi cujusdam. *Sapientiam* Salomonis in origine Syriacam fuiſſe pleriq; cenſent, quamvis Hieronymo *Præf. in lib. Salom.* ſtylus Græcam eloquentiam redolere videatur. Quicquid verò ejus rei ſit, vel ſic Canonica eorum autoritas vacillat, cùm admittendum ſit Textum originalem periiſſe, quod de nullo libro verè Canonico hucusque probatum eſt. Cœterùm quis Græcam verſionem dictorum librorum (nam cœteros Græcè ab incertis autoribus ſcriptos cenſemus) adornârit, certò aſſeri non poteſt, interim id Theodotionem feciſſe Hottingero *Theſ. Phil. l. 1. c. 3. ſ. 3. q. 7. p. 318.* non abnuimus.

QV. IV.

An libri quidam vere Canonici V. T. à Judæis olim pro Apocryphis habiti ſint?

Reſp.

Resp. Controversia cumprimis moveri queat de libris Salomonæis, de quibus aliquando dubitatum videtur. Ita traditur *in Pirke Avot f. 1. 1.* Proverbia, Ecclesiasten & Canticum fuisse quondam à Canone suspensa, donec venirent viri Synagogæ magnæ & eos dextrè exponerent. De libro *Proverbiorum* in specie dicitur *Mass. Schabbat c. 2. f. 30. 2.* quod voluerint eum occultare, quod contradictiones continere videretur, & redditur simul causa, quare absconditus non sit. Ita de *Ecclesiaste* ibidem dicitur: *Voluerunt sapientes* ἀποκρύφειν *librum Ecclesiastis, quod verba ejus inter se pugnarent. Et quare illum non occultarunt? Eò quod & in principio & in fine suo tradit verba legis. In principio c. 1. v. 3.* (quem detorquent ad eum sensum, quod ex isto saltem labore nil utilitatis capiatur, qui non occupetur circa legem vel qui cum studio legis permutetur; conf. Targum & Raschi ad istum locum) *in fine c. 12. v. 13.* Conf. etiam Aben Esra *ad Eccl. 7. v. 4.* Midras Kohelet *f. 114.* & Midr. Prov. 25. f. 87. 1. additur ratio, quod invenerint in Ecclesiaste דברים שנוטים לצד מינות *quædam*

decli-

declinantia ad Hæresin sive Epicureiſmum. Conf. & Maimonides *l. 3. More Nevoch. c. 28.* nec non Mercerus *Comm. in Eccleſ. ab init.* Hottingerus *Theſ. l. c. p. 492. 502.* Hakſp. *Not. Bibl. P. II. p. 468.* Spectat huc Talmudicum litigium, num Eccleſiaſtes, ita & Canticũ, *inquinet manus nec ne?* (quo non id volunt, num liber talis in ſeſe ſpectatus immundus ſive profanus ſit, verùm num in ſe licet & ratione objecti, incautè tractando profanari vel ſaltem cauſari è placito magiſtrorum queat, ut alii polluantur?) quâ de re lubet ipſos magiſtros cum lectoris venia audire. ſcil. *Maſſ. Jadaim c. 3. §. 5.* dicitur: Liber, in quo eraſum quid eſt & relictæ ſunt vel 85. literæ (quot habentur Num. X. 35, 36.) inquinare poteſt manus: Volumen Eſteræ, in quo ſcriptæ modò 85. literæ, inquinat manus: Omnes libri ſacri (diſtributivè accepti) inquinare poſſunt manus: *Canticum* quoque & *Eccleſiaſtes* inquinare poſſunt manus. R. Juda inquit: Canticum inquinat manus, at de Eccleſiaſte controvertitur. R. Joſe ait: Kohelet non inquinat manus (*non eſt profanabilis adeoque nec ſuâ naturâ ſacer*) at de Cantico controvertitur.

R. Si-

R. Simeon ait: Kohelet eſt è levibus præceptis Scholæ Schammai & è gravibus Scholæ Hillel (de Phraſi conf. Lightfoot. *Hor. in Matt. p. 425.*) Ait R. Simeon ben Aſai: Traditionem habeo ex ore LXXII. Seniorum, qui reduxerunt R. Elieſ. fil. Aſariæ in ſcholam, quod Canticum & Eccleſiaſtes omninò inquinent manus. Ait R. Akiba: Abſit ne controvertat ullus Iſraelita de Canticô, quaſi non poſſet inquinare manus, (ceu res profanabilis) univerſus enim mundus non eſt dignus eô die, quô Canticum Iſraeli traditum eſt, nam omnia Hagiographa ſunt ſancta, ſed Canticum eſt Sanctum Sanctorum & ſi qui diſputarunt, controverſia fuit de Eccleſiaſte tantùm. Ait R. Joh. Fil. Jeſ. affinis R. Aſſai: Juxta ſententiam fil. Aſſai omninò diſputandum & dicendum eſſe. Conf. & Megilla *c. 1. §. 17. p. 7.* Nodum proinde in ſcirpo quæſivêre Sadducæi, qvum *in Jadaim c. 4. §. 6.* Phariſæos criminis poſtulant, quod non vereantur aſſerere, *libros ſacros inquinare manus*, *hæreticos non item.* Quibus cùm R. Joh. ben Saccai Ironicè reſpondiſſet, quidni potiùs illud crimen allegent, *quod dicant oſſa aſini eſſe munda &*

Pon-

Pontificis Johanan immunda; & illi reponerent, id in hujus amorem & honorem potiùs vergere, gladio ipſorum deinde eos jugulat. Cœterùm de Eccleſiaſte á Judæis in dubium vocato etiam Hieronymus inaudierat. Conf. Sixt. Senenſis *Bibl l. 8. hæreſ. 7. p. m. 812. 2.* Verùm enim verò licet inter Judæos diſputatum ſit de autoritate iſtorum librorum, obtinuit tamen potior ſententia, eſſe pro Canonicis admittendos, quêmadmodum autoritati Canonicorum N. T. *ſecundi ordinis*, quos vocant, nil derogat, quod circa eos eſt à quibusdam hæſitatum. Potiùs Judæorum cautæ prudentiæ in recipiendis libris Canonicis id tribuendum, quàm ſacrilegæ malitiæ ſive ſtudio impio Scripturam mutilandi, ut rectè advertit Hotting. *Theſ. p. m. 502.* Denique Lutherum à Pontif. falsò notatum, quaſi de Eccleſiaſte abjectiùs ſenſerit, excuſat Gerhardus *Exeg. L. de SSa.* §. *147.* Duriuſcula quædam ex Eccleſiaſte adduci ſolita explicavimus Dub. Vex. *p. 751. ſ.*

QVÆST. V.

Num etiam dentur libri Apocryphi N. T.

Reſp.

Resp. Nonnulli ex orthodoxis *Epist.* *ad Ebræos, secundam Petri, secundam & tertiam Johannis, Epist. Jacobi & Judæ,* ut & *Apocalypsin Deuterocanonicos* N. T. imò *Apocryphos* vocarunt, non tamen eô animó, ut illis canonicam in confirmandis fidei dogmatibus derogarent autoritatem, sed ut aliqvâ ratione distingverentur ab iis, de quorum non modò autore secundario sed & autoritate nunquam esset dubitatum, unde tamen ab aliis commodiùs *Canonici secundi ordinis* (sc. non habito respectu ad certitudinem autoritatis, sed autoris vel ad illam sollicitatam à quibusdam, at non communi consensu derogatam) appellantur, quanquam nunc fortassè consultiùs sit, ab omni distinctione penitùs abstinere, cùm eliàs in V. quoque T. diversi ordines ob autoris certitudinem & incertitudinem constitui possent. Beato Luthero in specie grandem dicam scribunt Pontificii, quod *Epistolam Jacobi* è canone rejecerit, quem excusat Brochmandus *Prol. Comm. in Ep. Jac.* Plura interim de libris illis N. T. dabunt Magnif. Dn. D. Calovius Præceptor & Patronus noster ve-

venerandus, *Syst. T. 1. p. 513.* B. Gerhardus *Disp. Isag. I. p. 15. 18. 44. 57.*

Caput XV. DE TALMUDE.

SECTIO I. APHORISTICA.

§. 1.

Talmud תלמוד propriè *Doctrina*, est Corpus Doctrinæ Judæorum complectens omnem eorum ſcientiam præſertim divinam, ex multorum doctorum ſententiis à quibusdam Rabbinis congeſtus, ut eſſet iis Exegeſis legis divinæ cumque illâ norma religionis & morum.

§. 2.

Talmud duplex eſt ירושלמי *Hieroſolymitanum*, quod pro Judæis in Palæſtina degentibus ex vulgari doctorum ſententia à R. Jochanan Academiæ Hieroſol. Rectore conſarcinatum A. C. 230. at ex obſervatione Cl. Lightfooti *Cent. Chor. Matthæo præmiſſâ c. 81. p. 140.* ſeriùs Tiberiade confectum: & בבלי *Babylonicum* pro iis, qui in Babyloniâ aliisque locis peregrinis agebant, conſcriptum.

§. 3.

§. 3.

Talmud *Hierosolymitanum*, utpote obſcurius & imperfectius, minoris uſûs & pretii apud Judæos, conſtat *partibus quatuor*, quarum *prima* agit de iis, quæ aliàs in *Babyl. Joma* docentur: *ſecunda* vocatur *Seder Moed*, tertia *Seder Naſchim*, ultima *Seder Jeſchuoth*, explicans illa quæ aliàs in *Babyl. Neſikin* pertractantur, niſi quod *Maſſech: Abbot* & *Edajot* omiſſæ ſint & pro iis *Maſſechet Nidda* ſubſtituta. Conf. Clariſſ. D. Daſſovius *Præf. Diatr. de Reſurr. mort.*

§. 4.

Talmud *Babylonicum* Hieroſolymitano plenius & uſitatius (unde de eô potiſſimùm in ſequentibus agemus) dividitur in VI. *Tomos* ſive claſſes, quas כדרים ſive *ordines* vocitant, quorum primus dicitur זרעים *ſeminum*, agit de variis ſeminibus, homogeneis & heterogeneis, frugibus, arboribus, fructibus &c. 2. מוער *feſtorum*, de Sabbato & feſtis diebus. 3. נשים *mulierum*, de conjugio, repudio, officiis, affectibus mulierum &c. 4. נזיקין *damnorum*, de judicialibus. 5. קרשים *ſacrificiorum*, de ſacrificiis, templo &c. 6. טהרות *purificatio-*

num, de variis modis pollutionum, mundationum, lotionum &c.

§. 5.

Singuli *Tomi* sive *Partes* dividuntur in *libros* sive *Tractatus* מסכתות, quorum summa 63. & si addantur quatuor, qui sequioribus temporibus accesserunt, 67. quorum recensio habetur ap. Galatinum *de A. C. V. l. 1. c. 5.* & accuratior ap. Buxtorfium *Bibl. Rabb. p. 233. s.* Libri ulterius in פרקים sive *capita* dividuntur, quorum summa, calculum subducente Buxtorfio, DXXIV. (in supputatione verò eorundem nimiùm cœcutiit Galatinus.) Unumquodque caput ex primis plerumque vocibus appellationem sortitur, uti ex Catalogo Buxtorfii *l. c. p. 252.* videre est. Singula denique capita dividuntur in משניות *Mischnas* sive certos *Aphorismos doctrinales.* Sic e. g. caput Talmudicum *Chelec*, quod Christ: Gerson sub titulo Talmudischer Juden-Schatz evulgavit, est *undecimum* ex libro *Sanhedrin*, qui *quartus* ex quartâ parte *Nesikin*, & continet *quatuor Aphorismos* doctrinales, qui ulteriùs in certas *materias* à Judæis subdividuntur.

§. 6.

§. 6

Atque istæ sunt Talmudis *partes integrantes*: Utrumque porrò dividitur in duas *partes essentiales* scil. משנה five מתניתא *Mischnam* i.e. δευτέρωσιν five Legem secundariam vel oralem, ceu Textum Talmudicum, & גמרא *Gemaram* five glossam vel Postillam, quâ Mischna uberiùs illustratur. Libri tamen XXVII. Gemarà carent, quod ferè talia contineant, quæ in terrâ sanctâ usui tantùm sunt & Eliæ vel Messiæ explicanda linqvuntur. Conf. Liber Halichot Olam à L'Empereur editus p. 17. 18. 223. Gerson. in Chelec five Talmudischen Jüden-Schatz Præf. Buxtorfii Lex. Talm. *p.* 2611. & Fascicul. noster *Diss.* 1. *§.* 5. *s.*

§. 7.

Causæ efficientes five *Autores* Talmudis vel potiùs compilatores sententiarum sunt diversi. *Mischnas Babylonias* collegisse fertur R. Juda Sanctus: *Gemaras* deinde addidêre alii, R. Jochanan *Hierosolymitanas*, Raf Asse aliique *Babylonias*. Conf. Dissertatio nostra §. 10-18. & Leusdenius *Phil. Ebræo-mixt. Diss.* 12. *p.* 87.

§. 8

Doctores, e quorum sententiis colle-

ctum Talmud est, sunt vel תנאים *Disputatores Mischnici* vel אמוראים *Dissp. Gemarici.* Ex illorum thesibus & sententiis, quas in schedulis reliqverunt, R. Juda collegit *Mischnam*: ex horum doctrina *Gemara* sive Mischnæ explicatio desumta est. Conf. *Halich. Olam. p. 18.* Fullerus *Misc. l. 4. c. 18.* Buxt. *Lex. Talm.* *125. 374. 1428. 2610.*

§. 9.

Stylus Mischnæ *Ebræus*, Gemaræ *Chaldæus*, uterque verò in suo genere impurus & obscurus est. Conf. *Diss. nostra* §. *21, 22.* Leusdenius *l. c. p 88.*

§. 10.

Mischnæ quondam *puncta vocalia*, cum *accentibus* adscripta eamque secundum hos cantillatam fuisse, uti aliàs legem decantant, ostendit Buxtorfius *de Antiqv. punct. p. 78.*

§. 11.

Editio Talmudis vel est *Mischnæ separatæ* vel *Gemaræ simul.* Illa vel *sine Commentariis* & quidem non punctata edita est à Men. ben Israel Amstelodami in 8. A. 1631. Prodiit autem & editio alia punctata Ambst. A. 1646. vel *cum adjunctis Com.* Rambam & Obadiæ de Bartenoræ

Vene-

Venetiis in Fol. A. 1606. Conf. Buxt. *Bibl. Rabb.* p. 381.

§. 12.

Textus ſimul & Gemara ſeu *totum Talmud* & quidem *Hieroſol.* editum eſt in *Italia*, ut & in *Polonia Cracoviæ* A. 1609. cum Peruſch difficiliorum vocum, unoque conſtat volumine. Babylonicum vaſtius aliquot voluminibus editum eſt: primò *Venetiis* apud Bombergum A. C. 1520. Deinde *Baſileæ* apud Frobenium A. C. 1581. ſed in hâc editione juſſu & autoritate Patrum Tridentini Concilii per Marc. Marinum & Petr. Cevallerium exſecta ſunt ea, quæ in Chriſtum blasphema videbantur. Reſtituta verò ea in editione *Cracovienſi* A. C. 1606. à Judæis adornata. Recentior eſt editio *Ambſtelodamenſis* Imm. Binbeniſti ad Venetam conformata, quæ prodiit A. C. 1645. Textui Talmudico ab uno latere adjunctus eſt *Commentarius Raſchi*, ab altero *Toſephot* ſeu additamenta ſive hypomnemata Gemaræ. Sub finem cujusque Tractatus reperiuntur עסקי תוספות ſ. *Deciſiones additionum*, *R. Majemonidis* commentarius in Miſchnajoth (ubi datur) & *R. Aſcher* concluſiones, compendium qſ: Talmudis exhibentes, &c.

§. 13.

Integra ejus *Verſio* nondum elaborata eſt, quæ utique unius hominis laborem ſuperat. *Miſchnæ* quidem translationem nonnulli inchoârunt, ſed *Gemarum* prolixiorem Talmudis partem intactam fermè reliquerunt. Miſchnam ſolam Tractatuum *Bava Kama* & *Middot* notis illuſtratam edidit Conſtant. L'Empereur ab Opwyk; Miſchnam Codicis *Joma* Robertus Scheringhamius Cantabrigienſis; Miſchnam Codicum *Schabbat* & *Eruvin* cum Com̃. Ramvam & Bartenoræ Plur. Rev. & Exc. D. Seb. Schmidius, SS. Th. D. & P. P. Argentoratenſis, qui etiam plures elaboravit non editas: Miſchnam Tractatuum *Sanhedrin* & *Maccoth* cum Gemaræ excerptis explicavit Joh. Coch Bremenſis, Maſſ. *Sota* cum excerptis Gemaræ & Commentario doctiſſimo D. D. Johan. Chriſtoph. Wagenſeil, Fautor noſter venerandus. *Pirke Avot* edidere Fagius & Cl. Leusdenius, qui plures Miſchnas à ſe affectas ait *Præf. Phil. Hebræo - Græci.* Maſſ. *Schekalim* Joh. Henr. Otho in frontiſpicio *Lexici ſui Philol.* Sex Tractatus Talmud. edidit J. Ulmannus A. 1663. Unius capitis Tal-

Talmudici *Chelec* Mischnam & Gemaram felicissimè reddidit sermone vernaculo Christ. Gerson, Recklichusanus, conversus Judæus.

§. 14.

Materia circa quam seu *objectum Talmudis* si ad certum cognoscibile referatur, non unum, præcipuè tamen sacrum est, ita ut vocari queat *Ceremoniale Judaicum*, *Corpus* s. *Pandectæ Juris divini Judæorum: Promtuarium Theologiæ Judaicæ Exegeticæ, Didacticæ & Moralis.* *Illic* conferri possunt indices locorum Scripturæ, qui in Talmude citantur, uti R. Aharon Pisaurensis תולדות אהרון: *Istic* compendium Talmudis á Gersone lingvâ vernaculâ scriptum: *hic* illi, qui leges Judaicas תר״יג *Tirjag* s. 613. exposuere. Continet tamen Talmud *Medicinalia* quoque, qualia produximus Diss. §. 25. ut & *Historica* varia, verùm non ex professo, sed velut incidenter.

§. 15.

Si verò *modum circa objectum versandi* spectes, non pauca quidem in Talmude reperiri sana & utilia certum est, neque tamen minùs certum inesse illi longè plura IMPIA (uti est modus advocandi

& videndi diabolum *in Berachot f.6.*) Blasphema (ut quod *in Cholin c.* 3. & *Schevuoth c.* 1. recensetur expostulatio cum DEO, quod luna præ sole imminuta sit, ubi DEUS, cum eam nullâ ratione placare posset, tandem dixisse fertur: *offerte sacrificium propitiatorium* עלי *pro me, quod lunam minorem feci*: ne de diris in Salvatorem calumniis nunc dicamus, de quibus conf. noster *obtrectator Apella f. Diss.* 2. *Fascic.*) Absurda (ut quod *Berach. f.* 7. DEUS orare dicitur; quod dæmonibus corporeæ qualitates tribuuntur *Joma f.* 69. &c. quò spectant tot aniles fabulæ & inconditæ hyperbolæ de pisce Leviathan, ave Juchne, monstrosa rana & similibus, *Bava bathra f.* 73 74. *Bech. f.* 57. *&c.*) Superstitiosa (ut quod *Sanh. f.*94. 1. dicitur: *quando quis expavescit, licet ipse nil videat, videt tamen ipsius Planeta. Quod est remedium ejus? subsiliat è loco suo quatuor cubitis aut legat lectionem audi* (Israel ex Devt. 6.) *si autem stet in loco sordido, dicat sic: Capræ in macello sunt pinguiores me:* Quò pertinent ista in *Joma f.* 84. 1. *Quem momorderit canis lethaliter, quæ curatio ejus? Respondit Abbai, afferat cu-*

tem

tem Basilisci masculi & scribat in eâ: Ego N. filius N. super pelle Basilisci masculi scribo: Cante, Cante, Caliros (*alii pronunciabant* Kande, Kande, Kaloros) Jah, Jah, Adonai Zebaoth, Amen, Amen, Sela. In *Bava bathra, f. 73. Quando fluctus aliquis submersurus est navem, conspiciuntur quædam quasi scintillæ ignis albi in capite ejus. Eas si percutiamus baculo, cui inscriptum est*, Ehjeh ascher ehjeh, jah, Adonai Zebaoth, Amen, Amen, Sela, *requiescet fluctus.* In *Avoda Saraf. 12.* certæ speciei cœcitatis mederi dicuntur sequentia verba in membrana scripta שברירי / ברירי / רירי / ירי / רי: Conf. item Oniromantia *in Berachot c. 9.*) Frivola (uti *Sanh. f. 105.* de albicante cristâ gallinæ, quàmdiu DEUS irascitur: *Eruvin f. 100. 2.* de gallo gallinam suam miris blanditiis ad συνουσίαν pelliciente. Quò referendum votum R. Joseph *Sanhedr. f. 98. 2.* his verbis conceptum: *Veniet* (Messias) *& dignus ero ut sedeam in umbra fimi asini ejus!*) qualia adduximus *Diss. §. 27-33.* Cœterùm Talmud descripsere P. Galatinus *de A. C. V. l. 1. c. 5.* Christ. Gerson *Compend. Talmud. P. 1. c. 28, 29.* & in Talmudischen Judenschatz *Præf.* Buxtorf. *Bibl.*

Rabb. p. 217. f. Joh. Müller. *Judaiſm. Prol.* 4. Dilherrus *Elect. l. 1. c. 24 & in Atrio Lingv. S. p. 89.* Leusd. *Phil. Ebræo-mixt. Diſſ. 12, 13, 14 & 15.* Joh. Hoornbeck *de Conv. Jud. l. 1. c. 3* Conf. & Diſſert. prima Faſc. noſtri. Autoritatem verò Talmudis expugnarunt præter citatos Hieronymus de Sancta Fide *Ebræomaſtig. l. 2. toto,* Adrian. Finus *Flagello Jud. l. 9. c. 4.* Victor. à Carben *contra Judæorum errores l. 1. c. 9, 10.* Marquard. de Suſannis, *de Judæis & Infidelibus P. 1. c. 1.* Joh. Pagetus *contra Allegationes Talmudicas.* Hakſpan. *Not. ad Nizachon. p. 260. ſ.* Anton. Hulſius *Theol. Jud. P. 1. p. 444. ſ.* & alii, qui contra Judæos calamum ſtrinxere.

SECT. II.
PROBLEMATICA.
Quæst. I.
Num Talmudici portentoſas fabulas ſuas ad literam intellexerint?

Reſp. Cùm recentiores tot commentorum tandem nonnihil pudeat, excuſare majores ſuos conantur omniaque in allegorias transformare, quin & inſulſiſſimas fabulas ingenii felicitati adſcribere ſolent. Conf. liber Beez Haggola, Caphtor Upherach, Meor Enaim *p. 74.* Specimen

men de rana R. Barbar Chanæ in Bava bathra exhibuit Dn. D. Scherzerus *Trif. p. 165.* Conf. etiam Pokokius *Port. Mos. p. 144.* At verò nos primos talium fabularum inventores & architectos ita non satis excusari censemus. Potuit quidem fieri, ut non omnia seriò ab illis afferrentur vel intelligerentur κτ̓ ῥέδμνα, tamen pleraque eos propriè accepisse, vel saltem eâ intentione plebi credulæ propinasse, ut propriè caperent. Nam I. Sæpiùs ἀυτοψίαν vel certam relationem urgent, quod non opus est in parabolis. Sic Rabbinus iste, qui corvum magnum deglutitâ ranâ in stupendam arborem avolantem viderat, subjicit: *Non credidissem, nisi ipse locum vidissem.* 2. Solent occurrere tacitis objectionibus & fabulas suas ab ἀτοπίᾳ vindicare. 3. Fabulis suis nullum addunt ἐπιμύθιον, quæ & sæpè ita comparatæ, ut nullum admittere queant. Sanè applicatio recentiorum nonnunquam absurdior est ipsâ fabulâ veterum. Denique 4. Fabulas suas ex ipso Scripturæ Sacræ textu quoad omnes circumstantias probare allaborant. Itaque causa patrocinio non bona pejor erit. Conf. Hulsius *Th. Jud. P. I. p. 445. s.* Leusd. *l. c. p. 95. s. 97. s.*

Qv. II.

Qvæst. II.

Quæ in Talmudicorum dissensionibus sit norma decisionis?

Resp. Frequentissimæ in Talmude doctorum dissensiones, neque semper explicitè addita est decisio. Qværitur proinde, cui tum ex omnibus dent assensum? Tenendum itaque primò Judæos nullum simpliciter rejicere, nec omnia à Talmudistis ex vero vel ex animi sententia afferri, sed multa στοχαστικῶς disputari, si modò allatæ assertioni quocunq; modo color aliquis induci queat. Vid. Buxtorf. *de Antiqv. Punct. pag.* 98. 101. Imò & si quid unquam erratum, id tamen Judæi pro suâ modestiâ (nimirum se mutuò boni muli scabunt) non dicunt טעותא *erratum*, sed ברותא i. e. *alienum* vel *extraneum*. Cùm verò certum sit, eos omnibus simul adstipulari non posse, sciendum porrò, quosdam peculiarem habere ἐξοχὴν & penes hos esse *Halacham*, ut loquuntur, i. e. horum sententiam esse communi calculo dignam & probatam. Vid. *Halich. Olam p.* 227. Sic R. Akiba vocatur כתומתאר seu *authenticus*. Sic ubi *Hillel* & *Schammai* æmuli controvertunt, autoritas Hillelis præ-

præcedit. Solet etiam eorum nominibus, quorum sententia præ aliis approbatur, circellus aliquando imponi, uti ostendunt Coccejus *in Sanhedr. Præf. ad Lect. in fin.* & Scheringhamius *l. c. Præf.* Imò sæpiusculè res sine decisione in medio relinquitur, quando, ut loqvuntur, res manet בתיקו *in theca sua*, Gerson: im Futter-Faß. Et hujusmodi Dubia Elias aliquando soluturus est; quod credat Judæus Apella, non ego. Conf. Buxt. *Lex. Tal. p. 93. 2588. & Abbrev. 210.* Halich. Olam. 224.

QVÆST. III.

Num Judæi Talmud SSæ æquiparent?

Resp. Verpæ Talmud suum Textui Biblico non modò conferunt & legem scriptam *hic* atque legem oralem *illic* contentam pari pretio habendam affectuq; pietatis suscipiendam censent, sed etiam certo modo præferunt. Hinc sc. *in Massichta Sopherim c. 12. hal. 7.* dicitur: *Textus Biblicus est similis aquæ, Mischna vino, & Talmud* (Gemara) כקונדריטון *vino condito:* & hal. 8. *Ulterius similis est Lex sali, Mischna piperi, Talmud aromatibus.* Conf. hic Schickard. *in B. Happ. pag. 6.* Haksp. *ad* נצחון *p. 268.* Gers. *in Talm. p. 213.*

Bux-

Buxtorf. *Lex. Tal. p. 1171. Abbr. 223. Syn. Jud. 57.* & hinc orta quoque blasphema vox, quæ Rabbinis passim in ore: *Mi fili, attende ad verba Scribarum magis, quàm ad verba Legis.* Conf. Hakspanius *ad Nizzach. p. 268.*

Qvæst. IV.

An Salvator quædam è Talmude mutuatus sit?

Resp. Julius Conrad Otho *in Galitzasia*, Buxt. *in Thes. Gramm. circa finem, ut & diversis locis in Lex. Tal.* Robertus Scheringhamius *Præf. Codicis Joma*, Joh. Lightfootus *Hor. Ebr. ad c. 20. Matth.* Joh. Vorstius *Phil. S. c. 4. p. 141.* & alii producunt fabulas quasdam atque parœmias à Salvatore è Talmude desumtas, de quibus tamen notandum 1. Quod non semper sint eædem. 2. Si convenire videantur, prorsus dicendum est & Christum & Talmudistas eas accepisse ex ore Vulgi. Conf. *Differt. nostra Th. 39. usque ad finem.*

Qvæst. V.

An Scripta Talmudica & Rabbinica ad explicationem SSæ aliquem habeant usum?

Resp. Abolenda illa omninò statuerunt

runt è Papis non pauci Gregorius IX. Innocentius I. Clemens IV. Honorius IV. Johannes XXII. Julius III. Paulus IV. Pius V. Gregorius XIII. Clemens VIII. quorum decreta ſuper hâc re videre eſt in Bullario Cherubini & Directorio Inquiſitorum. Maximè verò in nervum erupit lis iſta ſuperiori ſeculô A. 1510. inter *Joh. Reuchlinum* Phorcenſem & *Jacobum Hogoſtratum* frigidam ſuffundente Judæo quodam (ut quidem videri volebat) converſo *Johan. Pfefferkornio*, uti è Sleidano *lib. II.* & Cruſio *Annal. p. 536.* memorat Schickardus *Bechin. Happ. p. 106. ſ.* Ita poſt Pfefferkornium omnes Judæorum libros ad rogum (ſacrô modò codice exceptô) damnavit *Erneſtus Ferdinandus Heſſe* Medicus Judæus converſus *Flagello Judæorum p. 74. 147. 150. ſ.* quorum zelum ceu ὀ κατ' ἐπίγνωσιν notârunt Dn. D. Müllerus *Jud. P. 2. c. 10. p. 1487.* & Chriſt. Gerſon converſus itidem Judæus, *in Compend. Talmudis P. 2. c. 18. p. 429. ſ.* Neque deſunt è Chriſtianis alii, qui licet Judæorum libros tolerandos non abnuant, eos tamen οὐδὲν ὑγιὲς habere contendunt. Ita certè ſenſit D. Joh. Forſterus Reuchlini diſcipulus

pulus

pulus *Præf. in Diction. Ebr.* qui ideò incurrit censuram Schickardi *in B. H. pag. 107.* & Christ. Chartwrighti Eboracensis *Prolegom. Annot. in Genesin.* Sed defensus est à Magnif. Dn. D. Calov. *Prol. Bibl. Ill. p.* 16. Nos licet iis seriò succenseamus, qui omnia Judæorum placita pro oraculis habent, admirantur, & in cœlum evehunt, lubentesque fateamur, sæpissimè ἄνθρακας ἀντὶ θησαυρῶν reperturum, qui non noverit è stercore Enniano margaritas legere, unde Cl. Lightfooto scripta sacra N. T. sæpè nimis coactè cum Talmudicis contendenti & stylum Apostolicum è Talmudico ferè unicè metienti (quâ de re conf. Dn. D. Calovius *System. T. 9. pag. 36. s.*) in omnibus haudquaquam assurgimus: Interim non existimamus, infantem cum balneo ejiciendum sive utilia cum quisquiliis abolenda esse. Ne enim dicamus impossibile esse, ut Talmud & similia Scripta Magistralia omnium Judæorum manibus excutiantur, à quibus ob catholicam fermè styli Talmudici inter Christianos etiam doctiores ignorantiam parum periculi (quin è Talmude, si diligentiùs versaretur, Judæi κατ'

ἀθρα-

ἀνθρώπου convinci possent) non contemnenda è scriptis Judaicis ad Christianos redundare potest utilitas, quâ aliàs forsan carendum foret.

Est autem usus Scriptorum Judaicorum I. Grammaticus. Negari nequit *R. Dav. Kimchii* רקדוק esse ceu eqvum quendam Trojanum, è quô tot Grammatici post Reuchlinum inter Christianos prodiêre, è quibus eò quilibet doctior, quò Kimchium intellexit rectiùs. Ex eodem autore Grammaticas difficultates per totum codicem Ebræum feliciter enodavit *R. Sal. ben. Melech* in suo מכלל יופי, ut in Præfatione suâ ipsemet fatetur.

Ne nunc dicamus, lectionem Rabbinicam non parùm conferre ad perfectionem Ebraismi. Utcunque enim versato in legendis libris non punctatis textus punctati deinceps eò faciliores & quasi instar ludi jocive sunt, ut nonnisi ad loca obscura & difficilia subsistere cogatur, facilia autem transmittere queat.

Secundus Rabbinorum usus est Exegeticus. λέξεων & φράσεων, ita & locorum difficilium sensum literalem eorum melioris notæ Exegetæ *R. Abr. ben*

Esra, *R. D. Kimchi*, *R. Levi Gersonides*, *R. Sal. ben. Melech* aliique ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ satis aptè exponunt. Unde horum laboribus sublevati Scripturæ non contemnendam faculam alluxerunt è Christianis Seb. Munsterus, Fr. Junius, Leo Juda, Joh. Drusius, Hugo Grotius, Lud. de Dieu, Sixtinus Amama, Theod. Hakspanius, in totum penè Codicem & in nonnullos ejusdem libros Paulus Fagius, Mercerus, Cartwrightus, Masius, Simeon de Muis, Joh. Viccars, Coccejus, Schmidius, Varenius, quibus eos adde, qui loca SSæ promiscuè illustrârunt, qvorum aliquos Angli Tom. VIII. & IX. Criticorum sacrorum complexi sunt, unde speciminis loco instar omnium nobis esse poterit Christ. Cartwrighti Mellificium Ebraicum. Experti porrò sciunt dictos antè Rabbinos, sic & *R. Mos. Nachmanidem*, *Don Isaac Abrabanelem*, *Don Joseph Jacchiadem*, *R. Sam. Laniado* aliosque non rarò jucundas & perutiles quæstiones circa textum movere, quandoque etiam feliciùs loca ἐναντιοφανόμενα conciliare, quàm ii faciunt, qui id ex professo occupârunt argumentum, cujus rei specimen dabit Bux-

Buxtorfius *AntiCrit. Part 2. c. 13.* Sed & Menasseh ben Israelis Conciliator hîc adduci posset, nisi Latinè factus & sic cuivis obvius esset.

Tertius Rabbinicæ lectionis usus est Historicus. Historiam suæ gentis, præsertim ubi negligitur ab exteris, ipsi condunt, unde non inutiliter legentur *Seder Olam* utrumque, *Juchasin*, *Schalschelet-Hakkabala*, *Zemach David* &c. Sed notius est, quàm ut moneri debeat antiquos Ritus Judæorum, undè sæpè lux obscuris quoad circumstantias utriusq; fœderis locis, e. c. de Templo, de Synedriis, de Suppliciis, de Phylacteriis, de Ritibus lugentium & aliis, commodissimè è *Talmude* & *Jad Chasaka Maimonidis* peti; illius specimen dabunt *Lightfooti* Horæ Hebraicæ; hujus præ aliis *D. D. Geieri* libellus de Luctu Ebræorum.

Quartus usus est Elencticus. Argumenta, quibus ipsi vel nostram religionem oppugnant vel suam propugnant, vix satis rectè percipiuntur, nisi ex adversariorum scriptis, veluti è commentariis *Abravanelis*, è libro Nizzachon *Lipmanni* & similibus. Unde multos incassum laborasse ex iis, qui contra Ju-

dæos ſcripsêre (quorum farraginem dedit Joh. Hoornbeck *de Conv. Judæis p.7. ſeqq.* ipſe etiam in hâc palæſtrâ parùm verſatus) non mirum eſt. Rident enim Judæi eos, quos refutare dicunt ſcripta, quæ non capiant. Cæterùm teſtimonia quoque plurima, quibus κατ' ἄνθρωπον orthodoxia contra ipſos ſtabiliri poteſt, ex diligenti lectione Talmudica & Rabbinicâ colligi queunt, cujus rei ſpecimina præter alios edidere L' Empereur in *Halichot Olam*, Chriſtian. Gerſon *Talm. P.2.* Jul. Conrad. Otto *in Gale Raſaia* (quem tamen ſubleſtæ fidei & impoſtorem fuiſſe evicit Doctiſſ. D. Wagenſeil fautor noſter venerandus, *in Sota p.704. & alibi.*) ut jam de *Petro Galatino* non dicamus, cujus apud pleroſque ſubleſta fides. Sed conf. de uſu lectionis Rabbinicæ quoque Theod. Hakſpan. tractatu in hanc rem libro Nizzachon Lipmanni ſubjuncto & Chriſtoph. Cartwrightus *Prolegom. in Geneſin*, quibus adde, quæ de uſu lectionis Talmudicæ monuit Exc. Dn. D. Carpzovius Præf. in Horas Lightfootianas in Evangel. E dictis proinde manifeſtum eſt, Rabbinorum commentaria à Theo-

logo

logo & Interprete Scripturæ Sacræ non ſine emolumento verſari poſſe; quid verò & huic & aliarum diſciplinarum cultoribus Rabbini conferre queant, quaſi indice digito oſtendit Hottingerus *in Bibliotheca Orientali c.1.* ubi tamen contentus fuit librorum ſaltem titulos indicâſſe, de quibus deinde conſuli poterit Buxtorfius, qui in Bibliothecâ ſuâ Rabbinicâ libros Judaicos ordine alphabetico digeſſit. Cùm autem plerique cenſeant, laborem Rabbinis legendis impendendum longè eſſe majorem ſperando illinc uſu, & valere hîc tritum iſtud: *demiſiſti te in profundum maris & extraxiſti concham ex eô manu tuâ*; lubet hîc opportunè inſerere noſtram ad facilem & expeditam Rabbinico-Talmudicorum Scriptorũ lectionem χειραγωγίαν.

MANUDUCTIO FACILIS
AD
LECTIONEM TALMUDICO-RABBINICAM
SECTIO I.
DE LECTIONE EBRÆO-GERMANICA.

§. 1.

Extant nonnulli libri à Judæis lingvâ

 ver-

vernaculâ, interque alia noſtrâ conſcripti, quos prælibare paululum & ſic quodammodò genio Rabbinico adſveſcere non abs re erit. Recenſum quendam hujusmodi librorum habes apud Buxtorfium *in calce Theſ. Gramm. p. 660. ſ.* ubi etiam ſatis expeditam hujusmodi Scripta legendi viam monſtravit. Breviùs tamen expediri res omnis poſſe videtur per duplex Alphabetum. Unum *analyticum* pro *lectione* Scriptorum Ebræo-Germanicorum; alterum *ſyntheticum* pro *ſcriptione*, ſi quis cum Judæis per hujusmodi modum ſcribendi converſari velit. Figuras ſive ductus literarum ipſis peculiares exhibet ſchema P. adjunctum.

SCEMA ALPHABETICUM PRO LECTIONE.

א a rariùs o. e. g. האט hat / אקשן Ochſen / יאך Joch.

או o & u ab initio vocis & poſt ו conſonam vitandæ confuſionis cauſæ e. g. אורן Ohren / אובן oben / וואוכר Wucher.


אוו au vel aw ut: פראווין Frauen.

אוי ö / ü & au / item eu ab initio vocis e. g. אויל Oehl / איבל übel / אויגן Augen / אויך auch / אוירי eure.

אווי

P

LITERÆ RABB



I. Character Merubba
II. Character Masket
IV. Character Ebræo
V. Character corrup

אויי eu/ab initio vocis אויירן euern.
אי i ab initio vocis איר ihr.
איי ei ab initio, ut: איין ein.
ב b.
בֿ cum linea *raphe* eſt f/ vel v/ ſed rariùs ut: בֿיירט führt.
ג g.
ד d.
ה h.
ו o & u.item Vau conſona, rarò etiam f. e.g. הוך hoch/ אלזו alſo/ דו du/ יונג Jung / גיוטר Gevatter / בֿיואולן befohlen.
וא u vel uh præſertim in fine vocis, e.g. רואן ruhen / קוא Kuh.
וו w. e.g. וואונונג Wohnung/ וואונש Wunſch.
וי ö / ü / au in medio: e.g. טרוישטן tröſten/ זוינדי Sünde/ לויפֿן lauffen.
ויא üh vel au ſive aue in fine e.g. פֿרויא früh / גרויא grau.
ווי äu in medio e.g. הוייזר Häuſer.
וויא eu vel eue in fine e.g. טרוויא treu/ רוויא reue / פֿרוויא freue.
ז s lene quodcunque præſertim ante vel poſt vocalem vel inter duas e.g. זולט ſolt/ וויזן wiſſen/ דאז das &c.
ח nonniſi in Ebraicis vocibus adhibetur.

ט T/Th/dt/tt/ e.g. טוט todt/ ראט Rath.

י i. & Jod item e præsertim in fine purum, ut & ab initiô in syllabis be & ge/ è pravo pronunciandi more etiam ü. e.g. יאר Jahr/ מיר mir/ חויהי Höhe/ לאנגי lange/ גיוואונן gewonnen.

יא ie & eh in fine ut: וויא wie/ גיא geh.

יי ei in medio, & pravè eu e.g. לייד Leid.

וויא ey in fine & eie in medio ut: בייא bey/ זייא sey/ פרייא frey/ שפייאר Speyer.

כ sine Raphe in vocibus solùm Ebraïcis usurpatur.

כֿ Cum linea Raphe ch/ at in finali ך Raphe negligitur, e.g. הוך hoch.

ל l.

מ m.

נ n.

ס ſ durum f. ß/ præsertim in fine ut: האסן hassen/ גיהאספלט gehaßpelt/ ואס vaß.

ע e & pravè ö e.g. מענשן Menschen/ אבגעטר Abgötter.

פ sine Raphe p.

פֿ cum linea Raphe ph / vel f e.g. אופֿגיבלאזן Ufgeblasen.

פפֿ pf (altero פ raphato) ut: אופפר Opfer/ סאקפפייפר Sackpfeiffer.
צ z/ ß.
ק k/ ck.
קוו qv/ ut: קוואל Qvaal.
ר r.
ש sch/ item ß & durum in fine & ante p & t imò & quodcunque e. g. גישאפן geschaffen/ גש gaß/ נידרלאשן niederlassen / הויש Hauß / גישפונן gesponnen/ גישטראפט gestrafft.
ת in solis vocibus Ebraicis occurrit.

§. 2.

Varietas illa vocalium & diphthongorum inde est, quod Vau & Jod sustineant partes consonarum simul & vocalium, quare א (cujus ceu consonæ, in scripturâ Ebraicâ aliàs usus non est, nisi quod pro vocali a vel o adhibeatur) vitandæ confusioni servit.

§. 3.

Ad conversationem cum Judæis per literas, item conscribendas syngraphas vel literas contractuum &c. faciet sequens alphabetum, unde facillimo negotio patebit, quâ ratione quamlibet Germanicam literam exprimere soleant Judæi, quos non assecutus est Dilherrus *in Atrio suo*. Nam quæ illic *p. 127.* lite-

 ris

ris Ebræo-Germanicis exprimere conatus eſt, nullus Judæorum ita exarâſſet:

SCHEMA ALPHABETICUM PRO SCRIPTIONE EBRÆO - GERMANICA.

A א, raró ו (quod corruptæ dialecto potiùs tribuendum) quandoq; (præcipuè rapidum ſive ante duas conſonas) negligitur e. g. Graß גראז, unterlaſſen אונטרלושן, wiederfahren ווידרפֿרן, gaß גש, tragen טרגן, macht מכֿט.

Au ab initio אוי, in medio וי, in fine ויא e. g. Augen אויגן, gebraucht גיברויכֿט, grau גרויא.

Aw אוו ut: Frawen פֿראווין.

B ב.

C in purè Germanicis ante k negligitur in peregrinis per ק exprimitur e.g. Chriſten קרישטן, Nacken נאקן.

Ch כֿ cum raphe, at in fine ſine eodem ut: Machen מאכֿן, hoch הוך.

D ד.

E ע ordinariè: in fine purum & aliàs interdum י: impurum ſive eh יא: quandoque, præſertim in rapidis ſylla-

syllabis terminativis en/er/es/et/ ut & inchoativis be & ge & rariùs alibi planè negligitur e. g. Erst ערשט gegen גיגן, alle אלי, geh גיא, Gebrechen גיברעכֿן, welcher ווערלכֿר, gesponnen גשפונן, gutes גוטש.

Ey/ei ab initio איי, in medio יי, in fine ייא ut: Eyter אייטר Eitelkeit אייטלקייט,. allerley אלרלייא.

Eye ייא e. g. Schleyer שלייאר, Speyer שפייאר.

Eu/ew ab initio אויי & איִ, in medio ויי, in fine וייא ut: Eure אויירי, erfrewen דרפֿרויין, getrew גיטרווייא.

F פֿ cum raphe, rariùs per בֿ raphatum vel ו, in fine ף sine raphe e. g. gefangen גיפֿנגן, gefahren, גיוארן, geführt גיבֿוירט.

G ג.

H ה: ubi verò in Germanismo non sonat, hîc planè negligitur. e. g. Rath und That ראט אנד טאט.

J litera s. consona י: vocalis ab initio אי, in medio י, in fine יא ut: Jahr יאר, Ich איך, Bier ביר, Sie זיא.

K ק.

L ל.

M מ, in fine ם.

𝔑 נ, in fine ן.

𝔒 ab initio eſt poſt ו h. m. א vel או, in medio ו vel א, in fine ו vel א, impurum וא, ut: Ochſen אקשן, Ohren אורן, wohl וואל, froh פרוא,

Oe ab initio אוי, in medio וי & pravè ע, in fine ſi detur ויא: ut Oehl אויל, hören הוירן, Götter געטר, Spötter שפויטר.

𝔓 פ.

Pf פּפ alterô פ raphatô: in fine פף vel ף e. g. Tropfen טרופפן, Kopf קוף.

Ph פ raphatum in fine ף.

Qu/Qw קוו ut: Quaal קוואל, erquickt דרקוויקט.

ℜ ר

𝔖 lene & ſimplex fermè ז & quandoq; ש; fortè & duplex ש, rariùs ס e. g. das דאז, ſich זיך, ſelich זיליך, weiſen וויזן, haſſen האסן, laſſen לאשן.

Sch ש ut: Geſchäfft גישעפט.

T/Th ט.

Tz צ.

U ab initio & poſt ו conſonam אוּ, in medio וּ, in fine purum וּ, impurum וא, e. g. und אונ, kurtz קורץ, du דו, ruhen רואן.

ü ab initio אוי, in medio וי, pravè י, in

in fine ויא, ut: wünschen וואונלשן, betrüben ביטריבן, früh פֿרויא.

𝔙 ו.

𝔚 וו.

𝔛 קס vel קש, ut: vexiren ועקשירן.

𝔜 ut i simplex.

𝔷 צ.

§. 4.

Cœterùm non scribunt Judæi secundum orthographicam ἀκρίβειαν, sed secundum sonum & genium cujusque dialecti præsertim superioris Germaniæ, inde est, quod pro syllabâ inchoativâ er scribunt דר, ut: pro erzehlen דרצעלן, erschrecken / דרשרעקן: porrò pro wir מיר, pro allso אזו, pro geht גייט &c. qualia dabit usus.

§. 5.

Voces Ebraicas infarciunt orationi vernaculæ tùm integras tùm ad analogiam Germanicam deflexas, ut גזלן gasseln *rapere*, גנבן ganffen *furari*, בדקן badken *quærere*, ירשן jarschen *hæreditare*, שחטן schächten / schlachten / אויזמעקן ausmecken *delere* à מחק, דרשן darschen / *concionari*, סחרן sachren *mercari*, שמדן schamden *deficere* abfallen / תפסן tapfsen / greiffen &c.

§. 6.

§. 6.

Litera nulla geminatur, ſed gemina, ubi opus eſt, concipitur ut גיפלן gefallen / גינומן genommen / גיוואונן gewonnen &c.

SECTIO II.

DE PRÆREQVISITIS ET ADMINICULIS LECTIONIS EBRÆO-RABBINICÆ.

§. I.

QVoniam libri Judæorum (ſi paucos modò libellos Grammaticos & aſceticos in puerorum & mulierum gratiam conſcriptos poſt Sacrum Codicem exceperis) ſine punctis vocalibus exarati ſunt, inde non levis oritur difficultas, cum negari nequeat, unam eandemque vocem ſolis conſonis conſtantem multifariam punctari adeoque & exponi poſſe. Periculum fiat in דבר (quam e.g. Vorſtius *in Verſione Zemach D. p. 145.* legit דָּבָר & vertit *Res*, cum legenda fuiſſet דֶּבֶר & vertenda *Peſtis.*). Druſio certè alicubi punctorum abſentia ita impoſuit, ut è columbis faceret homines, Buxtorfio ideò notatus *Lex. Talm. p. 631.* Impegerunt & alii ad eundem

dem lapidem, ut Rittangelius de solennibus novi anni in Paræneſi inter alia oſtendit, nimis tamen rigidus in Chriſtianorum (Cappelli, Scaligeri, Vechneri, Myslentæ, Vorſtii, L'Empereur, Slevogti, Schickardi &c.) conatus cenſor.

§. 2.

Quanquam verò vocum Ebræarum punctis abſtractis extra contextum inſuperabilis ſit ambiguitas (non aliter ac ſi vocibus Latinis vocales demas, ubi illicò *Dominus* fiet *demens*, & *procus porcus* & *lapis lepus* vel *lupus*) intra tamẽ contextum difficultas fermè exſpirat, maximè ſi lector dexteritate ingenii eâque polleat ἀγχινοίᾳ, ut è conſideratione συναφείας diſpicere queat, quænam vocis ambiguæ ſignificatio præſenti autori, argumento & ſcopo conveniat, unde à lectione Rabbinica pueros aliosque τῆς διανοίας ἀῤῥωςίᾳ laborantes omninò arcemus.

§. 3.

Porrò opus eſt, ut Rabbinos aditurus perfectiſſimè calleat *analogiam Grammaticam* & in librorum punctatorum analyſi & translatione ut & in ſyntheſi & compoſitione probè ſit exercitatus, nam analogiæ Grammaticæ imperitus (utpote

pote quæ ceu à punctis ferè dependens, è libris punctatis cognita supponitur) frustrà sese in libris non punctatis maceraverit. Quanquam enim Judæorum vulgus citra Grammaticæ subsidium ex solo usu libros non punctatos lectitare utcunque discat, præterquam tamen quod homines illi maximô cum temporis dispendio transactâ meliori ætate illuc perveniunt, nullam lectionis suæ rationem reddere queunt, adeoque, cùm scire sit rem per causas cognoscere, reverâ nihil vel parùm sciunt.

§. 4.

Deinde Rabbinos versaturus non contemnendum secum afferat *vocum Ebræarum apparatum* è lectione jugi Biblica comparatum, cùm res sit plane tædii, ad quamlibet vocem subsistere & recurrere ad Lexicon, ex eô enotare omnia significata & tum demum dispicere, quid in rem præsentem esse queat. Ita conantem forsan mors invadet & in ipso *vitai claustra resolvet*. Qui verò usitata vocum significata fideli memoriâ tenuerit, illi proclivius erit è notis ignota elicere, & sub manibus sic procedet negotium.

§. 5. Cùm

§. 5.

Cùm Rabbini tædio idem centies repetendi (in vocibus, particulis & formulis frequentatis) soleant uti scripturæ compendiis sive *abbreviaturis*, dum vocum modò capitales literas virgulâ obliquâ, unâ vel geminâ, supernè additâ, scribunt, lectionis Rabbinicæ studiosus familiarem sibi reddat libellum Buxtorfii de Abbreviaturis Rabbinicis (quo in hoc genere non datur melior) & si fortè occurrant abbreviaturæ illic nō contentæ, recurrendum est ad initium contextûs (non enim novum scripturæ compendium adhibent autores, nisi vocem vel formulam integrè alicubi scripserint) & reperta abbreviaturæ lectio deinde libello Buxtorfii ad futuram cautionem inseri potest e. g. ז"ל legitur זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה *memoria ejus ad benedictionem* i. e. piæ memoriæ, (pro quô & Latinè scribimus p. m.) Cœterùm imperfectæ, quas vocant, abbreviaturæ, ubi scil. sola ultima litera terminativa una vel altera resecatur, (e. c. דברי' pro דברים) ne mediocre quidem ingenium morari possunt. Obiter addimus, Judæos quædam, præsertim Rab-

binorum, nomina (sc. ob pronunciandi tædium) non modò abbreviatè *scribere*, sed & *legere*. e. g. pro רַבִּי שְׁלֹמֹה יַרְחִי scribunt רש״י & legunt *Raschi*; pro רַבִּי מֹשֶׁה בַּר מַיְימוֹן scribunt רמבם & legunt *Rambam*; pro רַבִּי מֹשֶׁה בַּר נַחְמָן scribunt רמבן & legunt *Ramban*; pro רַבִּי דָוִד קִמְחִי scribunt רדק & legunt *Radak*; pro רַבִּי לֵוִי בֶּן גֵּרְשֹׁם scribunt רלבג & legunt *Ralbag*; pro מוֹרֵנוּ הָרַב רַבִּי יַעֲקֹב לֵוִי scribunt מהריל & legunt *Maharil* &c. Sic pro זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה scribunt ז״ל & legunt *Sal*; pro רַבּוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה scribunt רז״ל & legunt *Rasal*; pro ספר מצות גדול *Liber præceptorum major* סמג & legunt *Smag* &c.

§. 6.

Cùm Rabbini loca Scripturæ Sacræ etiam concisa atque brevia plerumque sine indicio capitis & versus, imò sæpissimè & libri adducant (his circiter formulis שאמר , שנאמר , עליו אמר, כמו שכתב , זהו שאמר , מה שאמר , וכן , וזה שכתוב , מה שכתוב, &c. imò vel solâ particula מ *ex* scil. isto Scripturæ Sacræ loco) qvin & eô tacite alludant, mentem eorum sine *concordantiis*

dantiis nemo facilè capiet: Rabbinos itaq; lecturus ad manus semper habeat Concordantias Buxtorfii, unde facili negotiô quoties & ubi quælibet vox declinabilis in Scripturâ Sacrâ occurrat, discet.

§. 7.

Cùm Judæorum scripta scateant allegationibus Talmudicis & Targumicis, multisquę prætereà Chaldaismis, ea lecturo *Chaldaismi* notitiam ceu utilem & proficuam omninò svademus, qui verò ad lectionem Talmudicam, de quâ infrà seorsim nonnihil addemus, necessarius est.

§. 8.

Denique requirimus in Rabbinismi Candidato aliquam πρόγνωσιν de Judæorum non modò digestione Sacri Codicis, sed etiam Talmude, Targumim, Masora, Kabbala, commentandi modis, ut & præcipuis ritibus, quorum omnium prægustus (qualis quidem initiis sufficiat) acquiri potest ex Hottingeri *Thesauro Philologico*, Schickardi *Bechinat Happeruschim*, Buxtorfii *Synagoga Judaica*, Othonis *Lexico Philologico-Rabbinico* & hâc ipsâ *nostrâ Criticâ*.

SECTIO III.

DE RABBINISMI AB EBRAISMO DIFFERENTIA.

§. 1.

NOn differt Rabbiniſmus, in libris quidem Ebraicè ſcriptis, (nam Gem. Talmudis, Targumim, Zohar, & alii quidam libri Chaldaicè, recentiores nonnulli vernaculè ſcripti ſunt) ab Ebraismo Biblico ut peculiaris lingva, neque ut dialectus, ſed ut peculiaris character vel modus dicendi. Imò quidam pro ratione occupati argumenti puritatem ſcripturæ affectârunt. Unde fruſtra erit, qui peculiarem à nobis exſpectabit *Grammaticam Rabbinicam*. Occurrunt tamen quædam circa *analogiam Grammaticam* (occupata à Cl. Hakſpanio Virô in hâc palæſtrâ exercitatiſſimô, in Rabbiniſmo ἀνεκδότῳ) plura *circa dictionem* ab Ebraiſmo purè Biblico abludentia, de quibus nunc ὡς ἐν συνόψει.

§. 2.

Primò notandum eſt, Rabbinos ob ταχυγραφίαν characterem Ebraicum aliàs מְרוּבָּע ſive *quadratum* (quo ferè in textu

textu Scripturæ Sacræ exſcribendo utuntur) ad rotunditatem nonnihil redegiſſe, qui ipſorum *rotundus* character appellatur voce Arabicâ מסקיט *Masket cadens*, vulgò Curſiv, cujus ductus peculiares tàm in impreſſis quàm manuſcriptis oſtendit adjunctum ſchema P. vid. ſupra *p. 518.*

§. 3.

Vocales notasque orthographicas omnes Rabbini compendii causâ omittunt, (quod & faciunt *Syri* & *Arabes* & *Perſæ* & *Turcæ* & *Tatari*) interim vitandæ confuſionis gratiâ in vocibus quibusdam, præſertim peregrinis, loco vocalium adhibent tres literas י / ו / א hanc pro *a*, iſtam pro *o* & *u*, illam pro *i* & *e*, quas vocant אמות הקריאה ſive *matres lectionis* e. g. זכאי pro זַכַּי *purus*, איפשר pro אֶפְשַׁר *poſſibile*, דיבר pro דִבֵּר / קונקורדנציאס *Concordantiæ* &c. Cœterùm quandoque indicaturi literas ו & י ſtare loco conſonarum vel dageſſari, geminare eas ſolent e. g. רגליי *roſa*, וורר pro וְרָר / בנוין pro בִּנְיָן / כוונרה pro רַגְלַי / דיין pro דַיָּן / כַוָּנָה / חייב pro חַיֵּב &c.

§. 4.

Superstitiosum est, quod nomen DEI אלהים sæpe corruptè scribunt אלקים vel אלרים; nomen יהוה autem nuspiam omninò vel scribunt vel pronunciant, sed pro eo scribunt יי vel 'ה vel ידוד, legunt autem vel אֲדֹנָי vel הַשֵּׁם &c.

§. 5.

Pronunciationem quoque Rabbini vulgares (in Europa, præsertim German. & Polonia) ita corrumpunt, ut Ebraismi quamvis peritissimus, nisi præmoneatur, Judæum Ebraica legentem vix capiat. Præcipuè notandum, eos ת raphatum per sibilum, ע per *ng*, Kametz (nisi sit ante א vel ה) per *o*, ו verò qs. *ou* efferre & tonum semper in penultima, locare e. g. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ non legunt: *Pêreschith bará elohim' eth haschamajim veéth haârez*: Verùm: *Bréschis bòra elóuhim es haschomájim veés haòrez*: Sic pro בית יעקב *Beth Jaakabh* legunt *Bes Jánkouv* &c.

§. 6.

Quod ad *speciem Grammaticam* sciendum est, Judæos formare etiam nomina è particulis & vocnlis ἀκλίτοις e. g. איכות

qua-

qualitas ex אֵיךְ / מַהוּת *quidditas* ex מָה / יֵשׁוּת *essentia* ex יֵשׁ &c. item verba è nominibus e. c. נִתְאַמֵּת *verificari* ex אֱמֶת.

§. 7.

In Nominibus *Genitivus* familiariter exprimitur præpoſitâ particulâ שֶׁל / præcedente etiam affixo tertiæ perſonæ ex genio Chaldaismi & Syriasmi e. g. רבונו שֶׁל עוֹלָם *Dominus mundi.*

§. 8.

Pluralem nominalem formare ſolent etiam è particulis & verbis, ſi vel materialiter ſupponantur vel aliter ſignificationem varient e. g. ג' אֵתִים tria את ſive particula iſta ter poſita ſive reperta; Præcepta לָאוִין (ex לָאו *non*) *negativa;* עֲשִׂין (ex עֲשֵׂה *fac*) *affirmativa* &c. Pro plurali autem terminatione maſc. ים iis ſæpè venire Chaldaicam ין, vix opus eſt ut inculcetur.

§. 9.

Pro relativo אשר ferè eſt decurtatum שֶׁ, unde & poſſeſſiva quandoque exprimuntur שֶׁלִּי *meus*, שֶׁלְּךָ *tuus* &c.

§. 10.

In verbo obſervari modò poteſt forma *Nitpael*, quam Rabbini ſæpiſſimè adhibent quaſi Paſſivum *Hitpael* & muniunt ſe autoritate exemplorum Biblicorum נִכַּפֵּר pro נִתְכַּפֵּר Dev. XXI. 8. נִוַּסְּרוּ pro נִתְוַסְּרוּ Ezech. XXI. 48. נִשְׁתַּוָּה pro נִתְשַׁוָּה Ezech. XXVII. 15. in quibus alii compoſitam formam ex Niphal & Hitpael agnoſcunt. e. g. נִתְכַּפֵּר, *expiari.* נִתְגַּלָּה *revelari* נִזְדַּמֵּן *obvenire* &c.

§. 11.

Infinitivus nonnunquam deflectere ab analogia cenſetur, quando vulgares Rabbini pro ליכתוב legunt *lichtov*, pro לידע *lidda*, pro ליתן *litten*, pro לישב *liſchev*; Verùm in illis ſimilibusque non videtur eſſe Infinitivus, ſed Futurum cum ל cauſali (ex ipſorum more) conſtructum, adeoq; punctandum & legendum eſt לֵישֵׁב לִיתֵּן / לֵידַע / לִיכְתֹּב / quod vel inde manifeſtum, quod Rabbini non modò formas uſitatas שֶׁבֶת / תֵּת / דַּעַת cum ל adhibeant, ſed & ל illud Futuris pluralib9 præfigant. e. g. לְיַעַבְדוּ ut faciant &c. Interim, imperitiorum culpas non

præ-

præstabimus. Denique ex verbo אמר in Infinitivo pro לאמר corruptè dicunt לומר.

§. 12.

Præterea in genere notari potest, Judæos non semper κατ' ἀκρίβειαν Grammaticam observare: Sic e. c. pro הויא etiam dicunt אותו *ille*, באותו *in illo* &c. affixa ם ְ & ן ְ sæpè permutant; nomini fœminino nonnunquam jungunt verbum in 3. Fut. plurali masculinum, &c.

§. 13.

Major autem discrepantia *in dictione* sese offert. Nam primò cùm Scriptura Sacra non omnes *particulas* & voculas connexivas ipsis suppeditaret, ipsi novas excogitarunt imprimis inseparabili שֶׁ ceu Proteo quodam usi e. g. ־שֶׁ / ־בְּשֶׁ / כֵּיוָן שֶׁ / ־כְּדֵישֶׁ / ־לְפִישֶׁ / ־עַדשֶׁ / ־מִשֶּׁ / ־לְשֶׁ / ־לְפִי מַהשֶּׁ / ־בְּמַהשֶּׁ / ־מִצַּדשֶּׁ / ־מִשּׁוּםשֶּׁ / כָּל שֶׁכֵּן / אַף עַל פִּישֶׁ־ / כָּל מַהשֶּׁ־ &c. Cùm autem una particula vel formula ei æquipollens quandoque sensum universum turbare queat, perutile imò necessarium erit diligenter memoriæ mandare nova Rabbinor. ADVERBIA *Loci* ערכאן / עדיין / מכי / עד ש / כיון ש / כש־ *Temporis* ־עתים. עתים / מיד / כיצר *Qualitatis*

 צר

צר / על / על דרך / *negandi* אי / *dubi-*
tandi אפשר / שֶׁ יכול: *intendendi*
/עלכלצד / מכל פנים / מכל צד / מכלל
מכל / כל שכן / כלכך / יותר / על כל פנים
לפי / מכדי / כזעיר *diminuendi* :וכלל
מה ש־: *ſimilitudinis* כשם / כגון / כל
מה ש־ / אף כן / כמו כן / כך וכך: *ſeparan-*
di מהם: *excludendi* ויוצא מכלל: *con-*
gregandi וגומר / וכולי / וזולתם / וכיוצא
כו &c. Conjunctiones, *copu-*
lativam אפילו : *conditionales* אלו /
כאילו : *diſcretivas* אפילואם / אף על
/ועם כל זה / אפילו הכי / אף עלפיש־ / גב
אם לאכן / מקל סקום / כל כרן: *disjun-*
ctivas בין ־ בין: *cauſales* ש / ל / לש /
מצר ש / לפי ש / כדי ש / כדי ל
משום ש / מש / על מנת / מתוך: *ratio-*
nales לפי כך / בשביל כך &c.

Præpositiones *termini* כפי /
cauſæ לשם / עלשם / טשום / מצר
ביר / על יר / על ידי &c. aliasque par-
ticulas, voculasque ſyncategoremati-
cas, quarum & ſimilium ut Rabbi-
niſmi ſtudioſi aliquam ſibi notitiam ac-
quirere poſſint, pleraſque ordine Alpha-
betico ὡς ἐν τύπῳ καὶ συνόψει ſubjiciemus:
אִי α ϛερητικὸν e.g. אי איפשר *impoſſibile.*
אִלּוּ ſi.

אִם

אם לא כֵּן alioqui.
אֲפִילוּ etiam.
אֲפִילוּ אִם etiamsi.
אֲפִילוּ הָכִי etiamsi ita sit.
אַף כֵּן itidem.
אַף עַל גַּב etsi.
אַף עַל פִּי כֵּן etsi ita sit.
אַף עַל פִּי שֶׁ- etiamsi.
אֶפְשָׁר fortasse.
בֵּין—בֵּין tam-quàm.
בִּלְתִּי ἀ στερητικὸν e. g. בלתי מתחלק *indivisibile*.
בְּמָה שֶׁ- eò quod.
בִּשְׁבִיל כָּךְ propterea.
גַּם כֵּן itidem.
רְהַיְינוּ / הַיְינוּ id est, hoc est, quod est.
וְגוֹמֵר & cœtera, si dictum Biblicum abrumpatur.
וְזוּלָתָם & similia.
וְכוּלֵּי & cœtera, ubi autoris non Biblici verba abrumpuntur.
וּכְיוֹצְאִים בָּהֶם / וּכְיוֹצֵא בוֹ & similia plura.
וְעִם כָּל זֶה verùm enim verò.
חִלּוּף pro, vice.
חַס וְשָׁלוֹם absit! apage!
יוֹצֵא מִכְּלָל excepto.
יָכוֹל שֶׁ— fortasse.

בְּאִלּוּ

כְּאִלּוּ ac si.

כִּבְיָכוֹל ut ita dicam, cùm quiddam insolens de DEO præsertim prædicatur.

כְּגוֹן sicut, veluti:

כְּדֵי לְ— ut, *cum Fut.*

כְּדֵי שֶׁ— ut, *cum Fut.*

כִּזְעֵיר ferè.

כֵּיוָן שֶׁ— posteaquam, quandoquidem.

כֵּיצַד quomodo.

כָּךְ וְכָךְ sic.

כֹּל אֶחָד unusquisque.

כְּלוֹמַר quasi dicas.

כֹּל כְּדֵן nihilominùs tamen.

כֹּל כָּךְ tantoperè.

כֹּל מַה שֶׁ— quemadmodum.

כֹּל שֶׁכֵּן qvantò magis vel minùs.

כַּמָּה וְכַמָּה tot, toties.

כְּמוֹ כֵן itidem.

כְּמוֹת שֶׁהוּא ut se res habet.

כְּנֶגֶד respectu pro.

כְּפִי juxta.

כְּשֶׁ— cum, quando, sicut.

כְּשֵׁם sicut.

לְ— ut, *cum Fut.*

לְכָךְ eò, huc.

לְפִי juxta.

לְפִיכָךְ ideò.

לְפִי שֶׁ— quia.

לְפִי מָה שֶׁ- in quantum (e. g. אֶפְשָׁר *pos-sibile est.*

לְשֶׁ- eò ut, *cum Fut.*

לְשֵׁם propter.

מִ- ex, sc. hoc vel illo SSæ loco.

מֵהֶם - מֵהֶם partim-partim, quidam-quidam.

מַה שֶׁ- quicquid, id quod.

מִיַּד confestim.

מִי שֶׁ- quisquis.

מִכְּדֵי propemodum.

מִכִּי ex quo, postquam.

מִכֹּל וְכֹל in universum.

מִכְּלָל omninò.

מִכֹּל מָקוֹם tamen.

מִכָּל — פָּנִים omninò.

מִכָּל — צַד omninò.

מִפְּאַת ex parte, respectu.

מִצַּד propter.

מִצַּד שֶׁ— eò, ut.

מִשֶּׁ— propterea quod.

מִשּׁוּם propter.

מִשּׁוּם שֶׁ— propter quod.

מִתּוֹךְ quia, ideò.

עֲדַיִין hucusque, *de tempore.*

עַד כָּאן hucusque, *post citata verba au-toris.*

עַד שֶׁ— donec.

עַל דֶּרֶךְ per modum.

מֶשֶׁר

עַל דֶּרֶךְ מָשָׁל exempli caufa.
עַל יְדֵי / עַל יַד per, *inftrumentaliter.*
עַל כָּל פָּנִים omni modo.
עַל כָּל צַד omni modo.
עַל עַד— per modum.
עַל שֵׁם propter.
עִתִּים—עִתִּים modò-modò.
עַל מְנָת eâ lege vel conditione ut-
קְצָתָם quidam.
רוֹצֶה לוֹמַר id eft.
שֶׁ— quod, ut.
תְּמוּרַת pro vice.

Qualia fuppeditabit ufus; confidimus tamen, hifce præcognitis magnam difficultatis ftyli Rabbinici partem fuperatam effe.

§. 14.

Porrò cùm Rabbini pro ratione fubftratæ materiæ utantur ftylo Philofophico, non fufficiebant exprimendis ejusmodi conceptibus dictiones & phrafes Biblicæ. Proinde partim novas voces adfumferunt, partim ufitatarum fignificationes innovarunt, è quibus farraginem quandam ufitatiorum fubjungemus, ut in promptu fint, fi quis eas per otium memoriæ mandare & & fic fe magis aptum ad lectionem Rabbinicam reddere velit. Notandi itaque funt novi vel

velinnovati termini Grammatici דִּקְדּוּק Grammatica: מְדַקְדֵּק Grammaticus: אוֹת litera: pl. אוֹתִיּוֹת: תְּנוּעָה punctum: טַעַם accentus: מִלְעֵיל vox pen-acuta: מִלְרַע vox acuta: רָאשֵׁי תֵּיבוֹת abbreviaturæ, שֵׁם הַדָּבָר / שֵׁם הָעֶצֶם nomen substantivum: שֵׁם הַתֹּאַר adjectivum vel concretum: שֵׁם הַיַּחַס nomen patronymicum: שֵׁם נִפְרָד vel מוּכְרָת nomen absolutum: סָמוּךְ constructum: כּוֹלֵל collectivum: לָשׁוֹן זָכָר masculinum: לָשׁוֹן נְקֵבָה fœmininum: לָשׁוֹן יָחִיד singulare: לָשׁוֹן רַבִּים plurale: בְּרַבִּים in plurali: ה׳ הַיְדִיעָה He emphaticum: כִּנּוּי pronomen, affixum, epitheton: שֹׁרֶשׁ / עִקָּר / אוֹתִיּוֹת שָׁרְשִׁיּוֹת vel עִקָּרִים radix, גִּזְרָה / יְסוֹד literæ radicales: פֹּעַל verbum: פֹּעַל עוֹבֵר vel יוֹצֵא vel נוֹדֵר transitivum sive activum: פֹּעַל בּוֹדֵר vel עוֹמֵד intransitivum sive neutrum: לָשׁוֹן הֹוֶה præsens, עָבָר præteritum: עָתִיד futurum: צִוּוּי imperativus: מָקוֹר infinitivus: מְדַבֵּר prima persona: נִמְצָא vel נֹכַח secunda: נִסְתָּר tertia: בִּנְיָן conjugatio: בנין חִדּוּשׁ Piel: עֲלוּמֵי עַיִן quiescentia Ain: מִשְׁקָל vel שֶׁקֶל forma sive analogia vocis: זָר anomalon: מִלַּת הַטַּעַם vel מִלָּה particula:

cula. חבור ו' Vau copulativum ו' ההפוך
converſivum : לתפארת הקריאה
ad euphoniam : תוספת paragoge.
מוקדם ומאוחר ὕστερον πρότερον : ערוך
Lexicon: מלה vocabulum: לשון vo-
cabulorum ſignificatio: מעה ſenſus:
מבין ſenſus, argumentum: משמע פשט /
ſenſus literalis : פירוש commentarius:
דרש ſenſus allegoricus, myſticus: מדרש
commentarius allegoricus: מפרש inter-
pres, commentator: העתיק transferre &c.

Rhetorici: הרצה oratio proſa, הגדה
hiſtorica enarratio: העברה vel השאלה
metaphora: הבאי vel הפלגה hyperbole:
גאום ironia.

Logici: הגיון Logica: סוג genus logi-
cum. משותף æquivocum: כלל ſumma,
univerſale. בכלל vel דרך כלל univer-
ſaliter בפרט ſpecialiter: נשא ſubjectum,
נשוא prædicatum vel adjunctum: התחיב
neceſſariò ſequitur: כרח neceſſitas:
בהכרח neceſſariò: בתנאי conditionali-
ter: אפשר poſſibile: בודאי in confeſſo: מופת
demonſtratio logica: סברה opinio:
ספק dubium: היקש ſyllogiſmus: קל
וחמר argumentum á majori ad mi-
nus & contrá: משפט propoſitio:
ויכוח diſputatio: דעה / דעת ſententia:
בפר

כָּפַר negare: כּוֹזֵב falsus: סָתַר repugnare: הֵפֶךְ contrarium. טַעַן objicere, argumentari: טַעֲנָה objectio, argumentum: רְאָיָה ratio הִקְשָׁה opponere: בִּטּוּל refutatio. תֵּרֵץ solvere, respondere: גֶּדֶר definitio &c.

METAPHYSICI. יֵשׁ וָאַיִן ens & nonens: סִבָּה causa: עִלָּה occasio, causa. שׁוֹנֶה diversus: עִקָּר fundamentum: בְּעַצְמוּת per se, בְּמִקְרֶה per accidens: עֲרָאִי accidens, fortuitus casus, צָרִיךְ necessarium: מוּרְכָּב compositum: סְגוּלָה proprietas: מַמָּשׁ substantia, solidum. אֵיכוּת qualitas כַּמוּת quantitas &c.

PHYSICI. טֶבַע natura: חֹמֶר materia: הִיוּלִי materia prima: הֶעְדֵּר privatio: יְסוֹד elementum: יִשּׁוּב terra habitabilis, orbis terrarum: חוּשׁ sensus, מוּחָשׁ sensile, חַי מְדַבֵּר animal rationale &c.

MATHEMATICI. זוּג par: עִבּוּר intercalatio: לִפְרַט קָטוֹן juxta computum minorem: עִגּוּל circulus: מַרְכָּז centrum: מַזָּל vel גַּלְגַּל הַמַּזָּלוֹת zodiacus: אוֹפַן sidus: לָקָה eclipsari &c.

ETHICI ET POLITICI. מִדָּה virtus: גְּנַאי turpitudo. אָסוּר vetitum: הֶיתֵּר vel מוּתָּר licitum: מִנְהָג mos: אַזְהָרָה admonitio: עַם הָאָרֶץ idiota: הֶדְיוֹט vulgaris: דִּינֵי

נפשות Judicia capitalia; ממונות pecuniariæ: מקח וממכר emtio & venditio, משא ומתן creditum & debitum: נזק damnum: זמן citare &c.

Rei Librariæ et Literar. חבר componere, conſcribere, מחבר conſcriptor, autor: בעל autor: הקדמה præfatio: מורה מקום index: מסכת tractatus: נמוקים obſervationes, annotationes: סימן ſignum, caput, paragraphus: דפוס typus: נייר ודיו charta & atramentum: גליון margo libri.

Theologici: מקרא Scriptura Sacra: עשרים וארבע idem. פסוק verſus, textus Biblicus: כתובים Hagiographa: פרשה ſectio legalis: עשה præceptum affirmativum: לא תעשה negativum. השגחה divina providentia: דרשה concio: בית הכנסת ſynagoga, בית המדרש ſchola gymnaſium: בית הישיבה ſchola, Academia: מין hæreticus: מומר apoſtata: עבודה זרה idololatria: נדוי excommunicatio &c. Sic & alii quidam דיוק attentio: עיון conſideratio: כונה intentio: חשדה ſuſpicio: השתדל operam dare: התעסק occupari, operam dare: סכנה periculum: המתין expectavit: כדאי ſufficit: זכה mereri, dignum eſſe: שייך convenit: הרגל

usus:

usus: אֶמְצַע medium: נִכְנַס ingressus est: רְשׁוּת licentia & similes, quos dabit Lexicon Buxtorfii tùm minus Rabbinicum Biblico subjunctum, tùm majus Talmudicum. §. 15.

Notari quoque debent Phrases & loquendi formulæ Rabbinis usitatæ, e. c. הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא DEUS, בָּאֵי עוֹלָם i. e. *homines* לְפִי עֲנִיוּת דַּעְתִּי *pro virili meâ*, פֵּרְחָה נִשְׁמָתוֹ *deliquium animæ patitur*, לֶעָתִיד לָבוֹא *in futuro seculo* &c. quales diligens Philebræus è lectione notabit.

SECTIO IV.

DE LECTIONIS EBRÆO-RABBINICÆ PROCESSU ET GRADIBUS AD EANDEM.

§ 1.

Ab his adminiculis paratus tutò ad Rabbinos accedere potest, attamen per gradus. Itaq; primò in manus sumat Scriptum aliqvod punctis instructum atq; versum, inde tractum aliquem legat & exponat, si opus fuerit, semel atq; iterum: hoc facto, puncta removeat [vel exscribat textum sine punctis] & eundem textum punctis jam carentem iterum legat atq; exponat [sepositâ versione alienâ] illiq; jam suopte Marte puncta substernat, quæ ex præscripto Grammatices congruere putaverit, reassumto deinde libro, dispiciat, num per omnia ἀκρίβειαν Grammaticam in punctando

sit assecutus. Huic fini serviet imò destinatus est *Cl. Leusdenii Jonas illustratus* ed. A. 1656. in quo commentaria trium Rabb. sunt punctata, translata & illustrata.

§ 2.

Hoc tirocinio defunctus procedat ad Scriptum quoddam punctis destitutum, attamen versum & quidem pressiùs nonnihil ad literam, & juxta ductum versionis alienæ ipse suo Marte puncta addat, deinde textum non punctatum legat & sepositâ alienâ versione exponat, quod quò fecerit sæpiùs, eò aptior erit ad lectionem Rabbinicam. Huic tirocinio velificatur *Cl. Leusdenii Joel explicatus* cum Obadia, ubi puncta desunt, sed versio literalis adjecta cum notis est. Adhiberi hîc utiliter quoq; poterunt Textus Rabbinici, quos in Trifolio suo Orientali exhibuit Excell. D. D. Scherzerus, & quæ ex Abravanele transtulit Seb. Snellius. Item quæ è Rabbinis Viccars in Psalmos notavit.

§ 3.

Superato & hoc exercitio progrediatur ad Textum non punctatum attamen versum, verùm non ad literam, sed liberiùs nonnihil ad sensum, eumq; textum non punctis modò sed & literali versione exprimat. Illuc faciet Examen nostrum Abravanelis in Obadiam nec non *Sur Mera* s. de Lusu Tractatus. Lustrari dein poterunt ea, quæ è Majemonide Cunæus transtulit *l. de Republ. Ebr.* & similia.

§. 4.

§ 4.

Ex his carceribus dimissus assumat Textum neque punctatum neque versum, ita tamen ut à quopiam generatim de argumento moneatur, vel illud aliundè utcunque sciat, & periclitetur vires suas. Transferat sc. primò ad literam, at mox de sensu certus ad sensum. Si enim de sensu ipsi constet, non erit difficile textum Ebræum perspicuis phrasibus ejus lingvæ (cujus potens est) reddere, cùm versio purè literalis nullum egregium habeat usum, sed lectori ἀνςβεγάιω mera oracula Delphica exhibeat. Esset qvidem in linguam vernaculam translatio ad sensum facilior, sed quia lingua latina hodiè est ὄχημα omnis eruditionis & lingva universalis doctorum in Europâ, imò & alicubi extra eam, eâdem reddere Ebraica operæ cumprimis pretium erit.

§ 5.

His exercitiis omnibus legitimè defunctus deinde haud difficulter sine cortice nabit, ita tamen ut libris facilioribus procedat ad difficiliores observatâ proportione, donec ad opus omnium difficillimum sc. Talmud deveniat, de cujus lectione nunc paucula seorsim addemus.

SECTIO V.

DE LECTIONE TALMUDICA IN SPECIE.

§ 1.

Talmudicos libros, in specie *Gemaram* versa-

 turus,

turus, ante omnia lingvæ *Chaldaicæ* & quidem dialecti *Talmudicæ* (cujus ratio & differentia peti poteſt è Buxtorfii *Gram. Chald. Syra* & Sennerti *Rabbinismo*) exactam notitiam habeat, neceſſe eſt.

§ 2.

Legendus deinde in anteceſſum eſt liber Iſagogicus הליכות עולם complectens ordinem & Doctores Miſchnæ & Gemaræ, & formulas argumentandi, opponendi, reſpondendi, docendi ſimilesꝙ Talmudicis uſitatas, quem ſub titulo *Clavis Talmudicæ* edidit Cl. Conſt. L'Empereur. De aliis conf. Hotting. *Bibl. p.* 13. Poterunt etiam excerpi atꝙ annotari phraſes & formulæ à Cl. Lightfooto in Horis paſſim declaratæ.

§ 3.

Prælibandæ itidem *materiæ* in Talmude tractatæ è Scriptis Lightfootianis vel Lexico Philologico-Rabbinico Othonis vel Compendio Theologiæ Judaicæ Hottingeri, ne quis non monitus opinionum monſtris nimium terreatur.

§ 4.

Mirum in modum verò proficuum eſt lectioni Talmudicæ præmittere Maimonidis יד חזקה, qui liber nil aliud eſt, quam Talmud ipſum in concinniorem ordinem & faciliorem loquendi rationem transvaſatum, cujus diſpoſitionem exhibet Buxtorf. *Bibl. Rabb. p.* 345. *ſ.* Extant qvoꝙ hinc & inde Tractatus ex eodem

dem à Chriſtianis ſive translati ſive concinnati, unde genium Viri, qui primus inter Judæos nugari deſiit, in proclivi eſt deprehendere. Primum Tractatum הלכות יסודי תורה ſ. *de fundamentis legis* elaboravit *Gvil. Henr. Vorſtius*; חלכות רעות vertit & illuſtravit *Georgius Gentius* ſub titulo *Canonum Ethicorum Majemonidis*: הלכות עכום ſ. *de idololatria*, *Dion. Voſſius*; הלכות תעניות ſ. de *jejuniis* tranſtulit D. *Carpzovius*; è duobus ultimis tractatibus *de luctu* & *jure regio* ſuccum extraxere *D. Geierus* & *Schickardus*.

§ 5.

Hiſce prælibatis accingere ſe ſe aliquis tutò poteſt ad ipſam lectionem Talmudicam, ubi primò mente concipiat *diſpoſitionem librorum Talmudicorum* petendam è Buxtorff. *Bibl. p.* 233. ſ. Faciat deinde primum periculum in capite XI. Sanhedrin vocato *Chelec*, cujus Miſchnam & Gemaram integram vernaculè vertit & ſub titulo Talmudiſcher Jüdenſchatz edidit Chr. Gerſon. In eô verò ita verſetur, ut primò tractum aliquot pagellarum legat in verſione Gerſonis & deinde evolvat Textum Talmudicum, tentaturus, num ſenſum aſſeqvi & literalem verſionem Latinam conficere valeat, quod ſi ſuccedat, patienter hâc ratione univerſum iſtud caput pertractet & evolvat, ſic enim ſenſim & ſine ſenſu ferè adſveſcet ſtylo & genio Talmudico. Pari modô procedi poteſt in Excerptis Gemaræ ab aliis editis.

§. 6.

Isto periculo defunctus progrediatur ad caput quoddàm aliud non versum, ita tamen, ut de materiâ contentâ è Majemonide vel aliunde utcunq; certus sit, idq; sublevatus Lexico Buxtorf. & Glossa Talmudica ordinaria suo Marte transferat, qvô labore superato non ineptus erit ad evolvenda alia præsertim in Talmude Babylonico (in quantum ejus sensus patet,) Hierosolymitanum verò obscurius est, & alicubi tantæ tenebræ, quæ nulla face collustrari possunt. Conf. Lightfoot. *Chor. in Matt. p. 8. &c.*

§ 7.

Hanc viam, quam ipsimet olìm non infeliciter trivimus, apperire & ostendere aliis visum est. Non possumus tamen diffiteri, arduum esse hoc studium, qvodq; totum penè poscat hominem, eumq; non segnem neq; secordem, unde paucis contingit hanc Corinthum adire: Christianis quippe non licet sese totos istuc mancipare, quod Judæi faciunt, neq; nunc, ubi Majemonide nec non Lightfooti aliorumve Christianorum eruditis laboribus uti licet, adeò opus videtur. Qvo ipso tamen ingenia erectiora, quibusq; nil impervium & ad hæc studia sat animi, otii, subsidii pretiiq; est, deterrita haudqvaqvam à lectione Talmudica volumus. Dulcius enim ex ipso fonte bibuntur aquæ, neq; omnia in hoc genere occupata, sed multa adhuc futuris relicta sunt. Neq; possunt Judæi κατ᾽ ἄνθρωπον refutari aut pro-

proprio jugulari gladio felicius, quàm si ipsa loca Talmudica producantur & sic ipsum credendi principium absurditatis & impietatis convincatur. Eos saltem, quibus virium, temporis & sumtuum habenda ratio est, bono animo esse jubemus & contentos esse, si Majemonidem adire atq; audire, loca verò Talmudica ab aliis designata conferre utcunq; & examinare valeant.

CAP. XVI.
DE ALKORANO.

SECTIO I.
APHORISTICA.

§. 1.

ALkoranus (ex articulo Arabico אל & voce קראן *Koranon*, idem qvod Judeis מִקְרָא) est *liber pseudodogmaticus ab impostore Muhammede lingvâ Arabicâ per intervalla sparsimq; conscriptus & ab Abu Bekro in eum ordinem digestus, qvô hodie conspicitur, ut esset Musulmannis norma religionis atq; morum.*

§ 2.

Autor ejus *materialiter* spectati fuit *Muhammed*, notissimus impostor Arabum (de cujus vita & moribus conf. Greg. Abulfarajus Malatiensis, religione Jacobita, *Hist. Arab. cujus specimen à Pokokio editum est p. 6. seq.* Georg. Elmacinus *Hist. Sarac. ab Erpenio edita l. 1. c. 1.* Rodericus Ximenez Archiep. Toletanus *Hist. Arab.*

per capita sex, Leunclavius *Hist. Musulmann.* Joh. Andreas *Confus. sect. Mah. c. 1. p. 6. seq.* Joh. Galensis Anglus *de origine & progressu Mahometi*, Hotting. *Hist. Orient.* & Fascic. noster *Diss. 4. de Alkorano §. 3.*) divinas inspirationes & apparitiones angelicas præsertim Gabrielis vanissimè jactitans (conf. Diss. nostra dicta *§. 4.*) adjutus verò, cùm ipse Koreischita initio esset, ab *Abdalla fil. Selam* aliisq; quibusdam Judæis nec non monachis Nestorianis *Bobaira, Nestorio* & *Addoso*, ut adeò Alkoranus sit cento è pannis Judaicis, Christianis & Ethnicis consutus. (conf. diss. nostra *§. 6.*)

§. 3.

Digestor particularum sive schedarum à Muhammede diversis temporibus protrusarum adeoq; concinnator Alkorani *systematicè & formaliter* considerati fuit *Abu Beker* Muhammedis in fugâ socius. Ibid. §. 7.

§. 4.

Alkoranus qvantitate molis Novi Testamenti codicem fermè æquans dispescitur qvidem à variis variè *in portiones* qvasdam *majores* (de qvibus egimus *Diss. dictâ §. 9.*) ordinariè tamen dividitur (at sine dispositione & connexione certâ) in *centum & quatuordecim capita*, qvorum commune Arabicum nomen est סורה *Suraton* & cum Articulo אל סורה *Assurato* (unde apud interpretem latinum veterem corruptum est *Azoara*) i.e. *pensum* vel *lectio*. Eum numerum Latinus interpres (majores quasdam

dam in minores secando) auxit, ita ut cùm reverâ CXIV. sint Alkorani *Suratæ*, ipsi sint CXXIV. ejusdem *Azoara*, uti ostendit Raphelengius *Lex. Arab. Præf. ad Lect.* Suratarum verò omnium recensum & argumentum exhibuit Hottingerus *Bibl. Orient. p. 107. seq.* Singulæ porrò peculiarem habent titulum sive nomen vel ab argumento qvod primariò tractatur, vel à voce initiali, vel aliunde petita, uti ostendimus *Fasc. Diss. 4. §. 10. seq.* omnesq; (exceptâ nonâ) incipiunt à solenni formulâ & receptâ qvasi Musulmannorum tesserâ בשם אללה אלרחמאן אלרחים *Bismi 'llahi 'rrachmani 'rrachimi, In nomine DEI Miseratoris misericordis*, qvam nomine ex duabus primis ejus vocibus composito vocant Arabes אלבשמלה *Albismilla.*

§. 5.

Suratæ ratione loci, ubi compositæ à Muhammede sunt, dividuntur in *Meccenses* (à Mecca patria impostoris) & *Medinenses* (à Jatriba, qvæ κατ' ἐξοχὴν *Medina* sive oppidum vocitatur, quorsum à Koraischitis Muhammed profugerat. Conf. Diss. dicta §. 12.)

§. 6.

Surata quælibet distingvitur in איאת f. *Versiculos*, in qvorum numero definiendo codices Alkoranici mirum in modum variant. Confer. *Diss. §. 14.*

§. 7.

Idioma Alkorani est *Arabicum*, stylus non inele-

inelegans, at hiulcus & obſcurus, totusq; rythmicus, alicubi etiam exactè metricus, punctatio accurata. Conf. *Diſſ. §. 15. ſ.*

§. 8.

Objectum Alkorani præcipuum debet eſſe *ſacrum.* Continet enim partim *hiſtorias* ſacras, partim *didactica*, partim *elenctica* contra *Koreiſchitas, Judæos* & *Chriſtianos.*

§. 9.

Hiſtorica ſacra præcipua ſunt de *Adamo* ſurat. 2. 17. de *aino* fratricida ſur. 15. de *Enocho*, qvem Edriſum vocat, ſur. 19. 21. de *Ebero*, ſub Hudi nomine ſur. 11. 26. de *Noacho* ſur. 54. 71. de *Abrahamo* paſſim ſur. 14. 15. 19. &c. de *Lotho* ſur. 26. 27. 54. de everſione Sodomæ ſur. 15. de *Iſaaco* ſur 36. de *Iſmaële*, qvem Prophetis & Patriarchis annumerat, ibid. de *Joſepho* ſur. 12. de *Moſe* ſæpiſſimè ſur. 14. 20. 26. 27. 28. 61. de *Pharaone* ſur. 20. 54. 79. de *Jethrone* ſur. 26. de *vacca rufa* Num 16. ſur. 2. qvæ inde & vaccæ dicta; de *Joſua* ſur. 18. de *Davide* ſur. 24. 37. de *Saule* & *Goliatho* ſur. 2. de *Salomone*, cujus hiſtoriam cum primis multis commentis defœdavit, ſur. 27. 34. de *Elia* ſur. 18. de *Jobo* ſur. 38. de *Jona* & *Nineviti*s ſur. 10. qvæ & Jonæ dicitur. de *Zacharia* & *Johanne* ſur. 21. de *Chriſto* Salvatore & *Maria* Virgine ſur. 13. 19. &c. Cœterùm de hiſtoriis Alkorani profanis conf. Diſſ. noſtra *§. 12.*

§. 10.

Didactica ſunt Theologiæ ſ. potiùs Matæologiæ Muhammedicæ capita ſ. articuli, ubi

πολλὰ

πολλὰ μὲν ἐσθλὰ πλεῖστα δὲ λυγρά. *Scripturam* pro Verbo Dei agnoſcit, verum à Judæis in V. & Chriſtianis in N.T. corruptam clamitat ſur. 4. De *Deo* ſuam confeſſionem edit ſur. 112. qvæ propterea אלאחלאץ *ſalutis* vocatur & à Muhammedanis maximi æſtimatur. De *Dei infinitate* agit ſur. 2. v. 236. de ejus *omniſcientia* ſur. 6. 33. 48. 55. 56. 66. de ejus *omnipotentia* ſur. 2 v. 116. 10. *omnipræſentia* ſur. 58. conf. & ſur. 59. 79. 87. de *creatione* ἑξαημέρῳ (ut ut alicubi omnia ad biduum reſtringat) ſur. 7. 16. 23. 40. 95. &c. de *Angelis bonis* & *malis* ſur. 15. 35 de *providentia* divina cui omnia bona & mala ſubjicit ſur. 2. 7. 13. 16. 23. 80. de *bonis operibus* & eorum retributione ſur. 2. v. 250. 255. ſur. 6. 73. 84. 98. de *pœnitentia* ſur. 4. 7. 9. 24. de *Juſtificatione*, qvam gratuitam eſſe docet ſur. 6. 16. alibi tamen eam operibus adſcribit ſur. 99. & de *Decalogo* & ejus promulgatione ſur. 7. 22. in ſpecie de *fugiendis idolis* ſur. 7. 13. 22. 37. 54. *perjuriis* ſur. 2. v. 209. ut ut ea aliàs non magni æſtimet; de *ſabbato* ſ. die publicis ſacris deſtinato, ubi repudiato Judæor. Sabbatho & die Dominico impoſtor diem Veneris ſubſtituit, de qvô ſur. 62. de reverentia præſtanda *parentibus* ſur. 17. 28. 45. de vitando *homicidio* ſur. 24. de *adulterio* & *ſcortatione* hisq; conſtituenda pœna ſur. 4. 17. 23. de pœnâ *furti* ſur. 5 *falſi teſtimonii* ſur. 4. 23. de *conjugio*, de *prohibitis gradibus*, *polygamiâ* & *divortio*, ubi & hoc & illam concedit ſur. 4. 65. de *reſurrectione mortuorum* ſur.

17. 18.

17. 18. 23. 50. 78. de *die novissimo; ultimo judicio* ejusq́ processu fur. 20. 21. 27. 28. 35. 37. 43. 44. 45. 50. 52. 56. 64. 73. 75. 76. 80. 81. 82. 86. 99. 101. de *statu post hanc vitam* in genere sur. 18. 55. 76. 88. de *vita æterna* & *paradiso* sur. 7. 20. &c. de *purgatorio*, qvod concedit sur. 3. 8. 19. 23. de *inferno* sur. 7. 39. 42. &c. de *Christo Salvatore*, cujus qvidem κατ' εὐφημίαν semper meminit vocitans Verbum DEI filiumq́ Mariæ semper Virginis, a Spiritu S. conceptum, qvi rectè docuerit Judæos & plurima fecerit miracula sur. 3. & 20. at negat esse filium DEI, mortuum qvoq; inficiatur & crucifixum sur. 4. De dogmatibus Alkorani egit D Henr. Leuchterus *in Alcorano Mahometico* S. Türcken Glauben/ & conferantur ea, qvæ diximus *Diss. §. 22. & 32.* & de Elencticis *§. 23. & 24.*

§. 11.

Apud Muhammedanos Alkoranus majoris est pretii qvàm apud C[...]tianos multos ipsa Sacra Scriptura (conf. Diss. § 34.) reverà tamen est *farrago & rhapsodia è Scripturâ plerumq; depravata & fabulis Talmudicis intermixtâ sine judicio convasata: Cloaca hæreticorum omnium Muhammedis astutiâ ad suas partes pertractorum: In qvâ phrasis qvidem elegans est; sed insulsis rythmis & periodis ineptis distincta; propter voces peregrinas, obscuras, magicas, Arabibus qvoq; ignota; ipsum genus doctrinæ perplexum, impium Scripturæ, Naturæ & omnium gentium consensui in multis planè contrarium*, uti rectè ait Hottingerus *Hist. Eccles.*

clef. P. 1. c. 7. p. 405. Produximus *Diff. dicta* ex eodem *fabulosa* §. 26. *absurda* §. 27. 28. 29. (ubi cumprimis advertenda turpissima ἀνιστορησία de Ismäele immolando sur. 36. de Elia Mosi συγχρόνῳ sur. 59. de Saule populum ad fluvium deducente, quod SSa de Gideone refert, sur. 2. de Maria θεοτόκῳ Amrami filia & sorore Aaronis sur. 3.) *impia* §. 30. *frivola* §. 31. quæ nunc repetere nolumus.

§. 12.

Impressus Alkoranus nunquam est, sed MSS. tantùm extat à librariis Turcarum & Persarum exaratus. *Versiones* ejusdem à Christianis adornatæ aliquot extant, in quarum tamen nullâ curiosus Lector acqviescere potest. Difficultatis hujus causa non est Alkorani prolixitas, cùm ejus moles absque commentariis vix tanta sit, quanta est N.T. sed maxima ejus obscuritas. *Latinæ* Alkorani versiones duæ extant, *antiqva* una, altera *recentior*. De illa ita Erpenius *ad sur. Jos. præf. in vers. antiqv. Jam anni fermè quingenti sunt, quod auspiciis Abbatis Cluniacensis, in Hispania, tota Muhammedanorum lex, Alkoranus, ex Arabico in Latinum versa fuit à* Roberto Retinensi Anglo, & Hermanno Dalmata, *qvæ versio Basileæ ab Oporino excusa, non immeritò à viris eruditis culpatur tanqvam parùm accurrata & extra manifestas historias veram Arabismi sententiam satis raro fideliter exprimens. Italica* versio etiam extat ex antiqvâ illâ Latinâ translata adeoq; si illâ non pejor, nec hilo certè

tè melior. *Gallicam* verſionem Alkorani edidit *And. Du Ryer*, vir doctiſſimus, qvâ hodiè accuratior non datur, licet & ipſa ex aſſe non ſatisfaciat eruditis. Ex hâc confecta eſt *nova Latina*. *Germanicam* verſionem, ut apparet, ex Italica antiqva vel Latina, vulgavit *Salomon Schweiggerus*. Quasdam Alkorani particulas cum verſione ſua qvidam ediderunt, ut ſuratam 12. ſ. *Joſephi*, & ſuratam 64. ſ. *fraudationis* Thomas Erpenius: ſuratam 31. ſ. *Lokmanni* Jac. Golius: ſuratam 14. ſ. *Abrahami* & 15. ſ. *Hegjera* Joh. Georg. Niſſelius. &c. Verum de Alkorano ulteriùs conſulendi Wilh. Poſtel 19. *l. 2. de concord. orbis*, Erpenius *Nott. in Hiſtor. Joſephi*, Golius *Addit. Gramm. Arab. Erpeni*, Hotting. *Bibl. Orient.* & noſter Faſcic. *Diſſ. 4.* Et qui dogmata Alkorani produxérunt atq; refutarunt Joh. Andr. *Confuſ. ſect. Muhammed.* Joh. Galenſis *Tr. de Muhammedis vita*, Albert. Widmenſtadius *Nott. ad Theol. Muhammed. & Epitome Alkorani*, Philip. Gvadagnolus *Apologia pro Chriſtianâ religione contra Achmed Perſam.*

SECTIO II.

PROBLEMATICA.

Qvæst. I.

Unde dicatur Alkoranus?

Reſp. Non dubium eſt dici à קָרָא verùm qvæſtio eſt de ratione Etymi. Cùm enim קָרָא ſignificet & *legere & colligere*, non ſatis convenit inter Philologos Chriſtianos, & ipſos qvoq; Arabas, num Alkoranus à collectione ſuratarum

tarum q. *Collectanea sacra*, aut verò a Lectura q.s. מקרא f. *Legenda sacra*. Prius placet Clariss. Erpenio *Not. in Hist. Josephi*, Cl. Claud. Salmasio *Proleg. in Solinum*, Richardo *Præf. in Conf. Alkorani*, aliisq;. Nos tamen potiùs cum Clar. Golio ad *Gramm. Erpenii p. 147.* Hottingero *Hist. Eccl. T. 1. p. 405.* in priori sententia acqviescimus; Nam 1. non solùm integer liber, sed etiam qvælibet ejus particula & surata ab impostore *Alkoranus* vocatur, unde in ipso Alkorano tam sæpe Alkorani fit mentio: qvomodo autem unaqvælibet particula diceretur particularum *collectio*? nec 2. ipse Muhammed suratas collegit, vel in certum ordinem redegit, verùm præstitit id post eum *Abu Beker*. qvomodo proinde Muhammed hoc nomine ad talem collectionem respexisset? Cœterùm qvomodo aliàs Alkoranus dicatur אלפרקאן *Discretorium* & דכר *Commemoratorium* &c. diximus *Diss. de Alkor.* §. 1.

Qv. II.

Quid sibi velint literæ Alkorani mysticæ?

Resp. Notandum est XXIX. dari suratas; qvæ in frontispicio gerunt literas quasdam per se, qvantum constat, non σημαντικάς, sed mysticas, easq; vel solitarias, nim. ק̄, צ̄ & ן̄; vel binas ut טה, טש, יש & חם; vel ternas, ut אלם, אלר & טשם; vel qvatuor, ut אלמץ & אלמר; vel deniq; qvinq;, ut כהיעץ & חמעשק. Has literas volunt Muhamme-

 dani

dani grandium mysteriorum esse indices, qvorum autem certa ac vera intelligentia nulli mortalium præterquam Muhammedi concessa fuerit. Nonnulli tamen eas explicant per singulas voces, ac si iis ut *siglis* vel abbreviationis notulis certa religionis arcana designentur. Conf. Clar. Golius. *l. c. p. 181.*

Qv. III.

Num Alkoranus metricè sit conscriptus?

Resp. Ex parte, non ex toto. Omnia metra in Alkorano frustrà negat Scaliger *Animadv. ad Euseb. p. 7.* cùm qvædam ad oculum ostenderit Gvadagnolus. Conf. Dissert. nostra §. 18. & Dub. Vex. *P. 1. p. 631.*

Qv. IV.

An elegantia styli Alkoranici sit miraculosa?

Resp. De styli elegantia mirum dictu est, quàm Thrasonicè PseudoPropheta glorietur. Provocat ille sur. 17. non tantum homines quosque, sed & ipsos ex orco dæmones, ut in arenam secum descendant, &, si queant, componant scriptum Corano simile. Imò vel facundissimos non posse unicam suratam proferre, si vel omnem suam conferant supellectilem, sur. 2. sic & sur. 10. 11. &c. Conf. Pokokius l.c.p.191. Hott. *Hist. Orient. p. 300.* Et quidã *Isa* cognomento *Merdad*, propterea ab Abulfaraio inter sectarios recensetur *p. 21.* quod statuerit, potuisse quidem aliquid simile proferri,

sed

sed DEUM id, quò minus fieret, prohibuisse. Imò non suppetit miseris homuncionibus aliud argumentum, quod magis pro Muhammedis & Alkorani autoritate urgeant, adeòque illud semper nobis ceu caput Medusæ objicere solent. Verùm enim verò 1. Elegantia illa non est perpetua. Interspersi hinc & inde conspiciuntur sermonis quidam flosculi aliquam elegantiæ speciem præ se ferentes. Plerumque tamen locutione Muhammedis nil ineptius. 2. Consistit potiùs in scriptione & formatione Grammatica, quàm ἐκφράσει, idèoque non tàm ad Muhammedem, quàm AbuBecrum γραμματικώτερον referenda est. 3 Lingva ipsi erat vernacula, quid ergò mirum, si homo vafer ad aliquem sermonis ornatum pervenerit? 4. Habuit præterea Præceptores, quorum plumis ceu cornicula Æsopica superbiit, neque miraculum est, si homo à tot Orbiliis aliquid tandem didicit. 5. Quod nemo cum ipso congredi voluit, non inimitabili elegantiæ, sed indomitæ potentiæ adscribendum, quod sc. ferro simul & armis disputaret. Conf. *Diss. nostra §. 17.*

QVÆST. V.

Num Lokmannus in Alkorano sur. 31. memoratus sit Æsopus?

Resp. Christianus Ravius *Paneg.* eum vult esse *Alcmanum.* Clar. Golius *l. c. p. 189.* & Hott. *Hist. Or. p. 68.* existimant fuisse Æsopum: quæ sententia ex collatione dictorum & factorum

Æſopi & hujus Lokmanni, & convenientia Apologorum ab utroque editorum (utut Cl. Erpenius *Præf. in Fab. Lokmanni* objiciat, quod Arabes eum ut natione Perſam & religione Judæum deſcribant) cumprimis redditur probabilis, cùm ignotum eſſe nequeat, quomodo impoſtor περιστάσεις ſacrarum & profanarum hiſtoriarum interpolarit, ne à quovis auribus teneri poſſet, adeoque centonis ſui Exegetis copioſam hariolandi materiam reliquerit. Sic itaque Æſopus receptus eſt à Muhammede in Collegium Sanctorum, quos inter ſtat ut Saul inter Prophetas, vel potius μυόχοδον ἐν πεπέρι.

תושלבע:

INDEX RERUM CONTENTARUM.

A.

Ara-

Codex

Græ-

Lingvæ

Sacrifi-

Ad Lectorem Benevolum.

Malui errores, qvos fortè inter relegendum deprehendi, notare, quàm te incautum in errorem inducere, vel ſciolis cavillandi anſam relinqvere. Neqve tamen animus eſt ea cum tædio inculcare, qvæ qvilibet non modò Ebraicæ, ſed vel Latinæ literaturæ tyro in melius reſtituere poſſit, verùm ea modò, quæ te morari vel ſenſum turbare qveant, qualia verò neq; mihi, neq; ei, cui corrigendi & revidendi partes commiſi, homini induſtrio & erudito, ſed feſtinationi operarum adſcribes. P. 7. lin. 19. lege: חמשה חומשי תורה p. 15. l. 3. סוף l. 8. primitùs. p. 27. l. 7. complectatur. p. 33. l. 5. libri vel. l. 7. qui illa. l. 12. propria. l. 16. notârint. p. 34. l. 13. ἀπόγραφα. p. 36. 20. de Jay. p. 39. l. 9. Marius. p. 43. 5. Enajim. p. 47. l. 26. πυργοποιοῖς. p. 48. l. 14. Syriaca. p. 58. l. 15. lingva Polonica. p. 61. 23. à Cananæis. p. 68. 17. non quidem ut dicamus. l. 19. יגר p. 70. l. 15. eô pro eâ. p. 72. 17. penitiùs. p. 81. 27. pro vitam lege animam. p. 86. 23. poſt Tilio dele comma. p. 89. 15. Genebrardus. p. 90. l. 19. voces omnes. p. 94. 5. alium aliumve. p. 98.

10.

19. ſingulis exemplaribus. p. 102. l. 7. fin. Ea. p. 110. 24. Groshain. p. 119. 28. capital. p. 120. 3. libris pro literis. p. 123. l. 24. aſſequitur. p. 128. 10. הַמַּטֶּה p. 133. l. 18. fin. Cum tamen. p. 149. linea 18. tota deleatur & pro ea reponantur iſta: *variata recenſione eorundem.* p. 155. l. 10. Simeone Muyſio pro Samuele Mareſio. p. 161. 22. כפרים. p. 168. l. 23. continet. p. 169. 21. accommodata. p. 173. l. 4. deleatur *Ex octavo Tomo.* p. 176. l. 6. p. Sic de. p. 189. 22. f. Doughteij. l. 24. Zehneri. p. 190. 15. ac congerantur p. 181. 7. ſequentes notandi. p. 186. ult. Crocius. p. 191. 16. Boccius. p. 193. 7. Rothardus. p. 200. 5. וולחם. item: Remphan. l. 21. בחירה. p. 201. 14. ſacrôve. p. 210. 21. שמיטה. p. 211. 16. רבנות. p. 214. 1. pro verò lege vide. p. 217. 17. pro מאות l. מיתות. p. 221. 27. angaria. p. 222. l. 12. אכילה. l. 23. שחיטה. p. 223. 19. Lipenii. l. 26. Sopranes. p. 224. 6. calcei lignei. p. 227. ult. Glaſſius verò. p. 232. 15. נבזבה. p. 238. 2. אפימקוס p. 255. 9. obſervando. p. 257. 1. tradebatur. p. 260. 21. Meditationum. p. 276. 5. f. efferret. ib. poſt. lin. 10. adde: *videntur Pontificii, dari.* p. 278. 22. צ, 90. p. 279. 3. להרג p. 280. 11. סימן. p. 283. 3. ראשי תיבות p. 284. 13. Albam. p. 285.

285. 16. לבו p. 286. 20. ברית אש p. 287. 5. צורה. p. 302. 16. R. Aquilas. p. 305. 18. (1:15) p. 307. 15. dele *Nuperrimè*. l. 20. Nic. Serarius. p. 323. 12. pendentem. p. 351. 18. f. & venerunt. p. 340. 11. illi esse. p. 361. 17. Isti autem p. 353. 15. habeantur. p. 366. 11. ex Ber-. p. 373. 8. Veltvicus. p. 379. 4. כתנת פסים p. 380. 4. obturare. p. 384. 11. corrupta. p. 386. 7. vecti. p. 390. 26. confuderit. p. 393. 19. profecta. p. 401. 25. Mercerus pro Sacrarus. p. 410. 16. f. עברה. p. 413. 2. Erpenius. p. 414. 2. post Ruthgerus dele comma. p. 421. 7. adornavit. p. 428. 3. ארדט. p. 435. l. 12. Lexicon. p. 437. l. 8. Ejus. p. 438. 21. that. lin. 26. originis. p. 441. 20. primis pro *magnis*. p. 445. 12. Pantoja. p. 448. 10. superesse. p. 450. 15. Aristeæ libro pro *Aristea vel*. p. 452. l. 23. Armachanus. p. 455. 18. pervulgatum. p. 460. 5. tantum pro tamen. p. 461. 23. Annot. pro Amstel. p. 464. ult. Marsennum. p. 466. 5 ut in. p. 467. 8. Couverdale. p. 469. 3. Arngrimus. p. 472. 19. maximi. p. 480. 5. ντεωιϱη p. 482. 8. Slurce. l. 11. Pansfie. l. 15. ejecte. l. 18. dele *chaondik*. Ibid. in schemate Alph. Russ. legatur: *Valor Arithmeticus*. p. 489. 4. Port. Mos p. 490. 3. à Münstero. p. 492. 11. objecti mundus

dus p. 495. 19. aliás. p. 496. 12. congeſtum. p. 547. l. 6. הַקָּדוֹשׁ p. 502. 13. Rambam p. 507. 9. accepiſſe exiſtimamus. l. 19. ἀτοπία p. 510. 10. Gale Raſia p. 529. l. 20. זִכְרוֹנוֹ p. 530. 14. רַבּוֹתֵינוּ p. 537. 17. inſeparabili p. 539. 3. אֲפִילוּ p. 540. 19. כְּמוֹת p. 542. l. 3. à fin. del. &. p. 543. l. 8. הַיַּחַס lin. 11. וזכר l. 12. יַחִיר l. 25. הַדָּגוּשׁ p. 544. 9. עִנְיָן lin. 9. מֶדְרָשׁ lin. 11. הֶעְתִּיק l. 25. הֶקֵּשׁ l. 26. וָחֹמֶר p. 545. 16. הֶעְרֵר l. 20. עִבּוּר p. 546. 11. דְּפוּס p. 549. 22. ut á libris. p. 554. 23. majores. p. 556. 23. cumprimis. p. 561. 18. אלפרקאן

Et hæc obiter deprehendere licuit. Cœtera tuo judicio & candori permitto. In ſciagraphia denique antiqvitatum ſcito, aliquando ſpecialiſſimis materiis ſubjecta eſſe nomina autorum, qui argumentum in genere vel ex aſſe tractârunt: ut P. 203. l. 7. 8. p. 209. lin. 8. m. p. 219. 10. &c. Tu verò fruere interim hiſce qvalibuscunq;
& vale!

Bericht an den Buchbinder.

DEr Buchbinder muß in den Kupffer-Blättern nach den vorangesetzten Römischen Buchstaben sehen / und sie also binden.

AA.	p. 294.	- -		A.	p. 400.
B.	p. 403.	- -		C.	p. 408.
D.	p. 413.	- - -		E.	p. 418.
F.	p. 429.	*FF.*	p. 436.	G.	p. 433.
H.	p. 441.	- - -		K.	p. 479.
L.	p. 480.				
M. N. O.	p. 482.				
P.	p. 518.				
Q.	In dem angehenckten Tractätlein p. 11.				
R.	p. 39.				

Er muß auch die Kupffer also hefften / daß sie nur / wo es nöthig / an der Seiten / aber unten und oben nicht dörffen eingeschlagen werden.